ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XL - SERIES II - VOL. XV

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M . DCCCC · XLVIII

I

An. et vol. XL

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE SACRIS ORDINIBUS DIACONATUS^ PRESBYTERATUS ET EPISCOPATUS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

1. Sacramentum. Ordinis a Christo Domino institutum, quo traditur-spiritualis potestas et confertur gratia ad rite obeunda.munia ecclesiastica, unum esse idemque pro universa Ecclesia,, catholica fides profitetur; nam sicut Dominus Noster Iesus Christus Ecclesiae non dedit nisi unum idemque sub Principe Apostolorum regimen, unam eandemque fidem, unum idemque sacrificium, ita non dedit nisi unum eundemque thesaurum signorum efficacium gratiae, id est Sacramentorum. Neque his a Christo Domino institutis Sacramentis Ecclesia saeculorum cursu alia Sacramenta substituit vel substituere potuit, cum, ut Concilium Tridentinum docet, (Conc. Trid., Sess. VII, can. 1, *De Sacram,, in genere)* septem Novae Legis Sacramenta sint omnia a Iesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competat potestas in <(substantiam Sacramentorum », id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramentali servanda statuit.

2. Quod autem ad Sacramentum Ordinis de quo agimus spectat, factum est ut, non obstante eius unitate et identitate, quam nemo unquam e catholicis in dubium revocare potuit, tamen, aetatis progressu, pro temporum et locorum diversitate, illi conficiendo ritus varii adiicerentur ; quod profecto ratio fuit cur theologi inquirere coeperint, quinam ex illis in ipsius Sacramenti Ordinis collatione pertineant ad essentiam, quinam non pertineant : itemque causam praebuit dubiis et anxietate-

bus in casibus particularibus, ac propterea iterum iterumque ab Ai>ostolica Sede humiliter expostulatur fuit, ut tandem quid in Sacrorum Ordinum collatione ad validitatem requiratur, suprema Ecclesiae auctoritate decerneretur.

B. **Constat autem inter omnes Sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. Iamvero effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. Insuper nemo est qui ignoret Ecclesiam Romanam semper validas habuisse Ordinationes graeco ritu collatas absque instrumentorum traditione, ita ut in ipso Concilio Florentino, in quo Graecorum cum Ecclesia Romana unio peracta est, minime Graecis impositum sit, ut ritum Ordinationis mutarent vel illi instrumentorum traditionem insérèrent : immo voluit Ecclesia ut in ipsa Urbe Graeci secundum proprium ritum ordinarentur. Quibus colligitur, etiam secundum mentem ipsius Concilii Florentini, traditionem instrumento rum non ex ipsius Domini Nostri Iesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius Sacramenti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere.**

4. Quae cum ita sint, divino lumine invocato, suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus : Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem ; formam vero itemque unam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales, — scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti, — quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur. Hinc consequitur ut declaremus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam et ad conscientiarum anxietatibus viam praecludendam, Apostolica Nostra Auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinum validitatem.

5. De materia autem et forma in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus : In Ordinatione Diaconali materia est Episcopi manus impositio quae in ritu istius Ordinationis una occurrit. Forma

autem constat verbis « Praefationis » quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *«.Emitte in eum, quaesumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur* **». In Ordinatione Presbyterali materia est Episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba : « Accipe Spiritum Sanctum : quorum remiseris peccata, etc. ». Forma autem constat verbis « Praefationis » quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita :** *a Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramqne morum exemplo suae conversationis insinuet* **». Denique in Ordinatione seu Consecratione Episcopali materia est manuum impositio quae ab Episcopo consecratore fit. Forma autem constat verbis « Praefationis », quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita : «** *Compie in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica* **». Omnia autem haec fiant sicut per Apostolicam "Nostram Constitutionem « Episcopalis Consecrationis » diei trigesimi novembris anni MCMXLIV statutum est.**

6. Ne vero dubitandi praebeatur occasio, praecipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput Ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat.

Tandem quae supra de materia et forma declaravimus ac statuimus, nequaquam ita intelligere fas sit ut vel paulum negligere vel praetermittere liceat ceteros « Pontificalis Romani » ritus constitutos ; quin immo iubemus ut omnia data praescripta ipsius « Pontificalis Romani » sancte serventur et perficiantur.

*** Huius Nostrae Constitutionis dispositiones vim retroactivam non habent ; quod si dubium aliquod contingat, illud huic Apostolicae Sedi erit subiiciendum.**

Haec edicimus, declaramus et decernimus, quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione dignis, proindeque volumus et iubemus Tit **eadem in « Pontificali Romano » quadam ratione evidentia fiant. Nulli igitur homini liceat hanc Constitutionem a Nobis latam infringere vel eidem temerario ausu contraire.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo novembris, in festo S. Andreae Apostoli, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

UiNIVERSO ORBI DATUS IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI, A. 1947.

La festività Natalizia e Formai prossimo Anno Nuovo si annunziano con segni ammonitori, indizi dell'avvenire.

I voti tradizionali, che si. scambiano in questa ricorrenza, e salgono al cielo in un nembo d'incenso e di preghiera, non possono e non vogliono, nonostante l'intima sincerità dell'amore che li detta, far perdere di vista le condizioni dell'ora presente, in cui l'Europa e il mondo intiero si trovano ad una svolta del loro destino, la cui gravità è indubitabile, il cui sviluppo verso il bene o il male è incalcolabile, Je cui conseguenze sono imprevedibili.

Mentre l'anno scorso, in questa stessa occasione, Noi indirizzavamo, il Nostro Messaggio Natalizio a tutti i cattolici, e in pari tempo a tutti gli uomini di buon senso e di buon volere ; a chi mai sarebbe bastato l'animo di presagire alla umanità, stanca della guerra e affamata eli pace, ciò che oggi è una dura e innegabile realtà?

Le campane di Natale continueranno a sonare a festa come da secoli ; ina per molti cuori chiusi, amareggiati, turbati, esse suonano nel de serto, ove non svegliano più alcun vivo eco.

Trascorso un altro anno di dopoguerra, carico di miserie e di sofferenze, di delusioni e di privazioni, chiunque ha occhi per vedere e orecchie per udire, deve arrestarsi alla vista di questo fatto doloroso ed unii liante: l'Europa e il mondo — fino alla remota e martoriata. Cina - sono oggi più che mai lontani dalla vera pace, da una piena e perfetta' guarigione dei loro mali, dallo stabilimento di un nuovo ordine nell'armonia, nell'equilibrio e nella giustizia.

I fautori della negazione e della discordia, con tutta la schiera di profittatori che trascinano al loro seguito, giubilano al pensiero o alia illusione che la loro ora è vicina.

Gli amici della pace, i promotori di una stabile riconciliazione tra i popoli, hanno invece il cuore stretto dall'ansia davanti al contrasto fra la ricchezza morale e sociale della buona novella di Betlemme e la miseria di un mondo allontanatosi da Cristo.

Ma i veri cristiani, per i quali tutta la vita, il suo lume e il suo pregio.) consiste nel *sentire cum Ecclesia.,* conoscono e comprendono meglio di ogni altro il senso e il valore di epoche come la nostra, epoche di dense tenebre e, al tempo stesso, di luce sfolgorante, ove il nemico di Cristo

raccoglie tragicamente una larga messe di anime, ma ove molti buoni divengono migliori; ove i cuori generosi si elevano fino all'apice dell'eroismo vittorioso, ove però anche molti tiepidi e pusillanimi, schiavi del rispetto umano, timorosi del sacrificio, decadono nella mediocrità, degenerano nella viltà, simili a quelli, « che non furon ribelli, - nè fur fedeli a Dio, ma per sè foro »Z

Nella lotta titanica fra i due spiriti opposti che si disputano il mondo, se l'odio è sufficiente per raccogliere intorno allo spirito del male uomini, cui tutto sembrerebbe dover dividere gli uni dagli altri; che cosa non sarebbe in grado di fare l'amore per adunare in una lega vasta come il mondo tutti coloro, fra i quali la elevatezza delle vedute, la nobiltà dei sentimenti, la comunanza delle sofferenze, hanno intrecciato vincoli ben più forti e stretti delle differenze o 'divergenze'che potrebbero separarli?

Ai milioni di uomini disposti ad aderire a questa lega mondiale, la cui legge di fondazione è il messaggio di Betlemme, il sui Capo invisibile è il Ee pacifico apparso nel presepio, rivolgiamo in quest'ora le Nostre fervide esortazioni.

I

Lo stigma, che porta sulla fronte il nostro tempo e che è causa di disgregazione e di decadimento, è la tendenza sempre più manifesta alla « insincerità ». Mancanza di veracità, che non è soltanto un espediente occasionale, un ripiego per trarsi d'impaccio in momenti d'improvvise difficoltà o d'impreveduti ostacoli. No. Essa apparisce al presente quasi eretta a sistema, elevata al grado di una strategia in cui la menzogna, il travisamento delle parole e dei fatti, - l'inganno, sono divenuti classiche armi offensive, che alcuni maneggiano con maestria, orgogliosi della loro abilità; tanto l'oblio di ogni senso morale è, ai loro occhi, parte integrante della tecnica moderna nell'arte di formare la pubblica opinione, di dirigerla, di piegarla al servizio della loro politica, risoluti come sono a trionfare ad ogni costo, nelle lotte d'interessi e di opinioni, di dottrine e di egemonie.

Non è Nostro proposito di descrivere qui specificatamente le rovine prodotte da questo torneo d'« insincerità » nella vita pubblica ; abbiamo però il dovere di aprire gli occhi ai cattolici di tutto il mondo — ed anche a quanti hanno con Noi comune la fede in Cristo e in un Dio trascendente — sui pericoli che questo predominio della falsità fa correre alla Chiesa, alla civiltà cristiana, a tutto il patrimonio religioso ed anche sem-

' *Inf.*, 3, 38-39.

plicemente umano, che da due millenni ha dato ai popoli la sostanza âella loro vita spirituale e della loro reale grandezza.

Come già Erode, ansioso di far uccidere il bambino di Betlemme, celò il suo proposito sotto la maschera della devozione e si studiò di tramutare i Magi dal cuore retto in spie inconsapevoli ; così ora i moderni" imitatori di lui mettono tutto in opera per nascondere alle popolazioni i loro veri disegni e farne gli strumenti ignari dei loro scopi.

Ma una volta conquistato il potere e appena sentono di tenerne ben saldamente in mano le redini, essi lasciano a poco a poco cadere il velo e passano progressivamente dalla oppressione della dignità e della libertà umana alla soppressione di ogni sana e indipendente attività religiosa.

Ora Noi chiediamo a tutti gli onesti : Come può l'umanità risanare ; come può dagli errori e dalle agitazioni della torbida ora presente sorgere un « nuovo ordine » degno di questo nome, se i confini tra amico e nemico, tra il sì e il no, tra la fede e la incredulità vengono cancellati e spostati?

La Chiesa, piena sempre di carità e di bontà verso le persone di quei traviati, fedele tuttavia alla parola del divino suo Fondatore, che ha dichiarato : « Chi non è con me, è contro di me »,[2] non può mancare al dovere di denunziare l'errore, di togliere la maschera ai « fabbricatori di menzogne »,[3] che si presentano come lupi in veste di agnelli,[4] cóme precursori e iniziatori di un nuovo tempo felice, e di avvertire i fedeli di non lasciarsi stornare dal retto cammino, nè illudere da fallaci promesse.

La Nostra posizione fra i due campi opposti è scevra di ogni preconcetto, di ogni preferenza verso l'uno o l'altro popolo, verso l'uno o l'altro blocco di nazioni, come è aliena da qualsiasi considerazione di ordine temporale. Essere con Cristo o contro Cristo : è tutta la questione.

Voi ben comprenderete perciò quanto Ci riesca doloroso il vedere una propaganda ostile snaturare i Nostri pensieri e le Nostre parole, esacerbare gli spiriti, impedire i pacifici scambi d'idee, scavare più profondamente la fossa, che separa da Noi tante anime, redente dal sangue e- dall'amore del medesimo divino Salvatore. Nel fondo di tutto ciò si riconosce sempre la stessa duplicità, voluta e freddamente adoperata come l'arma più penetrante contro la giustizia e la verità, per impedire il riavvicinamento, la riconciliazione e la pace.

La inevitabile conseguenza di un tale stato di cose è la scissione

[2] MATTH., 12, 30

[3] IOB, 13, 4.

[4] Cfr. MATTH., 7, 35.

della umanità in potenti e contrastanti gruppi, la cui legge suprema di sita e di azione è una fondamentale e invincibile diffidenza, che è al tempo stesso il tragico paradosso e la maledizione del nostro tempo.

Ognuna delle opposte parti si crede obbligata a questa diffidenza come ad una necessità di elementare cautela. Ed ecco che, per il fatto stesso, una gigantesca muraglia si leva a rendere vano ogni sforzo per ridonare alla sconvolta famiglia umana i benefici di una vera pace.

Non abbiamo forse dovuto, anche nel corso di queste ultime settimane, toccare con mano gli effetti di questa reciproca diffidenza, nel vedere una così importante Conferenza delle Grandi Potenze giungere al suo terminé, senza aver conseguito quei progressi essenziali e definitivi nel cammino della pace, che ansiosamente se ne attendevano?

Per uscire da queste strettezze in cui il culto della ((insincerità » ha condotto il mondo, un solo varco è possibile : il ritorno allo spirito e alla pratica di una rettilinea veracità.

Nessuno oggi — a qualunque campo o partito sociale o politico appartenga — che intenda di far valere, nella bilancia del destino dei popoli, per il presente o per il futuro, il peso delle sue convinzioni e dei suoi atti, ha diritto di mascherare il suo volto, di voler apparire quel che non è, di ricorrere alla strategia della menzogna, della costrizione, della minaccia, per restringere, nell'esercizio della loro giusta libertà e dei loro diritti civili, i cittadini onesti di tutti i Paesi.

Perciò, diletti figli e figlie, Noi vi diciamo : Domani celebreremo la Natività di Colui, dalle cui labbra uscì un giorno il grido : « *Veritas Uberabit vos* » : [5] la verità (che è la sua dottrina) vi farà liberi ! Mai forse questo grido non è risonato più potente che oggi in un mondo affamato di pace, che sente gravare su di sè il giogo delia menzogna.

E a Lui, che si è incarnato per essere a tutti « via, verità e vita », risponda la supplichevole preghiera di tutta la Cristianità, affinchè la verità ritrovi il cammino nel cuore dei reggitori dei popoli, di cui un sì *a* un no può determinare la sorte del mondo, e con la verità rifulga sulla terra non un ingannevole miraggio, ma la stella luminosa della divina pace di Betlemme.

II

Coloro che volevano assolutamente guadagnare la guerra, erano pronta a tutti i sacrifici, anche a quello della vita. Chi vuole sinceramente guadagnare la pace, deve essere pronto a sacrifici non meno generosi, per- _

[5] Io., 8, 32.

che ad una umanità percossa, inasprita, nulla costa tanto quanto di rinunziare alle rappresaglie e ai rancori implacabili.

Le ingiustizie e le crudeltà commesse da quelli che scatenarono la seconda guerra mondiale, sollevarono flutti di giusta indignazione, ma al tempo stesso fecero pur troppo maturare i germi di una istintiva inclinazione alla vendetta.

La parte più sana della umanità — anche nelle nazioni maggiormente impegnate nel conflitto — riprovava unanimemente gli eccessi e le atrocità, che una politica caduta nel nichilismo morale non solo praticava nella guerra da lei stessa provocata, ma osava anche giustificare teoricamente. I fatti e i documenti in appresso venuti alla luce hanno potuto soltanto confermare che gii autori ed esecutori di quella politica sono i primi responsabili della miseria di cui oggi soffre il mondo.

Gli uomini del dopoguerra avrebbero potuto facilmente opporre a quel decadimento la propria superiorità morale : essi hanno sventuratamente in non pochi casi lasciato sfuggire una così opportuna occasione. È d'uopo riconoscere che la storia della umanità, durante i giorni, ìe settimane, i mesi, che sono succeduti alla fine della guerra, è stata ben lungi dall'essere in tutto gloriosa.

I meritati castighi, inflitti ai grandi colpevoli, avrebbero potuto ispirare scene d'inferno alla penna di Dante ; ma il sommo Poeta avrebbe indietreggiato dinanzi alle rappresaglie esercitate contro innocenti.

Le deportazioni forzate, l'assoggettamento a faticosi lavori, sono apparsi a suo tempo come una sfida alle più elementari leggi di umanità, alla lettera e allo spirito del diritto delle genti. Ed allora chi potrebbe meravigliarsi, se la stessa coscienza, che si era giustamente indignata, quando ha veduto perpetrare tali atti dagli uni, reagisce in egual modo, se li vede commettere da altri?

Ohi potrebbe misurare quali nuove miserie morali, familiari, sociali, quali danni all'equilibrio culturale ed economico dell'Europa, e non della sola Europa, saranno per cagionare i forzati e indiscriminati trasferimenti dei popoli? Quali tristezze per il presente! Quali angosce per l'avvenire! Soltanto una più larga ampiezza di vedute, una più saggia e accorta politica da parte degli Uomini, che hanno nelle loro mani la sorte del mondo, potranno apportare una soluzione tollerabile ad un problema altrimenti insolubile !

Onore dunque a coloro che, in tutte le Nazioni, non rifuggono da nessuna privazione e fatica, per affrettare il conseguimento di così nobile scopo ! Ch'essi non si lascino turbare dalle contraddizioni e dalle resistenze, che non potranno loro mancare, e che precisamente in questi

giorni sembrano crescere d'intensità per suscitare una nuova guerra dei nervi, per attizzare la discordia, per rovinare gli sforzi dei campioni della unione e della pacificazione Î Sperino essi che prossima sia l'ora, in cui — come Noi confidiamo e domandiamo nelle Nostre preghiere — il Re della pace concederà la vittoria a quelli, che con pura intenzione e con armi pacifiche combattono per la sua causa.

Ili

L'umanità dunque non potrà uscire dalle crisi e dalia desolazione presente per incamminarsi verso un più armonico avvenire, se non frenerà e dominerà le forze della divisione e della discordia, grazie ad un sincero spirito di fraternità, che unisca in uno stesso amore tutte le classi, tutte le stirpi e tutte le nazioni.

Se oggi, nella vigilia del Natale, Noi lanciamo un tale invito al mondo intiero, è perchè vediamo questo spirito di fraternità in pericolo di estinguersi e di morire ; vediamo le passioni egoistiche prendere il passo sulla sana ragione, i duri procedimenti di sopraffazione e di violenza sulla leale comprensione e i reciproci riguardi, la sprezzante noncuranza dei danni che ne derivano sulla cura assidua dei pubblico bene.

La Chiesa, il cui cuore materno abbraccia, tutti i popoli con eguale sollecitudine, segue con angoscia questa evoluzione nei conflitti nazionali e internazionali.

Quando la fede in Dio, Padre eli tutti gli uomini, comincia a svanire, anche lo spirito di fraterna unione perde la sua base morale e la sua forza di coesione; e quando il senso di una comunanza voluta da Dio e che include reciproci diritti e doveri, regolati da determinate norme, comincia a perire, al loro posto subentrano una morbosa ipersensibilità per ciò che divide, una istintiva inclinazione alla esagerata affermazione dei propri veri o supposti diritti, una talvolta inconsapevole, ma non perciò meno perniciosa trascuranza delle altrui necessità vitali.

Allora è aperta la via alla lotta di tutti contro tutti, lotta la quale non conosce che il diritto del più forte.

Il nostro tempo ha datò pur troppo dolorosi esempi di guerre fratricide, sorte con implacabile logica dal dileguarsi dello spirito fraterno.

Perfino la terra, che aveva inteso il canto degli Angeli annunziante la pace agli uomini, che aveva veduto ri splendere la stella del Salvatore, ove il Redentore divino morì crocifisso per la nostra salvezza, quella terra santa con le sue memorie e i suoi santuari supremamente cari ad ogni cuore cristiano, ora scissa, è divenuta il teatro di sanguinosi conflitti.

E non è forse l'Europa stessa, centro di tutta la grande famiglia cattolica, oggi un monito e una prova dello stato al quale la scomparsa dello spirito fraterno può ridurre una parte del mondo già così bella e fiorente?

Essa porta in sè, non ancora cicatrizzate, le ferite inflittele dall'ultima guerra, e già comincia a balenare la luce sinistra di nuovi dissidi.

Ah ! se tutti gli onesti si unissero insieme, come vicina sarebbe la vittoria della fraternità umana, e con ciò stesso la guarigione del mondo ! Essi formano già una parte considerevole della pubblica opinione e danne prova di un senso veramente umano e di saggezza anche politica.

Altri invece, non meno numerosi, il cui sì o no ha un notevole peso nell'accelerare o ritardare la pacificazione dell'Europa, prima condizione per altri passi in avanti verso la pacificazione universale, seguono la via opposta. Temono essi dunque che una Europa risanata, rinvigorita, nuovamente cosciente della sua missione, cristianamente ispirata, voglia espellere dal suo organismo i germi venefici dell'ateismo e della rivolte, vivere una vita propria e libera da malsani influssi stranieri?

È chiaro infatti che una Europa, scossa dai brividi febbrili delle difficoltà economiche e dei torbidi sociali, si lascerebbe più facilmente sedurre dalle illusioni di un inattuabile Stato ideale che non una Europa sana e chiaroveggente.

Intanto i propagatori di così fallaci propositi si studiano di far proseliti fra gli esaltati e gl'ingenui, per trascinare anche i loro popoli nel sentiero della rovina, che altri hanno già percorso, meno per propria scelta, che sotto la sistematica oppressione delie libertà civili e religiose.

Non abbiamo Noi forse veduto, su questo sacro suolo dell'Urbe, ove la volontà divina ha stabilito la Cattedra di Pietro, i messaggeri di una concezione del mondo e della società umana fondata sulla incredulità e la violenza farsi seminatori di zizzania nella buona terra di Roma e sforzarsi di persuadere i suoi figli ch'essi hanno ideato e attuato una nuova cultura più degna dell'uomo che non l'antica ed eternamente giovane civiltà cristiana?

Essendo le cose giunte a questo punto, è veramente venuto il tempo, in cai ognuno, a cui è cara e sacra l'eredità umana e spirituale dei suoi padri, scuota il sonno dai suoi occhi e si armi di fede e di coraggio, per preservare l'Urbe, madre di civiltà, dal cadere in una condizione religiosa, morale, sociale, che renderebbe, con Nostro vivo rammarico, ben difficile quella solenne celebrazione dell'ormai prossimo Anno Santo, che è nei voti dei cattolici del mondo intiero.

Del resto, se nella odierna ricorrenza le Nostre chiare parole vanno

al di là delle frontiere, esse non riguardano che le dottrine negatrici della fede in Dio ed in Cristo, e non certo i popoli o i gruppi dei popoli che ne sono le vittime. Per questi la Chiesa nutre sempre immutato amore, ed anzi, con tanto maggior tenerezza, quanto più essi soffrono. Nei giorni della prova, più che nelle ore serene, gli uomini di tutte le nazioni debbono sentirsi fratelli di quella fratellanza, di cui nessuno ha mai esaltato nè esalterà mai il senso profondo, l'alta missione e la potenza riconciliatrice con tanta forza, quanto « il primogenito tra molti fratelli,[6] che da Betlemme al Golgota ha predicato, col suo esempio piü che con le sue parole, quella grande e universale fraternità.

Sul Natale di oggi si addensa una nube oscura. Mentre l'ansioso anelito di pace diviene nei popoli sempre più intenso, in non minor grado si manifesta nei loro reggitori la impossibilità di soddisfarlo coi mezzi puramente umani.

Gli onesti sforzi degli uni per conseguire una equa pace e il sistematico proposito di altri per intralciarne l'avvento, non suscitano forse in noi l'immagine di un rischioso giuoco d'azzardo, da cui dipende la fortuna o la rovina?

Nelle assemblee umane s'insinua inosservato lo spirito del male, « l'angelo dell'abisso »,[7] nemico della verità, fomentatore di odi, negatore e distruttore di ogni sentimento fraterno. Credendo prossima la sua ora, esso mette tutto in opera per affrettarla.

Ciò nonostante, Noi vogliamo chiudere il Nostro Messaggio Natalizio con una incoercibile esortazione alla speranza e alla fiducia.

Se la fede nel Redentore divino muove i cristiani a considerare ogni cosa alla luce della verità, sempre antica e sempre nuova, delle parole che il vecchio Simeone pronunziò sul bambino Gesù presentato al tempio : « Ecco che questi è posto per rovina e per risurrezione di molti, e per segno di contraddizione » ;[8] noi sappiamo che il numero di coloro, i quali non si straniano da Cristo con la incredulità, che aderiscono a Lui, che son pronti a dare per Lui la vita, che in Lui e nella risurrezione ripongono la loro incrollabile speranza, — sappiamo che questo numero è grande, che cresce e si fortifica, vediamo che essi irradiano la loro energia e il loro benefico influsso in tutti i campi della vita e che altri uomini di buona volontà si uniscono a loro.

A voi tutti perciò, diletti figli e figlie, Noi diciamo : La vostra ora è venuta!

[6] *Rom.,* 8, 29.

[7] *Apoc,* 9, 11.

[8] Lue, 2, 34.

Alle assemblee degli uomini di Stato un altro invisibile Spirito presiede come Signore sovrano, quel Dio onnipotente, al cui sguardo nulla sfugge e che tiene nelle sue mani i pensieri ed i cuori, per inclinarli a suo piacimento e nell'ora di sua elezione, quel Dio, i cui imperscrutabili disegni sono tutti dettati dal suo amore paterno. Ma per mandarli ad effetto, Egli vuol valersi della vostra cooperazione. Nei giorni di lotta il vostro posto è in prima fila, sul fronte del combattimento. I timidi e gl'imboscati sono ben vicini a divenire disertori e traditori.

Disertore e traditore sarebbe chiunque volesse prestare la sua collaborazione materiale, i suoi servigi, le sue capacità, il suo aiuto, il suo voto a partiti e a poteri che negano Dio, che sostituiscono la forza al diritto, la minaccia e il terrore alla libertà, che fanno della menzogna, dei contrasti, del sollevamento delle masse, altrettante armi della doro politica, che rendono impossibile la pace interna ed esterna.

Riportiamoci a tre secoli indietro. All'Europa, sconvolta dagli orrori della guerra dei Trent'anni, l'anno 1648 apportò finalmente il messaggio della pace, l'aurora delia restaurazione.

Pregate e lavorate per ottenere da Dio che l'anno 1948 sia per l'Europa ferita, per i popoli straziati dalle discordie, l'anno del rinascimento e della pace, e che, scacciato lo spirito delle tenebre, l'angelo dell'abisso, si levi sul mondo il sole di giustizia, Gesù Cristo Signor nostro, a cui sia onore e gloria nel tempo e nella eternità.

Ed ora vada la Nostra Benedizione Apostolica, auspicio di grazie e di aiuti divini, a tutti i Nostri diletti figli e figlie, così di questa Nostra Città episcopale, come del mondo universo, ma soprattutto a coloro che maggiormente gemono sotto il peso della miseria e del dolore : ai malati, ai poveri, ai lavoratori disoccupati, ai senza-tetto, a quanti soffrono la fame e il freddo ; a coloro che, avendo perduto, o per le tragiche vicende, dell'immane conflitto, o per ingiuria degli uomini, o anche per propri passati errori e colpe, la libertà, la famiglia, la patria^ in questa sacra ricorrenza sentono più acuto il morso dello sconforto e dell'angoscia ; ai prigionieri di guerra, non ancora restituiti ai loro cari ; ai profughi, ai dispersi ; in modo particolare a quanti, specialmente sacerdoti, patiscono le persecuzioni, il carcere, l'esilio, le minacce di torture e di morte, perchè fedeli a Dio, a Cristo, alla Chiesa, all'osservanza dei loro doveri.

MOTU PROPRIO

OS FACULTATE AUDIENDI CONFESSIONES SACERDOTIBUS AËRIUM ITER ARRIPIENTIBUS CONCEDENDA.

PIUS PP. XTI

Animarum studio compulsi, cum huic Apostolicae Sedi nonnulli significaverint locorum Ordinarii opportunum esse praescripta can. 888 O. I. C, circa facultatem audiendi confessiones sacerdotibus maritimum iter arripientibus factam, ad aëria extendere itinera, Nos, plane noscentes huiusmodi itinera impraesentiarum cotidie frequentiora evadere ac volentes ut christifidelibus haud desit commodum quod e laudato Ordinariorum desiderio animarum proveniret sanctificationi, magna cum animi Nostri oblectatione eiusmodi amplectimur votum ac motu proprio, certa scientia et matura deliberatione, de Apostolicae potestatis plenitudine, statuimus ac decernimus ut quae can. 883 O. I. C. de facultate excipiendi confessiones sanciuntur pro sacerdotibus maritimum iter habentibus, valeant atque extendantur, consentaneis quidem clausulis, ad sacerdotes iter acrium facientes.

Quae per Apostolicas has Nostras Litteras decrevimus motu proprio datas, firma ac valida in perpetuum manere praecipimus, contrariis quibuslibet minime obstantibus; ac praeterea iubemus ut ea vigere incipiant simul ac eaedem praesentes Nostrae Apostolicae Litterae in Commentario Officiali *Acta Apostolicae Sedis* **nuncupato insertae fuerint.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Decembris anno MCMXXXXVII, **Pontificatus Nostri nono.**

PIUS PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI SERVUS CONTARDUS FERRINI, VIR LAICUS^ BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Provideri tissimum Deum gratias et dona Sancti Spiritus inter fideles semper divisisse ac distribuisse, pro temporum necessitate atque uniuscuiusque facultate, christianae Fidei scitum est et Sanctus Paulus Apostolus id hisce edocet verbis : « alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides iii eodem Spiritu... »,[1] donec animae, iisdem muneribus a Deo locupletatae, « occurrant », ut ait idem Apostolus, ((ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi,... in unitatem fidei et agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi ».[2] Quibus autem datum est « donum scientiae », quique « doctores » in Ecclesia Dei appellantur, iidem « fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates ».[3] Grave quidem mandatum ipsi a Deo acceperunt, sed omni admiratione dignum, quippe cum ex eo et « sal terrae » et « lux mundi »[4] fiant, in bonis moribus servandis, in illuminandis mentibus. Hoc proprie et praecipue ad sacerdotes, tamquam Apostolorum successores, spectat; sed miserentissimus Deus, cum omnes ad suum cuiusque finem convenienter sapienterque dirigat, saepe viros etiam sacerdotio minime auctos, sed sanctitate morum ac sana doctrina praestantes, suscitat, quorum opera, sacerdotum ministerio adiuncta, in exemplum atque profectum christiani populi evadat. Verus exinde sanctusque ille proficiscitur apostolatus, quem modo « laicum » vel <(laicorum » appellant, quique, Ecclesia magistra atque duce, sanctitatis fructus pro fidelibus, nostra praesertim aetate, edidit uberrimos. Maxima proinde iucunditate Nostra et universi populi Christiani hodie sollemniter inter Caelites spectatissimum illum virum adnumeramus, Contardum Ferrini, qui et vitam christianis virtutibus heroici gradus adeo ornatam vixit, quamvis sacerdotio non initiatus, et, sicut Professor, ita summa eademque integerrima scientia

[1] *I Cor.*, XII, 8-9.
[2] *Eph.*, IV, 12-13.
[3] DAN., XII, 3.
[4] MATTH., V, 13-14.

enituit inter vel doctissimos, sed a Religione et a scholastica philosophia aberrantes Viros, ut iure meritoque divinae gratiae « miraculum » dici possit. Heroica proinde Fide latissimaque Scientia, minime inter se pugnantibus, Dei Famulus eminet, multosque ad iustitiam, proprio exemplo, erudit, allicitque suaviter. Mediolani, porro, die quarta mensis Aprilis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo nono e Rinaldo atque Aloysia Buccellati, coniugibus, natus est Contardus Ferrini, qui eadem die, in Ecclesia Sancti Caroli, pia parentum sollicitaque cura, ad sacrum Baptismatis fontem gestatus fuit ut divinae gratiae nasceretur. Si pater, qui a « Locamo », parva Helvetica civitate apud Verbalium lacum prope Italiae fines posita, oriundus erat, quique, Mediolani, in Studiorum Universitate pro Maehinariis, quam « Politecnico)> vulgo vocant, Professoris munere fungebatur, christianis vitae et doctrinae exemplis familiam suam informabat; ardentissima, qua aestuabat, pietate prolem suam ad sanctitatem sollicita mater adducebat. Nomen enim infanti imponendum eligere ipsa voluit; imposuitque in honorem praecipui Caelestis Patroni oppidi ex quo oriunda ipsa erat, ((Bronarum » nuncupati, apud Iriam, in Derthonensi dioecesi : nomen scilicet Sancti Contardi, qui, uti fertur, ex antiqua atque illustri Atestina familia Ferrariensium prius Marchionum ac deinde Mutinensium Ducum, in paupertate vixit atque^ ad celeberrimum Sancti Iacobi Apostoli Campostellanum Sanctuarium peregrinorum more iter ingressus, Bronis, anno millesimo ducentésimo quadragesimo nono, in morbum incidit, spiritum Deo sancte reddidit^ miraculisque claruit. Inter paternae domus septa, tamquam in <(horto concluso »[5] omnibus fragrante virtutibus, atque a nefario atheismi spiritu secluso, pueritiam nec non adolescentiam transegit Contardus Ferrini.. Duodecimum autem annum agens, sicut tunc mos erat, primum ad sacram Synaxim, die vicesima mensis Aprilis, anno millesimo octingentesimo septuagesimo primo, accessit, ex qua supernaturalem scientiam christianamque fortitudinem abunde hausit. Curriculo primarum scholarum emenso, « humanitatis » studia, Mediolani, in Gymnasio « Bo* selli », atque in Regio Lycaeo *a* Beccaria » diligenter perfecit; anno deinde millesimo octingentesimo septuagesimo sexto, in Regia Studiorum Papiensi Universitate Iuris Romani studium aggressus est. Papiae autem, eodem anno, inter ephebos celeberrimi Borromaeorum Conlegii receptus est, quod pro adiuvandis christianeque instituendis Papiensis Athenaei discipulis Sanctus Carolus ipse condidit, cuius perillustris Familia-, etiam nunc iure patronatus in Conlegium idem fruens, nostris quoque temporibus adiutricem fructuosamque in id operam impendit. Ibi chri-

[5] Cfr. *Gant.,* IV, 12.

stianae virtutes, quibus Contardus affiuebat, coram Rectore discipulisque nitide fulserunt, ac praesertim ardens in Deum caritas nec non intemerata castitas, cui voto se astrinxerat, ita ut « Aloysius e domo Ferrinia », vel etiam « Collegii Borromaei », familiariter prope atque amice appellaretur. Ibi cum aliis discipulis, sive falsas doctrinas sectantibus, sive vitiorum illecebras insequentibus, fortiter constanterque contendit, tum docte strenueque disputando, tum pietatem magis magisque fovendo, tum iuris studia impense prosequendo. Studiorum insuper curriculo perdurante, angelicus ille alumnus, supremi animae suae boni maxime sollicitus, catholicorum iuvenum Coetui nomen dedit, qui, ad confirmandos in recta doctrina ac vita christiana iuvenes studiorum causa Papiani ventitantes, Augustino Riboldi Episcopo favente, inter primos in Italia conditus fuit. Episcopus ipse, qui postea a Decessore Nostro Leone Pp. XIII, fel. rec, inter Patres Cardinales cooptatus ac Ravennatensis Archiepiscopus renuntiatus fuit, eximiam Servi Dei virtutem praesensit eumque valde dilexit. Ipse profecto Dei Famulus, a prima aetate ad mortem usque nullis illecebris neque obiectationibus ullis allectus, adeo integram vitam egit, ut concise dici possit « prece assidua impensoque iuris studio » eam suffultam fuisse. Enimvero fuit eius inexplebili s orandi cupiditas quae, coram praecipue Sacratissimo Eucharistia, dedit ei « pennas sicut columbae »[6] ad volandum supra terrenas miserias, immo ad aeternas Dei veritates contemplandas ; maxima insuper fuit eius in arduis gravibusque studiis diligentia, quae « supra candelabrum »[7] illum posuit. Quibus duobus auxiliis fretus, Fide nempe divina humanaque Scientia, « bonum certamen certavit »,[8] sicut « bonus miles Christi »[9] inter sui temporis iuris peritissimos doctores, vel catholicam Religionem detrectantes ; quibus in contentionibus omnium admirationem consensumque adeptus est. Iuris autem Laurea summa cum laude Papiae decorat us anno millesimo octingentesimo octogesimo, ipso Sancti Aloysii Gonzaga die festo, vana non intumuit superbia, sed in humilitate animum suum confirmavit, morumque suavitatem integram retinuit. Berolini insuper, quo, eodem anno, gratuita pro meritis suis pensione accepta, se contulit, nihil de pristina vivendi ratione immutavit, quamvis urbs ipsa, tum propter labefactos civium mores, cum propter lutheranam haeresim, haud paucis periculis obnoxia esset. Quotidie, primo mane, in Ecclesia catholica Sanctae Edwigis Sacro intererat,

[6] *Ps. 54,* 7.

[7] MATTH., V, 15.

[8] Cfr. *U Tim,,* IV, 7.

[9] *Ibid.,* II. 3.

Angelorumque Pane reficiebatur ; reliquam vero diei partem in piis exercitationibus Iurisque Romani studio penitus insumebat. Iuvenum catholicorum berolinensium, quibus Famulus Dei, ob flagrantem eorum pietatem, amice familiariterque utebatur, admirationem in semet ipsum adeo excitavit, ut Foster, sacerdos, qui tunc temporis Ecclesiae Sanctae Edwigis Parochi munus exercebat, serius autem ad Vratislaviensem Archiepiscopalem Cathedram evectus fuit, Contardum summis efferre laudibus non dubitaverit in epistula ad supra memoratum Episcopum Papiensem, tamquam eius patronum, missa, benigne etiam significans Italiam prosperam felicemque fore, si huiusmodi iuvenes in sinu eius haud pauci alerentur. Exstant insuper, ex ipsa germanica Urbe, Victorio et Paulo Mapelli, Comitibus, aliisque italicis amicis conscriptae, permultae epistulae, ex quibus eius anima omnino Deo maneipata atque lutheranae haeresis dolore correpta nitide detegitur. Duos circiter post annos, in Italiam reversus, ad cathedram Iuris Romani in variis Athenaeis, etsi iuvenilem adhuc ageret aetatem, facile citoque evectus est : Messanae in Sicilia primum, dein Mutinae, postremo Papiae. Clementissimus Deus, qui sapienter suaviterque ((omnia disponit))[10] atque moderatur, altissimum Famulo suo munus commisit, quandam immo. quasi vocationem sanctam eidem contra homines, tunc temporis fere omnes a fide aberrantes, nec non contra falsas doctrinas eorum, qui Deum esse inficiebantur, adeo benigne abundeque largitus est, ut Contardus Ferrini tamquam «lucerna ardens»[31] exstiterit clarissimeque enituerit. Ecquis ignorat, decimo nono labente saeculo, in Studiorum Universitatibus ceterisque publicis scholis, sive intra sive extra Italiae fines, disciplinas omnes a veritate catholica per Christum revelata nec non ab omni christianae instituto descivisse? Num quis ignorat quantum methodus, ut aiunt, « positivistica », sive in philosophia sive in omnibus « physicis » atque ((ethicis » « scientiis » contra « perennem philoso phiam » thomisticam, immo contra ipsam catholicam Theologiam obstiterit? Neque ab hac falsa methodo immunes exstiterunt iuridicae disciplinae, quae, naturale ius penitus negando, nihil aliud, praeter ius positivum, idque per « evolutionem naturalem » efformatum, non autem in cordibus hominum a Deo scriptum,[12] contenderunt ; ne denique <(christologicae » quidem, ut appellantur « scientiae », quae in infandam il7 Iam tabem atque « haeresum summam », « modernismum » nuncupatam, facile lapsae sunt. Quibus omnibus breviter expositis, liquet quonam

[10] Cfr. ***Sap.,*** XII, 15.

[11] **IOANN., V,** 35.

[12] Cfr. ***II Cor.,*** III, 2.

modo apud doctos res se haberent quod ad Christianae Religionis dogmata attinet ; ac propterea altissima Contardi opera magis magisque claruit in dies. Ipse vero sanctam hanc Dei vocationem plene intellexit divinaeque voci humiliter obtemperavit, quae illum ad novum ac perarduum apostolatum, intellectu moribusque explendum, in publicis Athenaeis instanter providenterque vocabat. Sanctitate autem vitae nec non doctrinae integritate, haud sine interiore cruciatu ac mystico quodam martyrio, ad Dei nutum praesto fuit liberaliterque Eius liberalitati respondit ; quandoquidem tum scriptis, publicis privatisque, tum praelectionibus, tum ipsarum amicitiarum adminiculis pro defendenda ac tuenda catholica doctrina adeo usus est, ut cathedram suam non in suggestum dumtaxat, verum etiam in altare veritatis quodam modo commutaverit. Constantem vero atque heroicam hanc divinis mandatis fidelitatem non aliunde hauriebat quam e diuturnis fervidisque pietatis exercitationibus, nempe ex assiduis precibus, e Communionibus quotidianis frequentibusque sacris meditationibus. Studium ipsum, ob rectam eius intentionem in solam Dei gloriam conversam, nihil aliud in Famulo Dei erat quam intellectus mentisque deprecatio. Quae omnia paucis hisce concisisque verbis significari possunt : ardentissima scilicet in Eucharistiam caritas, tenerrima erga Virginem Mariam pietas, promptissima Summo Pontifici ac Sanctae Sedi oboedientia, in disceptationibus, sive philosophicis ac theologicis, sive politicis, quae eo tempore vehementer disputabatur. Praeterea ad acquirendam christianam perfectionem nec non ad caritatem latius exercendam, inter Fratres Tertii Ordinis Sancti Francisci Assisiensis atque inter Vincentianorum Coetuum Sodales adnumerari voluit. Optimas insuper ac sanctas coluit amicitiae : memoratu digna, prae ceteris, est amicitia cum Achille Ratti, tunc celeberrimae Bibliothecae Ambrosianae Doctore, postea vero ad Summi Pontificatus apicem, Pii Pp. XI nomine, evecto. Qui, praeter laudes Servo Dei tributas, amplissimas, « miraculum » eius vitam appellare non dubitavit. Iucundum denique gratumque Nobis est amicitiae mentionem facere quam Dei Famulus Dilecto Filio Nostro Ioanni S. R. E. Diacono Cardinali Mercati, tunc temporis in Ambrosiana Bibliotheca Doctori, postea In hac Nostra Vaticana Scriptori, nunc vero Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecario et Archivistae, magna existimatione atque obsequio diu exhibuit. Neque silentio praetereundam putamus eius consuetudinem cum optimo catholico Viro Aloysio Olivi, in Mutinensi Athenaeo Iuris Internationalis Professore, qui omnium primus Venerabilis Famuli sanctitatem in lucem edidit eiusque beatificationis causam inchoandam curavit. Singularibus ac perhonorificis huiusmodi amicitiis sancta accès-

sit atque intima eius familiaritas cum Iosepho Toniolo, qui clarissimus fuit in Pisana Studiorum Universitate Professor, nec minorem sanctitatis famam adeptus est. Permulti fuerunt in Italia, quorum nonnulli etiam nunc supersunt, clarissimi Professores, qui illius amicitiam coluerunt, immo optaverunt, peritiam non minus quam pietatem admirati. Lutherani insuper, nec non Israëlitae, praesertim doctissimi humanioribus atque iuridicis studiis Viri Germani, permagna Venerabilis Dei Famuli doctrina morumque suavitate ad eum alliciebantur, eius humilitatis ac modestiae maxima affecti admiratione. Ipse denique « coram Deo constanter ambulare » et ipsius Dei sapientiam ac pulchritudinem in omnibus tum naturalibus, tum historicis rebus, admirari solitus erat : praecipue cum ruri, ad Verbanum lacum, prope Alpes, morabatur. Tunc, sive meditationibus scriptis traditis, sive epistulis, animam Dei amore incensam large ac poetice ita effundebat, ut Venerabili Servo iure meritoque illud Christi aptari possit : « Estote simplices sicut columbae, et prudentes sicut serpentes ».[13] Quod clare demonstrant permulta quae scripsit sive de re ascetica et apologetica, vestigia celeberrimi illius doctissimique Viri Alexandri Manzoni premens, sive de re iuridica, quam tam sapienter pertractavit, ut Germanus quidam, in hac disciplina doctissimus, praenuntiaverit saeculum xx Contardi Ferrini saeculum esse futurum. Deus autem disposuit aliter, aliterque voluit. Sed huiusmodi vitae ratio vitam ipsam illius minabatur : Sunae, super oris Verbani lacus apud Alpes, quietem ac salutem quaesivit, semper tamen Dei voluntati obnoxius ; ibi maiores « ascensiones in corde suo disposuit » et cum Deo, cum Iesu Christo, cum Maria Virgine impensius familiariter que con versabatur ; ibi postremo die decima septima mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo secundo, quadragesimum tertium agens annum, parentibus suis adeuntibus, pie sancteque obdormivit in Domino. Illico post mortem « Sanctus » appellatus est unanimi populi voce et concordi testimonio ex tota Italia. Tum Sunae cum Mediolani et in omnibus civitatibus ubi Professoris munere functus erat, inopinata eius mors complorata fuit ab omni populo potissimumque a doctissimo quoque viro, cum magnis virtutum eius doctrinaeque laudibus. Paucis post annis Famuli Dei scripta religiosa prius edidit, deinde vitam enarravit certa scientia impensoque studio Carolus Pellegrini, sacerdos mediolanensis, qui primus ad Causae Postulatoris officium electus est. Cum vero sanctitatis fama in dies apud omnes percrebuerit prodigiorum etiam causa, quae eiusdem intercessione a Deo patrata ferebantur, anno millesimo nongentesimo decimo sexto in Curia Archiepiscopali Mediolanen^

[13] MATTH.. X. 16.

si Processus Beatificationis de more inchoatus est a rec. mem. Andrea Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Ferrari, Mediolanensi Archiepiscopo, qui epistulam quoque postulatoriam Benedicto XV, fel. rec, Decessori Nostro, scripsit. Anno denique millesimo nongentesimo vicesimo secundo, Decessor Noster, rec. mem., Pius Pp. XI Commissionem Introductionis Causae apud Sacrorum Rituum Congregationem gerendae, die sexta mensis Iulii manu propria signavit. Raphaele Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Merry del Vai, ven. mem., tunc Causae Relatore seu Ponente, ipsa Beatificationis Causa suscepta est a Mediolanensi Studiorum Universitate Catholica « Sacri Cordis », cui Augustinus Gemelli, ex Ordine Minorum Franciscanum, praeerat et etiam nunc praeest, et quo Dei Famuli corpus anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo delatum fuit. Post vero supra memorati Cardinalis obitum, rec mem. Caietanus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Bisleti, tunc Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefectus, Causam suscepit et Relator eiusdem factus est. Inquisitionibus itaque iudicialibus *m* **Famuli Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis apud Episcopales Curias Mediolani, Romae, Papiae, Novariae, Messanae, Panormi, Mutinae, Patavii, Augustae Taurinorum, Tarvisii atque Calaris, ceterisque omnibus rite absolutis, praefatus Pontifex Decessor Noster, decreto die octava mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo, edito, coram universo Mediolanensis Athenaei Catholici Professorum Conlegio eodemque plaudente, Venerabilis Servi Dei Contardi Ferrini virtutes heroicum attigisse fastigium sollemniter decl a ravit. Postea suscepta est quaestio de miraculis, quae, ipso Venerabili intercedente, patrata a Deo ferebantur ; ex eisque duo proposita fuerunt, pro Aloysio Valentini, gravi spondilite dorsuali cum meningo-mielite affecto, nec non pro Eduardo Grametti, gravi capitis fractura cum commotione cerebrali ad limen vitae ducto. Ambo postea, precibus Dei Servo impense fusis, sanitatem illico adepti sunt. Nos autem, rebus omnibus iudicio severissimo ponderatis, per alteram novissimam positionem, cum eadem vera atque explorata fuerint renuntiata, post Generalem Congre gationem, quae coram Nobis die vicesima septima mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, habita est, per decretum, die decima quinta mensis Martii eiusdem anni editum, duo proposita constare miracula pronunciavimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Illud igitur discutiendum supererai num Venerabilis Servus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Hoc dubium propositum est a Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae**

Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, nec non huius Causae Ponente seu Relatore, in Get nerali eiusdem Congregationis Coetu coram Nobis habito die nona mensis Iunii eiusdem anni ; omnesque qui aderant tam Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, quam Praelati seu Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus precesque iter andas esse censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem Dominica die tertia mensis Ianuarii, in festo Sanctissimi Nominis Iesu, anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque ad Vaticanas Aedes Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo ac Sacrae Rituum Congregationis Praefecto nec non Causae Relatore, atque dilectis filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, atque Salvatore Natucci, Generali Sanctae Fidei Promotore, *Tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Famuli Dei Contardi Ferrini, Professoris, Beatificationem, auctoritate Nostra, pronunciavimus. Quae C U M ita sint, Nos, precibus etiam permoti tam Mediolanensis Athenaei Catholici « a Sacro Corde » Rectoris nec non universi Professorum Collegii, quam Episcoporum et Christifidelium praesertim Italiae, harum Litterarum tenore, auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Servus Contardus Ferrini, Vir laicus ac Professor, Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac reliquiae seu lipsana, quae tamen in sollemnibus supplicationibus non sunt deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, ac praeterea ut in posterum eiusdem Beati imagines radiis decorentur permittimus. Pari quoque Nostra auctoritate concedimus ut de Beato eodem quotannis Officium recitetur et Missa celebretur de Communi Confessoris non Pontificis, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem ac Missae celebrationem fieri largimur non modo, iuxta morem, in Mediolanensi Archidioecesi, ubi Beatus ipse natus est, et in- Dioecesi Novariensi, ubi supremum obiit diem, sed in Papiensi quoque Dioecesi nec non Mutinensi et Messanensi Archidioecesibus, ubi vitam haud paucos per annos egit, omnibusque a Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missas attinet, a presbyteris omnibus, tam e saeculari quam e religioso clero, ad templa seu sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Contardi Ferrini, servatis servandis, supra dictis

in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis Decretisque de non cultu editis, ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum Apostolicarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in iudicialibus etiam disceptationibus eadem.prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensus Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xni mensis Aprilis, Dominica in Albis, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

VENERABILIS DEI FAMULA MARIA GORETTI, VIRGO ET MARTYR, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christiani palmarum martyrii, quibus inclyta Christi Sponsa nullo non tempore decorata redimitaque fuit, ne hac quidem aetate nostra, turbidissima sit quamvis licet atque teterrima, exempla desunt aetherio splendore micantia. Unus quidem omnium maximus triumphus ille habendus est, quem suae ipsius vitae dono atque immolatione aliquis obtinuerit : qui triumphus, pie sancteque effuso sanguine purpuratus, haud parum saepe martyrii nomine decoratur. Quod si in martyre parvae aetatis fragilisque sexus naturalis debilitas accesserit, huiusmodi martyrium ad verae ac magnificae apotheoseos celsitudinem per se ipsum assurgit. Quod quidem in parvula atque humillima, eodemque tempore permagna ac celsissima romani agri incola evenit, Maria Goretti, quae, ad castitatis suae candidum florem tuendum illibatumque servandum, heroica virtute contendere, pati, vitamque ipsam una cum sanguine fundere non dubitavit. Eidem propterea verba illa aptissime congruere videntur, quae Sanctus Ambrosius Beatae dicavit Agneti : « Mirentur viri, non desperen!; parvuli, stupeant nuptae, imiten-

tur innuptae » *{Off. S. Agnetis).* Iure igitur meritoque <? Exsultet gaudio pater iusti, gaudeat pater tuus et mater tua, et exsultet quae genuit te! » *(Prov.* 23, 24, 25). Pater nempe tuus, o nimis felix, nimis o beata puella, tecum una laetetur in caelis, dum mater tua, aeque ac mater angelici illius Aloysii, fortunatissima, nobiscum gaudio gestit in terris. Exsultet et Italia parens, demissam iam erigens venustissimam frontem, cui per te niyeis purpureisque litterulis bina nomina inscripta sunt illa : « Fortitudo et decor » *(Prov.* 31, 25). Maxime autem Italiae filiae, quarum dulcis floret iuventa, puro velint inspicere obtutu suum propriumque femininae et iuvenilis virtutis nitidissimum exemplum, quod ex malo eminet, velut ex umbris lumen. Exemplum, inquimus, et praesidium ; nam, si pro omnibus Deus « mirabilis in Sanctis suis » praesidium in ipsis constituit et exemplum, peculiare sane in Maria parvula collocavit pro puellis corrupti huius et cruentissimi saeculi, cuius vel ipsum limen innoxio sanguine suo respersit illa. In oppido « Corinaldo » vulgo nuncupato, in Picenis, intra Senogalliensis dioeceseos fines, sito, Aloysius Goretti et Assumpta Carlini, coniuges, divitiarum atque ceterorum bonorum expertes, sed Fidei Christianarumque virtutum thesauris afluentes, cubiculum suum, quasi hortum conclusum sanctimooiae fructibus olentem, postridie idus Octobres anno supra millesimum octingentesimo nonagésimo, fragranti mystico lilio exornatum, clementissimi Dei benignitate, conspexerunt, ob suavissimam in lucem editam filiolam, cuius statim tutelaris Angelus, sicuti opinari fas est, symbolicam coronam niveis purpureisque floribus, castitatis et martyrii triumphum praenuntiantem, gaudens intexuit. Parentes autem eius, Fidei Christianae praeceptorum observantissimi, infantulam, nulla interposita mora, lustralibus aquis abluendam curarunt, eidemque, erga Deiparam Virginem pietate atque amore quam qui maxime aestuantes, pulcherrimum suavissimumque Mariae nomen indiderunt, secundum post illud « quod est super omne nomen », adiecto nomine Teresiae. Sextum vix aetatis attigerat annum, cum per manus Episcopi sui, rec. mem. Iulii Boschi, inter Purpuratos Patres serius adiecti et Ferrariensium Archiepiscopalibus Infulis ornati, sacro fuit Chrismate inuncta ; tanta gloria tantoque lionore parvulam Ancillam, Cordi suo dilectissimam utpote futuram castitatis ac puritatis strenuam, heroicam immo, tutricem, iam ab incuaabulis decorare Immaculatus, « qui pascitur inter lilia », voluit Agnus *(Cant.* II, v. 16). Sanctus praeterea Spiritus, qui <c ubi vult spirat » singularibus charismatibus privilegiisque extraordinariis parvae Dei Famulae locupletare volens animam, eiusdemque magis magisque in dies alere et augere sanctitatem, illam a « visibilibus » et naturalibus rebus

ad « invisibilia » atque caelestia perquam suaviter leniterque trahit. Canora proinde sicuti alauda, quam virentium amoenitas agrorum ac purum temperatumque caelum laetificant, rapida gaudens subvol&t atque, in aere suspensa librataque, canit et exsultat, haud aliter castissima Corinaldensis Puella, avium permulsa concentibus, suavi delinit» florum odore, radiorumque solis nitido candore obleetata, cor suum leves extollit ad auras, sublimiusque ad astra, ad aethera ignescentem, sublimius immo ad Angelorum choros, ad ipsum Altissimi Dei solium, totam que laetitiam suam edit, editumque gaudium « in perpetuas » effundit « aeternitates ». Cum posthac familiola Goretti migrare necessitate coacta fuerit, Corinaldense lilium candescere ac fragrare coepit in agro romano : primum quidem in loco « Colle Gianturco », prope « Paliano », Praenestinae Dioecesis intra fines, deinde, ab anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono, in pago « Ferriere di Conca », haud longe a « JSTeptuno », in Dioecesi Albanensi, neque sacra aede neque ludis litterariis, sed aere maligno praedito tantum; in domo rustica Mazzoleni Comitia, quam eius coloni, videlicet Aloysius Goretti et Ioannes quidam Serenelli cum Alexandro filio, matre orbo, viginti circiter annorum, habitabant communiter. Dilectissimo parente orbata paulo post, vix decennis, candida Ancilla Christi non persentire non potuit necessitatem Dei « Patris orphanorum et tutoris viduarum » *(Ps.* **67, 6). Matri vero, viduitatis maerore et familiaribus angustiis oppressae, assidua ac sollicita curarum particeps adfuit, solaminis angelus. Boni erat ingenii docilisque ; verecunda aeque ac decora, ut mater ipsa testatur ; nunquam ei non-oboedivit, nihil ei molestiae seu displicentiae intulit umquam, nihil immo non tentavit ut eam filiali studio laboribus levaret. Fratribus autem et sororculis, quorum sibi conciliavit amorem munere amico, fuit altera mater. Ceteris vero modestiae illius insigne praebuit exemplum, quam Apostolus** *(Philipp.* **4, 5) notam esse vult omnibus hominibus. Coram quibus, ut et coram Deo, « proficiebat sapientia et aetate et gratia »; uno tantum usa Magistro, cuius docentis cathedra Crux; uno tantummodo libro, videlicet illo fidelium breviario tripertito, quod est Mariale Rosarium. Crescebat aetate, sed celerius in illa sapientia progrediebatur, quam sapientibus absconditam et prudentibus, revelatam dicit Dominus a Patre benignissimo parvulis** *(Matth.* **11, 25). Quod de ea testatum legimus: *u* Vetulae similis erat » nonne liturgiam resonat Agnetis : « Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa »? Huic tamen infantiae nondum Pius futurus Papa decimus copiam maturaverat Eucharisticae Dapis. Solis iam viderat undecim revolutos orbes, cum potuit agresti s flosculus noster ad candentem Solem Eucharisticum**

m&m aperire corollaru, atro turbine mox excutiendam. Ad Caenaeulum vocata est, ut verius videtur,, mense circiter antequam ad Cal-Tariam, in sollemnitate Sacratissimi Corporis Christi, die nona et vicesima Maii mensis, anno novi saeculi secundo, susurrante forsan Maria Magdalena Carmelita Florentina, contactum Eucharisticum vel unum satis esse ut sanctus evadere quis possit. In illo divinae caritatis amorisque triumpho perquam felix castissima puella erat; sed tamen aubeculae instar, radium facis leviter obtegentis, tristis quaedam cogitatio summam eius laetitiam tenuiter inumbravit, carissimus enim aberat amantissimusque parens. At ineffabilis gaudii sui participem quodam modo illum fieri exoptans, ad caelestem pacem pro eo implorandam aeternamque beatitatem, Eucharisticas suas primitias Omnipotenti Deo fla grantissime libavit. Non ita multo post, cum unam ex duodecim, quas ad sacram Eucharisticam primam Dapem commensales habuerat, et iuvenculum quemdam ad aquae fontem audisset turpia ultro citroque facere verba, cumque matri suae hoc retulisset horrescens, monita ab ea, respondere non dubitavit se necari malle quam obscena dicere verba. Quod pudoris propositum quid ab eo differt, quod primaevae Ecclesiae Virgines purpureae coram iudicibus profitebantur : « Malo mori quam foedari »? Quod ut ipsa ad effectum etiam adduceret, mox occasio, sic disponente Deo, oblata est illi. Cum enim puella, etsi tenera, statura tamen esset satis alta et formosa, cumque iuvenem contubernalem, vitiis con' taminatum voluptatibusque omnino deditum, fugere non posset, ne maximo quidem pudore suo maximaque modestia turpissimum eius cohibere valuit obcaecatumque desiderium. Ab eo itaque frustra semel et iterum tentata, hanc oblatam habuit denique optionem; ut aut virtutis iactura vitam servaret, aut iactura vitae servaret virtutem. Vitam, solam ritam abiecit, in altero saeculo inveniendam, custodiendam in vitam aeternam. Die enim quinta Iulii mensis, eodem quo diximus anno, daeoion iuvenem invasit. Qui, cunctis ad opus agreste vix reversis, reversus extemplo domum solus, ab inscia virginis matre interim in labore suffectus, puellam, cui iam iniunxerat ut suum ipsius indusium acu sarciret, sororculae somno invigilantem extra ianuam in summa scala, sollicitatam, vi in cubiculum abreptam, negantem, negantem, negantem, et supra pueriles vires insanae concitataeque libidini resistentem, pudicitiae vel sub ferro consulentem, in tenacia sancti propositi perquam obstinatam, in simplicitate cordis clamantem : « Quid facis? Peccatum est ! Ibis ad infernum ! », qua erat crudeli tate imbutus, beluarum ritu iracundia effervescens, totumque aeerbitatis suae virus in eam effundens, acutissimo pugione seu quadrangula quadam subul a ad hoc comparata.

vulneribus quatuor supra decem aliaque plaga multiplici confodit* Pectusculum virgineum ipsumque cor innoxium, quae ferrum transfixit, peccatum, « turpe peccatum » non penetravit ! Heroica puella barbare obtruncata, suo ipsius cruore madida, humi iacet; foedissime necata, sed invicta ; vulneribus terebrata, sed intacta ; lethalis ipse pugio, costam eius vehementissime percutiens, flexus est ; at candidissima « puritatis Martyr », firma constantique eius voluntate neque fracta neque flexa, semianima iacet, sed suo micabit in aevum sublimi purpurata triumpho. O mirabilis virtus, quam Dei famula, in ipso Pretiosissimi Sanguinis die, sacravit in aeternum, suo commixto cum Sanguine Agni, in quo stolae Sanctorum dealbantur! Et ad candorem innocentiae, ad sanguinis ruborem affabre adiunxit virorem taeniae, cum suspenso sacro numismate, earum propriae quae, virentis vitae suae tempore, ad honorificum contendunt nomen Filiarum Mariae : ut in Quo nomine dulcissimo vitam inchoaverat, in ipso vitam et finiret : vitam profecto brevem, sed gloriosissimam. Etenim exiguae vitae anni, quos in angelica innocentia emensa est, omnibus potissimumque puellis in exemplum usque quaque nitebunt, duodecim instar siderum circum caput Deiparae Virginis mystice fulgentium. In caritate suum Dei Famula conclusit curriculum; in caritate proximi, cum vitam suam tallenti ignoverit ex corde, velut Iesus ipse latroni in paradisum recipiendo; in caritate Dei, nempe Patris, cuius mandata ne amarissimo quidem tempore est oblita dulciora « super mei et favum » ; Sponsi cruenti quocum in cruce sitiente sitivit, cuius in osculo sancto spiritum emisit purum, niveum, lacteolum. In caritate « qua maiorem nemo habet » ; qua videlicet « animam suam ponit quis pro amicis suis ». Hoc profecto sensit illico christiana plebs fidelium, quae virgini pauperculae non quidem iusta funebria persolvit, sed triumphum detulit ornatissimum ; cui mox undique terrarum catholici consenserunt omnes, larga quoque stipe collata, ex qua selectum in coemeterio sepulcrum primo, dein vero, a die vicesima octava Iulii mensis anno millesimo nongentesimo vicesimo nono, nobilius in aede Mariana de Gratiis monumentum, sub custodia Neptunensium alumnorum Sancti Pauli a Cruce, recónditas exuvias virgíneas asservarunt. Hoc sensit Pius PP. X fel. rec. Decessor Noster, qui novensilis huius Agnetis illustrare voluit ac perpetuare memoriam. Hoc idem denique sensit Catholica Iuventus Itala, nominatim Albana, cuius decus exstitit atque ornamentum Famula Dei. At, cum fama martyrii magis magisque excreverit, tandem, instante dioecesano Albanen si Consilio puellarum Actionis Catholicae, quod Causam promovit, in Curiis Albanensi et Senogalliensi, anno millesimo nongentesimo tricesimo quinto, processus ordinarii

inchoati sunt. Quibus confectis, rec. mem. Pius Pp. XI, Decessor Noster, die prima mensis Iunii anno millesimo nongentesimo tricesimo octavo Commissionem Introductionis Causae propria manu signavit. Apostolicis inquisitionibus peractis, Antepraeparatoria Congregatio de martyrio et causa martyrii coram Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ac huius Causae Relatore seu Ponente, habita est die vicesima septima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo ; Praeparatoria vero, coram Patribus Cardinalibus, Officialibus, Praelatis atque Patribus Consultoribus eiusdem Congregationis, die prima mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo quarto. Generalis denique coram Nobis, die tricesima mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto celebrata est. Nos vero, die vicesima quinta mensis Martii eiusdem anni, de Venerabilis Famulae Dei Mariae Goretti martyrio et causa martyrii constare ; et insuper, dispensatione a miraculis seu signis, ad normam Canonis Iuris Canonici 2116 § 2, concessa, ad ulteriora procedi posse decrevimus. Illud autem unum supererai, ut Sacrae Rituum Congregationis Cardinales et Consultores rogarentur, an, stante approbatione martyrii, martyriique causae, nec non dispensatione a signis sive mi raculis, TUTO procedi posse censerent ad sollemnem eiusdem Dei Servae Beatificationem : quod dubium a Venerabili Fratre Nostro Cardinali Salotti, Causae Ponente seu Relatore, in Generali Congregatione, die vicesima quarta mensis Aprilis eiusdem anni coram Nobis habita, fuit propositum : cui iidem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Officiales, Praelati, Patresque Consultores in unanimem affirmativam sententiam concesserunt. Nos tamen in tanti momenti re mentem Nostram ape rire distulimus, ut enixis precibus supernum antea lumen posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die vicesima prima mensis Maii praedicti anni, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus supra memorato Cardinali Praefecto atque Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alfonso Carinci, Sacrorum Rituum Congregationis a Secretis, ac Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae Mariae Goretti, Virginis et Martyris, Beatificationem *Tuto* procedi posse ediximus. Quapropter, Apostolica Nostra Auctoritate, harum Litterarum tenore, concedimus ut Venerabilis Dei Famula Maria Goretti *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, sive relliquiae, non tamen in sollemnibus deferenda supplicationibus, publicae Christifidelium venerationi proponantur, itemque permittimus ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea, eadem Aposto-

lica Auctoritate Nostra, concedimus ut de Beata ipsa quotannis Officium recitetur de Communi Virginis et Martyris cum lectionibus propriis per Nos approbatis; et Missa celebretur cum orationibus propriis, pariter •per Nos approbatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani Rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Senogaliiensi, ubi Beata nata est, et Albanensi, ubi gloriosum martyrium suscepit, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa confluentibus, in quibus eiusdem Beatae festum celebretur. Denique facultatem impertimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Ancillae Dei Mariae Goretti, servatis servandis, in Dioecesibus Senogaliiensi et Albanensi, die ab Ordinario designando, peragantur, intra annum ab iisdem sol ìemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite celebratis. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus insuper ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enuntiatae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Aprilis, Dominica tertia post Pascha, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUVS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULA

AD EM0S PP. DD. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESBYTERUM CARD. HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM, ADAMUM STEPHANUM TIT. S. MARIAE NOVAE S. R. E. PRESBYTERUM CARD. SAPIEHA, ARCHIEPISCOPUM CRACOVIENSEM CETEROSQUE POLONIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS : OFPICIOSIS LITTERIS RESPONDET EX EPISCOPALI COETU CZESTOCHOVIENSI DATIS.

PIUS PP XII

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Immaculato Deiparae Cordi, cuiuslibet intemeratae victoriae auspici et datori, postquam melita Polonorum gens se magnis laetitiis et promissis dicavit, vos, dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, apud Czestochoviense sanctuarium suetum episcopalem coetum egistis, unde Nobis studii et obsequii testificationem misistis ; quod utrumque etiamsi saepius cognovimus, dulce est Nobis semper recognoscere. Qui vester profecto conventus non solum negotiorum granditate gravis sollemnisque fuit, sed etiam numero sacrorum Poloniae Antistitum, qui tandem quasi plane redintegrata apparuit : deerant autem ibi, pro dolor, orientalis ritus Episcopi, quorum postremi duo paucos abhinc menses ábacti e suis sedibus sunt et cum ceteris conlegis suis iniusta et dura patiendo venerabiliorem suam reddunt canitiem et invictae fortitudinis luculenta coacervant merita ; haec vero perpendere et mirari in praesenti aerumna haud tenui est Nobis solacio. Si semper et ubique pastoralis ministerii partes merito terrent illos, qui eas gerunt, praeter modum vos sua sarcina premunt, qui istic Dei gloriae animorumque saluti servitis, ubi tot post hórrida discrimina belli, serpunt letales opiniones errorum et agitantur opposita civium studia et in arctis ipsis rebus contentiones et conflictationes cooriuntur. At vos freti Deo, qui, pondus huiusmodi humeris vestris cum imposuerit, manum supponit, lit illud portare valeatis, intrepidi et vigiles, constantes et alacres vos sacros exhibetis pastores, quorum in Evangelio laus latius usque innotescit et quorum solidae virtutes tutaminis et oblectamenti causa mnt dominico gregi curae vestrae commisso. Quid Nobis non sperandum, si fideles, quorum profectui consulitis, exemplo et monitis vestris permoti erga catholicam religionem expergefacient amorem, qui gloariosis avis vestris una est pulcherrima gloria? Num continget, ut illa Crux quam ille vester Ioannes Sobieski, periclitante christianae hunia-

nitatis cultu, retulit victricem, contra Dei Numinis hostes istic defensoribus destituatur? An potius data est a Deo certandi copia, ut antiquis addendi clariores referantur triumphi? Hac bona spe moti et vigilanti conscientiae obsecuti, vos huius anni decursu impigra cura fidem tutati estis, praesertim nuptiarum foedera defendendo, catecheticam institutionem provehendo, catholicas scholas cuiuscumque ordinis ipsamque Lublmensem Universitatem studiorum rite curando neque omisistis de publicis statis suffragiis, fidelibus vestris opportuna impertiri mandata. Facite, quaesumus, ut etiam in posterum talibus in rebus summi momenti sollicitudo vestra ne desit. Neque minori cum contentione ad christianorum morum restaurationem cogitationes vestras convenistis et hanc ob causam expeditiones ad populi pietatem excolendam excitastis, et, datis post episcopales coetus monitis aliisque documentis vestrates docuistis, quibusnam normis christiana vita informari debeat et summopere id nunc oportere, ut evangelicae lenitati verborum et operum violentia concedat, ut aequitas et ius socialem consortionem moderentur, quae, si tali careat fundamento, necessario pessumdatur ; et contra ebriositatem praecepta daturi estis, opportuna quidem et salutaria, cum huius vitii immoderatio familiarum misere quatiat compaginem et magnopere christianae gentis ingenitam nobilitatem deturpet. Neque in defensione Ecclesiae et fidelium iurium studium vestrum deses fuit et praeter alia provido interventu, quantum fieri potest, minas maiorum asperitatum quae religionis exercitio imminent, decussistis ac postulasti» copiam in carceribus inque publicae custodiae locis detentis religionis solacia afferendi. Strenuissimam quoque operam dedistis, ut quod iustum et hominum societatis utilitatibus perquam consentaneum est, libera sit catholicis viris volumina, commentarios, ephemerides typis edendi facultas : adhuc, pro dolor, petitiones vestrae irritae fuerunt, quin etiam vestrae pastorales litterae hic illic decurtatae sunt. Quoniam autem et animi miseriores rei materialis inopia et defectu fieri solent, laudabile consilium suscipiens, si etiam ad reparanda damna furialibus praeliis illata proposita et vires vertere prosequemini. Quae omnia felicius eve nient, si concordia vestra in excogitando et operando stabilis et indemnis manebit, cum, ea tantum si adsit, et hostili impulsioni aheneus murus obsistit et salutaria incepta, licet ardua et difficilia, perficiuntur. Ad concordiae placita et pacta adamussim servanda etiam sacerdotes vestro moderamini commissi, connitantur. Qui vero ab oboedientiae officio abscesserint — pauci sane — meritae quoque reprehensionis nota digni esse videntur. Sacerdotum cohortem belli discriminibus imminutam suppleat strenue agendi voluntas, consolidet cum sacris pastoribus

semper firma et laudabilis cohaerentia et consensio. At tantae virtutis sacrorum administrorum, qui vestro ministerio opitulantur, habemus specimina, ut spem optimam, quam de ipsis concepimus, nullo modo felicis eventus et exitus expertem fore arbitremur. Votis Nostris Deus caelestis gratiae multiplicato dono arrideat. Cum vero ecclesiasticorum virorum devovendi se ardorem excitamus, tum ob oculos maxime habemus ingentes civium turbas, quae ex aliis in alias regiones se transferre coactae sunt. Quae sane quot et quantis indigentiis sive in re spiritali sive in re oeconomica adfligantur vos testes estis. Multum pro iis et pro reliquis, qui belli consectaria patiuntur, actum est, praesertim ope Sodalicii « Caritas » appellati, cui semel iterumque largitatis Nostrae opes dedisse gavisi sumus ; at plura sunt in posterum agenda, cum amor erga egenos fratres istic magis magisque animos, voces, opera compellere et adurgere debeat. Fidei namque index, alimonium, vita semper est caritas, cuius debitum etiam si semper solvitur, numquam tamen reputatur extingui. Virtutes vestrae, divinae gratiae latice alitae, ita in his cala mitosis temporibus eniteant, ut sua celsitate et praestantia etiam adversarios in sui admirationem traducant. Solidiora et luminosiora quam verba, vestra consistant et relucescant opera. « Non suasionis opus, sed magnitudinis est Christianismus, quando utique odio est mundo »/ Aliorum divinarum rerum negligentiae vel contemptui opponite caelestem sapientiam, aliorum morum corruptioni vestram retinentissimam officii conscientiam. Adversarii vestri, Dei munere mansuefacti, fortasse olim diligent quod nunc invidia prosequuntur ; et si non multi ex ipsis poenitentiam admissorum suorum egerint, eorum filii colent et consti*uent altaria, quae superior aetas superbo nisu evertere voluerit. Pertinent enim futura aeva ad Deum, pertinent ad palmas numquam fallacis veritatis triumphi. Hoc pro ministerio Nostro vos commonefacientes, dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, vobis enixa prece supernae pietatis ubertatem poscimus inque huius pignus vobis et ovibus ductui vestro concreditis Apostolicam Benedictionem amanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxin mensis Decembris anno Domini MCMXLVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

[1] S. IGNATIUS MART., *Ad Rom., III,* 3.

ALLOCUTIO

*Ad christifideles qui Romam convenerant ad beatificationem Ioannae Delanoue celebrandam**

L'écho vibrait encore du sermon fameux que Bossuet avait, en 1659, prononcé dans la chapelle de la « Providence », en présence du « Père des pauvres », Vincent de Paul, arrivé au soir de sa vie, quand naquit, sept ans plus tard, le 28 juin 1666, Jeanne Delanoue, que ses contemporains appelèrent spontanément la « Mère des pauvres » comme ils appelèrent sa maison la <« Providence ». Sa vie allait être le commentaire, l'illustration vivante du titre que Bossuet avait donné à son discours : F« eminente dignité des pauvres dans l'Eglise ».

En quoi consiste-t-elle cette dignité? et comment se manifeste-t-elle, très chères filles, dans la vie de la Mère, que vous vénérez aujourd'hui nimbée de la gloire des bienheureuses? La voix du pauvre est la voix du Christ ; le corps du pauvre est le corps du Christ ; la vie du pauvre est la vie de ce Christ qui, de riche qu'il était, s'est fait pauvre, afin de nous faire riches par sa pauvreté.[1]

La voix du pauvre est la voix du Christ

La voix du pauvre, cette voix suppliante, pénètre jusqu'au fond du cœur comme une pointe acérée. Qui lui résiste sent bien, qu'il le veuille ou non, qu'il ferme l'oreille à la voix même du Christ.

Cette voix du Christ, par la bouche du mendiant, se fait entendre à tous, à chaque tournant de rue. Au cœur de certains, elle parle avec un accent plus tendre, plus pressant, doucement impérieux : « Donne-moi à boire » dit Jésus à la Samaritaine sur la margelle du puits de Jacob; et sa demande d'un peu d'eau voile une demande plus intime, la demande d'un don de soi-même : c'est une vocation ; c'est, en même temps, l'offre du don de Dieu, de son eau vive qui jaillit pour la vie éternelle.[2] Il est enfin des saints, des serviteurs de Dieu, à qui la voix, émue, adresse la parole décisive : « Va, vends tous ce que tu possèdes, distribue-le aux pauvres,... et suis-moi ».[3] Ainsi l'avait entendue le jeune mondain d'Assise, François, et sa vie en fut définitivement orientée, transfigurée. Ainsi l'entendit notre nouvelle bienheureuse.

Bien différente de ce qu'avait été sa pieuse mère, et plus préoccupée

* Habita die **10** mensis Novembris a. **1947.**

[1] 2 *Cor.* 8, 9.

[2] Io. 4, 14.

[3] MAÏTH. 19, 21.

de ses intérêts temporels qne de ceux de son âme, tout affairée aux gains de sa boutique qui s'ouvrait les dimanches et fêtes comme en semaine, Jeanne n'accueillait guère les pèlerins que pour le profit qu'elle en savait tirer. Quant aux pauvres qui s'aventuraient à frapper à sa porte, dB plus loin qu'elle les apercevait, elle les écartait d'un mot dur : « Je n'ai pas de pain à vous donner ». Et voici que, un beau jour, dans un de ses bons moments, elle a hébergé pour quelques sous une pèlerine, Françoise Souchet. « Dieu — lui dit celle-ci, énigmatique — ne m'a envoyée cette première fois que pour apprendre les chemins ». De fait, elle revient. Cette femme, visiblement une ignorante, une miséreuse étrange, ne profère d'elle-même que des propos décousus, inintelligibles, salués du gros rire de la cantonade; à d'autres instants, elle prend un ton majestueux pour exprimer avec une autorité péremptoire ce que « la voix » lui fait dire. Quelle voix donc? La voix de Dieu qui parle par la bouche du pauvre.

Petit à petit, cette voix mystérieuse envahit plus pleinement le cœur de Jeanne, éveillant sa conscience. Elle écoute, elle répond et, tombant à genoux, elle interroge: «Est-ce donc, mon ï.)ieu> par cette simple femme que vous voulez me faire entendre votre voix? » Dès ce jour-là et par la suite, la voix se fait plus précise et plus pressante, la réponse plus docile. C'est l'appel au « chemin de la perfection » et Jeanne sent monter à ses lèvres l'invocation de Saul sur la route de Damas : « Seigneur, que voulez-vous donc que je fasse?».[4] Puis, c'est l'appel au dépouillement complet et de tout et d'elle-même aux pauvres. Elle continue d'obéir et elle vide ses armoires pour en porter tout le contenu aux indigents. Ce soir-là, au retour de la charitable expédition, elle entend, par la bouche de Françoise, la « voix » qui lui dit que l'aumône a apaisé tous les griefs de Dieu contre elle et que le voile de l'oubli est descendu sur son passé, le dérobant pour jamais aux regards du juste Juge.

A la Samaritaine Jésus avait dit : « Si tu savais le don de Dieu, si tu connaissais celui qui te demande à boire, c'est toi qui lui aurais demandé et c'est lui qui t'aurait donné de l'eau vive... cette eau qui jaillit pour la vie éternelle ».[5] Et Jeanne, dans une extase de trois jours et de trois nuits, l'une des plus merveilleuses qu'on lise dans l'histoire des Saints, boit à longs traits les délices de l'eau céleste. Quand eile reprend ses sens, le chemin de sa vie est tracé ; elle sait, elle voit clairement ce que le Seigneur attend d'elle : la charité envers les pauvres, l'effort vers la plus grande perfection par le complet détachement d'elle-même.

* *Act.* 9, 5.

[5] Io. 4, 10, 14.

Le corps du pauvre est le corps du Christ

Plus d'une fois, nous avons tous lu dans la légende dorée de la charité quelqu'un de ces récits merveilleux, où le Sauveur, secouru sous les traits du mendiant ou du lépreux qu'il avait empruntés, apparaissait ensuite dans l'éclat très doux de sa gloire. Symbole corporel d'une réalité spirituelle plus grande et plus belle encore.

Comme Jésus dans la nuit divine, l'ange du Seigneur avait envoyé les bergers à l'étable de Bethlehem : « Vous y trouverez un petit enfant... couché dans une crèche » ; ainsi, sur la parole de la pauvre Françoise Souchet, messagère du Seigneur, Jeanne Delanoue était allée chercher, elle aussi, dans une étable, six pauvres petits enfants presque nus, grelottants, gisant à terre avec leurs parents, tous consumés par la misère et la maladie. De son mieux, elle nettoie et accomode le taudis; elle y porte en abondance vivres et vêtements. Plusieurs fois par semaine, on peut la voir parcourir les quatre kilomètres qui séparent Saint-Florent de sa maison, courbée sous le poids d'un lourd panier. Les passants regardent avec surprise l'ancienne mercière, naguère un peu vaniteuse et fort avare, dans sa rude tâche de charité. Les uns admirent sa conversion et ils en bénissent Dieu ; d'autres la prennent pour une insensée ; d'autres enfin sourient, un peu sceptiques, et attendent de voir combien 4e temps elle persévérera dans son beau zèle, un feu de paille croient-ils. Et à ceux qui lui demandent, intéressés ou narquois, où elle va en telle hâte et si pesamment chargée, Jeanne répond : « Habiller et nourrir mes petits Jésus ». On haussait les épaules et l'on passait sans comprendre. Jeanne, elle, avait compris; elle était dans la vérité. Aucune inclination spéciale, avouait-elle plus tard, ne la portait à secourir les indigents, ni à s'intéresser à leurs misères. « Mais lorsque j'entends Jésus-Christ dire dans l'Evangile : Tout ce que avez fait au moindre de mes frères, c'est à moi que vous l'avez fait, je tremble de mériter ce reproche au dernier jour : J'ai eu faim et vous ne m'avez pas donné à manger... Voilà ce qui me porte à tout ce que j'entreprends, à tout ce que je fais ».

Ce qu'elle fait? Mais c'est tout ce que ferait quiconque saurait voir-dans le pauvre, comme elle l'y voyait elle-même, Jésus Christ. Elle le traite, quel qu'il soit, comme elle eût traité Jésus Christ en personne, avec le même empressement dévoué, la même délicatesse rafimée, la même vénération respectueuse.

Pour la même raison, rien ne l'arrête, si grand que soit le nombre de **ceux qui** se **présentent, si grande que soit l'étendue de leur détresse, l'immensité de leurs besoins. C'est Jésus et, parce que c'est Jésus, il ne**

peut jamais être question de reconduire, il doit toujours trouver tout prêts le vivre et le couvert, on doit toujours avoir place pour lui. On se serrera, on agrandira, on bâtira, on s'endettera, qu'importe : « Mon Dieu, disait-elle, ce sont vos dettes ; vous les acquitterez quand bon vous semblera ». Et le Père infiniment riche du divin Pauvre payait toujours les dettes contractées pour son Fils. Des secours imprévus arrivent du dehors, à point nommé; les obstacles les plus insurmontables tombent d'eux-mêmes; le pain, l'étoffe, l'argent se multiplient entre ses doigts. Comment suffixe à sa tâche sans cesse grandissante : elle n'a que ses deux bras; de vaillantes compagnes lui apportent les leurs, et voici un nouyel Institut religieux que bientôt l'autorité ecclésiastique approuva et que le peuple appelle spontanément la *Providence* **et, sans beaucoup tarder, la** *Grande-Providence.*

A la mort de Jeanne Delanoue, la Congrégation de Sainte-Anne de la Providence avait déjà pris un développement considérable. Sur elle, comme sur toutes les familles religieuses, la bourrasque révolutionnaire a passé, mais sans la détruire. Depuis, le zèle et la charité ont dû faire front sans relâche aux épreuves multiples et variées, conséquences des persécutions, des guerres, des crises de toutes sortes ; et néanmoins, continuant saintement et développant l'œuvre de votre Mère, vous travail lez dans un grand nombre de maisons, toujours, comme elle, au service des pauvres.

La vie du pauvre est la vie du Christ

L'identification du Christ avec le pauvre, telle que Nous venons de la dire et de l'admirer, n'est encore qu'une identification morale : elle fait du pauvre le représentant favori et qualifié de Dieu, en sorte que Dieu considère comme fait à lui ce qu'on aura fait pour le pauvre. Cela ne pouvait suffire à son amour de prédilection. Il a voulu réaliser une identification parfaite, réelle, complète, poussée jusqu'à l'extrême, jusqu'à l'identification physique. Il s'est donc fait homme, il s'est fait chair pour habiter parmi nous, mais il s'est fait pauvre pour prendre sur lui toutes les misères de la pauvreté, « ut misericors fieret ».[6] Et il l'a fait en plénitude, afin que sa vie fût par excellence la vie du pauvre et que tout pauvre, sûr, dans les souffrances, les angoisses, les humiliations de la pauvreté, d'être compris de lui, apprît à chercher et à trouver près de lui consolation, secours et exemple.

Il sait, par expérience, ce que c'est que d'avoir froid, de n'avoir pas une pierre où reposer la tête, ce que c'est que d'avoir faim et soif, ce

[6] ***Hebr.*** 2, 17; 4, 15.

que c'est que de voir ses humbles vêtements partagés et tirés au .sort sous ses yeux, et de mourir, nu, avec pour lit une croix raboteuse, étant, né dans une crèche, dont le bois rugueux n'était adouci que par une poignée de foin.

Eminente dignité des pauvres, enviée, semblerait-il, par Dieu, qui s'en est voulu parer. Cette dignité Jeanne Delanoue, dès avant de la comprendre en son esprit, l'avait déjà devinée, pressentie et, la voyant ambitionnée par Jésus, elle l'a ambitionnée aussi pour elle. Tel est le secret de sa vie d'une effrayante austérité.

Le pauvre a faim ; elle ne mange que trois fois par semaine. Le pauvre reçoit les déchets de la table des riches ;[7] **elle mange les débris de pain laissés par les pauvres et la viande avariée que Fun d'eux n'avait pas le courage de mettre à la bouche. Le pauvre est mal vêtu et ses guenilles ne sont pas entretenues; elle s'affuble de haillons répugnants et ne modère cette mortification que par obéissance. Le pauvre est humilié de laisser voir ses misérables habits; elle parait à l'église, malgré les révoltes de sa nature, dans le plus étrange accoutrement. Le pauvre est mal logé et dort sur un grabat ; elle repose quelques courtes heures, tout habillée, assise sur une chaise et la tête appuyée contre le mur, ou se; blottit dans un coffre étroit, où n'eût pu s'étendre un enfant et qu'elle appelle sa crèche. Le pauvre mendie ; elle décide d'en faire l'épreuve pour connaître la peine que connaissent les pauvres honteux.**

Comme tout cela est loin des pensées du monde ! et comme le monde a besoin du spectacle de ces saintes folies pour apprendre et goûter la vraie sagesse, tout au moins pour entrevoir, dans sa splendeur surnaturelle, l'eminente dignité du pauvre et de la pauvreté, qui lui fait horreur pour lui-même!

Quant à vous, filles d'une telle Mère, que pouvons-Nous lui demander pour vous? Que la puissance de son intercession sur le cœur de Dieu, que la puissance de son exemple sur vos cœurs, vous obtienne d'être remplies de son esprit, héritières de sa sollicitude pour les pauvres, de son amour envers Dieu, qui s'est fait pauvre pour notre amour. C'est avec ce souhait et dans cette confiance que Nous vous donnons paternellement, à vous, à votre Institut, à tous ceux qui vous sont chers, à vos chers pauvres surtout, Notre Bénédiction Apostolique.

[7] Cfr. Luc. 16, 21.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

DE CONFIRMATIONE ADMINISTRANDA IIS, QUI EX GRAVI MORBO IN PERICULO MORTIS SUNT CONSTITUTI.

Post latum a Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum decretum «Spiritus Sancti munera» diei xiv Septembris an. 1946 (cf. *Acta Apostolicae Sedis,* vol. XXXVIII, 1946, p. 349) ad Sacrum hoc Consilium Christiano nomini propagando plures Ordinariorum missionum preces, ad easdem ampliores ve facultates obtinendas, pervenerunt.

Quas Ssnius D. N. Pius Div. Prov. Papa XII, in Audientia diei xvni huius mensis, referente infrascripto Cardinali Praefecto, benigne suscipere dignatus est.

Omnibus itaque Ordinariis locorum ab hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide dependentibus potestatem Sanctissimus fecit, absque praeiudicio ceterorum indultorum quibus in re iam fruuntur, ut Sedis Apostolicae indulto (can. 782 § 2), tribuere valeant omnibus sacerdotibus sibi subditis curamque animarum gerentibus, facultatem sacram Confirmationem fidelibus sive adultis sive infantibus, intra fines missionalis circumscriptionis exstantibus et in mortis periculo constitutis, valide ministrandi; necnon licite in ipso loco residentiae Episcopi, absente tamen quolibet Episcopo vel legitime impedito ; servataque formula a Rituali Romano statuta.

Praesens vero decretum eadem Sanctitas Sua confici publicique iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die xvni mensis Decembris, anno Domini MCMXXXXVII.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. *íb* s*

f C. Costantini, Arch. Theodos. in Arcadia, *a Secretis.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ALBANEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE GORETTI, VIRGINIS ET MARTYRIS

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Reassumptionis causae Canonizationis B. Mariae Goretti, Virginis et Martyris, in casu et ad effectum de quo agitur.

Vix dum beatificationis sollemnia puellae Martyris Mariae Goretti, «die 27 Aprilis anni huius, in Vaticana Basilica fuerant celebrata, cum nova prodigia, eius interventione, a Deo patrata feruntur. Iter itaque ad Canonizationem patefieri videtur.

Quare Rmus P. Maurus ab Immaculata, C. P., causae huius Postulator legitime constitutus, Puellarum Actionis Catholicae, praesertim vero ipsius Martyris Matris, quod rarissimo exemplo contingere datum est, vota depromens, Ssmum D. N. Pium Papam XII supplex rogavit, ut B. Mariae Goretti Canonizationis causa resumeretur.

In Ordinario itaque Sacrorum Rituum Coetu die 29 nuper elapsi mensis habito, subscriptas Cardinalis S. R. C. Praefectus et Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio Reassumptionis causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur;* **de eaque retulit. Emi ac Rmi Patres, attentis expositis, ac Postulatoriis Litteris Emorum ac Rmorum Cardinalium Ianuarii Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopi Ostien. et Albanen., Francisci Marchetti Selvaggiani, Episcopi Tusculani et Ssmi I). N. Vicarii Generalis, atque Clementis Micara, Episcopi Veliterni nec non Rmi Praepositi Generalis Congregationis Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi,audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci,Fidei Promotore Generali, ceterisque servatis de iure servandis rescribere censuere :** *Affirmative,* **nimirum :** *Signandam esse commissionem Reassumptionis causae Canonizationis Beatae Mariae Goretti, Virginis et Martyris, si Ssmo placuerit.*

Facta autem, subsignato die, Ssmo D. N. Pio Papae XII per R. P. D. «Salvatorem Natücci relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem Sacrae

Congregationis ratum habens, propria manu *commissionem Reassumptionis causae Canonizationis eiusdem Beatae Mariae Goretti, Virginis et Martyris,* **signare dignata est.**

Datum Romae, die 3 Augusti a. D. 1947.

✠ C. Card. SALOTTI, **Ep. Praen.,** *Praefectus.*

L. ✠ **S.**

† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

II

MONITUM

Ad hanc Sacram Rituum Congregationem relatum est quosdam, nimio zelo ductos, apud fideles et Religiosas Communitates adhuc conniti, ut Servi Dei Guy de Fontgalland beatificationis causa promoveatur. Haec porro Sacra Rituum Congregatio palam facit iam inde ab anno MCMXLI **cum actoribus communicasse hanc causam omnino reponendam esse. Quapropter admonentur quorum interest ut deinceps hac re plane supersedeant.**

Die 18 Decembris 1947.

✠ C. Card. MICARA, **Episc. Veliternus,** *Praefectus.*

L. ✠ **S.**

† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

PONTIFICIA STUDIORUM UNIVERSITAS IN URBE FLUMINIS IANUARII CANONICE ERIGITUR.

Laeta caelo arridens Fluminis Ianuarii urbs, quae felicissimae Brasiliensis ditionis caput est, iure meritoque altiorum studiorum catholicam sedem ut tandem haberet diu exoptabat, quae ad scientiam provehendam et animorum cultum excitandum summopere intenderet.

Nobilissimum hoc propositum vehementer fovit comploratus Eminentissimus vir Cardinalis Sebastianus Leme da Silveira Cintra, qui, plurimis Brasiliae Episcopis consilium opemque conferentibus, consociationem quandam cui nomen « Facultates Catholicae » hunc in finem instituit.

Nonnullis vero evictis difficultatibus, universis christifidelibus alacriter auxiliantibus, Societatisque Iesu sodalibus curas sollerti animo navantibus, binae Philosophiae ac Iuris Facultates — quarum regimen ab eodem Emo Cardinali Archiepiscopo ipsi Iesu Societati iam concreditum erat — prosperam coeperunt agere vitam atque, ab anno MCMXXXXII, iuridica recognitione a Civili Potestate auctae sunt.

Nuperrime vero Eminentissimus Dominus S. R. E. Card. Iacobus de Barros Cámara, Archiepiscopus Metropolita Sancti Sebastiani fluminis Ianuarii, enixe flagitavit ut Sedes Apostolica hanc Universitatem Catholicam suprema sua auctoritate probaret atque firmaret.

His viri Eminentissimi votis, quibus plurimorum Episcoporum et fidelium vota adiungebantur, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto referente in Audientia diei xn vertentis mensis et anni, benigne et libenter obsecundare dignatus est.

Quam ob rem Sacra Congregatio, nomine et auctoritate Summi Pontifiéis, *Universitatem Catholicam Fluminis Ianuarii in Brasilia* **praesenti decreto canonice erigit atque erectam declarat, iis Facultatibus, Scholis, et studiorum Cursibus constitutam, quae necessaria vel utilia nunc videntur vel, pro rerum adiunctis, in posterum videri poterunt, omnibus cum iuribus, privilegiis et honoribus quibus huiusmodi Instituta a Sede Apostolica dependentia merito fruuntur ; ac decernit ut haec nova Universitas, quae statutis et normis a Sancta Sede approbatis regetur,** *Pontificio* **titulo decoretur, eiusque Magnus Cancellarius sit ipse Archiepiscopus Metropolitanus Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.**

Servatis normis et praescriptionibus Sedis Apostolicae; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Callisti, die xx mensis Ianuarii, in Festo Sancti Sebastiani Mart}Tis, anno Domini MCMXXXXVII.

I. Card. PIZZARDO, *Praefectus.*

L. © S.

f I. Rossino, Archiep. Thessalonicen., *Secretarius.*

ACTA OFFICIORUM

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

EPISTULA

AD EMUM P. D. EMMANUELEM CAELESTINUM TIT. SANCTI HONUPHRII S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM SUHARD, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM : DE TEMPORE DOCUMENTORUM PENTATEUCHI ET DE GENERE LITTERARIO UNDECIM PRIORUM CAPITUM GENESEOS.

Éminence,

Le Saint-Père a bien voulu confier à l'examen de la Commission Pontificale pour les Études Bibliques deux questions, qui ont été récemment soumises à Sa Sainteté au sujet des sources du Pentateuque et de l'historicité des onze premiers chapitres de la Genèse. Ces deux questions, avec leurs considérants et vœux, ont été l'objet de l'étude la plus attentive de la part des Revm.es Consulteurs et des Êmes Cardinaux Membres de la dite Commission. Comme suite de leurs délibérations Sa Sainteté a daigné approuver la réponse suivante dans l'audience concédée *m* **soussigné en date du 16 janvier 1948.**

La Commission Pontificale Biblique se plaît à rendre hommage au sentiment de filiale confiance qui a inspiré cette démarche et désire y correspondre par un effort sincère de promouvoir les études bibliques en leur assurant, dans les limites de l'enseignement traditionnel de l'Église, la plus entière liberté. Cette liberté a été affirmée en termes explicites par l'Encyclique du Souverain Pontife glorieusement régnant *Divino afflante Spiritu* **en ces termes : « L'exégète catholique, poussé par un amour de sa science actif et courageux, sincèrement dévoué à notre Mère la Sainte Église, ne doit, en aucune façon, se défendre d'aborder, et à plusieurs reprises, les questions difficiles qui n'ont pas encore été résolues jusqu'ici non seulement pour repousser les objections des adversaires, mais encore pour tenter de leur trouver une solide explication, en accord parfait avec la doctrine de l'Église, spécialement avec celle de l'inerrance biblique, et capable en même temps de satisfaire pleinement aux conclusions certaines des sciences profanes. Les efforts de ces vaillants ouvriers dans la vigne**

du Seigneur méritent d'être jugés, non seulement avec équité et justice, mais encore avec une parfaite charité ; que tous les autres fils de l'Église s'en souviennent. Ceux-ci doivent se garder de ce zèle tout autre que prudent, qui estime devoir attaquer ou tenir en suspicion tout ce qui est nouveau » *(A. A. S.,* 1943, p. 319: éd. française, pag. 23).

Qu'on veuille bien comprendre et interpréter, à la lumière de cette recommandation du Souverain Pontife, les trois réponses officielles données jadis par la Commission Biblique à propos des questions susmentionnées, à savoir le 23 juin 1905 sur les récits qui n'auraient d'historique que l'apparence dans les livres historiques de la Sainte Écriture *(Ench. Bibl.* 154), le 27 juin 1906 sur l'authenticité mosaïque du Pentateuque *(Ench. Bibl.* 174177), et le 30 juin 1909 sur le caractère historique des trois premiers chapitres de la Genèse *(Ench. Bibl.* 332-339), et l'on concédera que ces réponses ne s'opposent nullement à un examen ultérieur vraiment scientifique de ces problèmes d'après les résultats acquis pendant ces quarante dernières années. En conséquence, la Commission Biblique ne croit pas qu'il y a lieu de promulguer, du moins pour 3e moment, de nouveaux décrets à propos de ces questions.

En ce qui concerne la composition du Pentateuque, dans le décret susmentionné du 27 juin 1906 la Commission Biblique reconnaissait déjà que l'on pouvait affirmer que Moïse, « pour composer son ouvrage, s'est servi de documents écrits ou de traditions orales » et admettre aussi des modifications et additions postérieures á Moïse *(Ench. Bibl.* 176-177). Il n'est plus personne aujourd'hui qui mette en doute l'existence de ce» sources et n'admette un accroissement progressif des lois mosaïques dû aux conditions sociales et religieuses des temps postérieurs, progression qui se manifeste aussi dans les récits historiques. Cependant, même dans le camp des exégètes non-catholiques, des opinions très divergentes sont professées aujourd'hui touchant la nature et le nombre de ces documents, leur dénomination et leur date. Il ne manque même pas d'auteurs, en différents pays, qui pour des raisons purement critiques et historiques, sans aucune intention apologétique, rejettent résolument les théories les plus en vogue jusqu'ici et cherchent l'explication de certaines particularités rédactionnelles du Pentateuque, non pas tant dans la diversité des documents supposés, que dans la psychologie spéciale, dans les procédés particuliers, mieux connus aujourd'hui, de la pensée et de l'expression des anciens Orientaux, ou encore dans le genre littéraire différent postulé par la diversité des matières. C'est pourquoi nous in-

vitons les savants catholiques à étudier ces problèmes sans parti-pris, à la lumière d'une saine critique et des résultats des autres sciences intéressées dans ces matières, et une telle étude établira sans doute la grande part et la profonde influence de Moïse comme auteur et comme législateur.

La question des formes littéraires des onze premiers chapitres de la Genèse est bien plus obscure et complexe. Ces formes littéraires ne répondent à aucune de nos catégories classiques et ne peuvent pas être jugées à la lumière des genres littéraires gréco-latins ou modernes. On ne peut donc en nier ni affirmer l'historicité en bloc sans leur appliquer indûment les normes d'un genre littéraire sous lequel ils ne peuvent pas être classés. Si l'on s'accorde à ne pas voir dans ces chapitres de l'histoire au sens classique et moderne, on doit avouer aussi que les données scientifiques actuelles ne permettent pas de donner une solution *positive* **à tous les problèmes qu'ils posent. Le premier devoir qui incombe ici à l'exégèse scientifique consiste tout d'abord dans l'étude attentive de tous les problèmes littéraires, scientifiques, historiques, culturels et religieux connexes avec ces chapitres ; il faudrait ensuite examiner de près les procédés littéraires des anciens peuples orientaux, leur psychologie, leur manière de s'exprimer et leur notion même de la vérité historique ; il faudrait, en un mot, rassembler sans préjugés tout le matériel des sciences paléontologique et historique, épigraphique et littéraire. C'est ainsi seulement qu'on peut espérer voir plus clair dans la vraie nature de certains récits des premiers chapitres de la Genèse. Déclarer à priori que leurs récits ne contiennent pas de l'histoire au sens moderne du mot, laisserait facilement entendre qu'ils n'en contiennent en aucun sens, tandis qu'ils relatent en un langage simple et figuré, adapté aux intelligences d'une humanité moins développée, les vérités fondamentales présupposées à l'économie du salut, en même temps que la description populaire des origines du genre humain et du peuple élu. En attendant il faut pratiquer la patience qui est prudence et sagesse de la vie. C'est ce que le Saint-Père inculque également dans l'Encyclique déjà citée : « Personne, dit-il, ne doit s'étonner qu'on n'ait pas encore tiré au clair, ni résolu toutes les difficultés... U ne faut pas, pour autant, perdre courage, ni oublier que dans les disciplines humaines il ne peut en être autrement que dans la nature, où ce qui commence croît peu à peu, où les fruits ne se recueillent qu'après de longs travaux... On peut donc espérer que (ces difficultés), qui aujourd'hui paraissent les plus compii-**

quées et les plus ardues, s'ouvriront enfin un jour, grâce à un effort constant, à la pleine lumière » *(ibid.,* **p. 318; éd. fr. p. 22).**

En baisant la Pourpre Sacrée avec les sentiments de la plus profonde vénération, je me professe

de Votre Êminence Reverendissime
le très humble serviteur

JACQUES M. VOSTÉ, O. P.
Secrétaire de la Commission Pontificale
pour les Études Bibliques

Rome, 16 janvier 1948.

An. et vol. XL 27 Februarii IUS (Set. n, v. XT) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

T

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

BEATO NICOLAO DE PLÜE SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Periucundum nobis sane est et solatii plenum in tanta praesertim temporum calamitate, ad christifidelium animos confirmandos, eis in praesidium constituere et in exemplum proponere invictos heroas, qui in Ecclesia Christi insigni vitae sanctimonia floruerunt. Merito quoque hodie gaudio exultât catholica Helvetia, quae praeclarissimum civem suum, quem singulari cultu usque nunc Beatum prosequebatur, Nicolaum de Flüe, supremis caelitum honoribus tandem aliquando, uti flagrantissime exoptabat, per inerrans oraculum Nostrum cernit adscribi. — Nos ipsi, animo perpendentes mirabiles divinae gratiae vias, quae Beatum illum Nicolaum ad sanctitudinis verticem perduxerunt, magno confusi stupore, lacrimas tenere non possumus. Liberae ipse Helvetiae filius, intrepidus reipublicae libertatis assertor, sollicitus civium et patriae concordiae custos, per omnes vitae semitas, agricola fuit, pastor, miles, pater familias, iudex, supremus nationis moderator, paenitens et anachoreta, catholicae semper Ecclesiae per totius vitae cursum filius fuit obsequentissimus.

Anno Domini millesimo quadrigentesimo decimo septimo, duodecimo kalendas apriles, festo die S. Benedicti, Nicolaus ex honestis ruricolis, pietate claris, opibus pollentibus, Saxeloni, parvo in pago mediae Unterwaldiae, quae est regio in media Helvetia sita, natus est.

Mater, peculiari pietate acta erga S. Nicolaum, Episcopum Myrensem, cuius in summo monte, ex adverso domui, vetus conspiciebatur sacellum, filio *Nicolai* **nomen indidit eiusque animum, moribus innoeuis ac praeclaris virtutibus ad tanti Praesulis ac Patroni exemplar fingendum curavit.**

Humilitate et erga Deum et proximum amore ita pueri cor invaluerat, ut orandi studio exardescens, secreta quaeque loca eligeret : itaque armenta ad pascendum ducendi officium libenter sibi assumptum exercuit : in egenos misericors, nullum pauperem obvium habuit quem caritate non sublevaret. Gomitate interim allecti et gratia, complures aequales ad eum veniebant, quos ad bonos inducendos mores hortabatur atque ad vitia emendanda, ac sedulo studebat ut rixas compesceret pacemque in ludis conciliar et.

Populi moribus obsequens pater, qui inter principaliores erat, filium secum ducere solitus erat ad comitia, in quibus populus leges ferebat et magistratus eligebat, ut militiae adolescens artem addisceret et omnibus modis patriae utilis posset esse futurus, cum occasio et opportunitas sese offerret.

Vix undevicesimum agebat annum Nicolaus, cum inter Turicenses et Schwyzenses exarsit bellum, ad quod, suis officiis non renitens, una cum patre profectus est. Bellum illud, quod helveticarum rerum scriptores *"bellum turicense* **vocant, decem et quatuor annos perduravit, ab anno nempe millesimo quadrigentesimo trigesimo sexto ad millesimum quadringentesimum quinquagesimum, utramque debilitavit partem, quamvis illustria utrinque facinora committerentur.**

Non erat tunc temporis ullus belli gerendi codex, sed effrenati mores, quovis posthabito respectu, etiam humanitatis, immodice insolescebant. Hinc rapere, depopulari, vim inferre, odiosissimis quibusque modis victos opprimere sollemne erat ; tempia quoque, monasteria, sepulcra et sacra omnia non raro profanabantur. — Nicolaus, qui saepe haec audierat a maioribus natu, statuit se numquam nefariis hisce facinoribus commaculaturum, ac totis viribus adlaboraturum ut eadem, quantum in ipso esset, impediret.

Pulchra eius facies, honestus incessus, apertique mores, comitas ac strenua virtus, qua in pugnam ruebat, militum et ducum animos mirum in modum iuveni conciliarunt. Quanta porro existimatione gauderet vel ex eo etiam patet, quod, bello tandem confecto, statim *Legati* **munus consecutus fuerit ; quod ea aetate perraro concedebatur.**

Singulari sane mentione dignum videtur quod refertur, hunc nempe militem, praelium initurum, consuevisse altera manu arma, altera coro-

nam gestare Marialem, potius fidentem Bei ac Deiparae auxilio, quam bellicae virtuti.

Nemo coram eo obscena verba proferre audebat; at, si quandoque id accidisset, Nicolaus reum arguebat eiusque monitio in bonum plerumque cedebat.

Quanti fieret Nicolaus, ex hoc colligere potest : Anno millesimo quadrigentesimo sexagesimo in bello, quod iussu Pii Papae Secundi ob iniurias in Cardinalem Nicolaum De Cusa illatas Helvetii cum Austriacis gerebant ut Sigmundum, Tiroli Ducem, a Pontifice excommunicatione multatum, e Turgovia vi expellerent, Nicolaus cuiusdam cohortis dux erat. Mense Octobri, anno illo, Helvetii in angusta Austriacorum loca cohortem constrinxerant, qui, ad incitas redacti, in monasterium *Katharinenthal* **Monialium Ordinis S. Dominici confugerunt. Ex quo Helvetii ut excluderent hostes incendere Monasterium statuerunt. Nicolaus, iuxta constantem traditionem, in Monasterio religiose servatam, in tentorio erat, cum sibi ferox propositum nuntiatum est. E strato exiliens, ad Crucifixi simulacrum, quod supra lectulum pendebat oraturus procubuit, moxque ad duces cucurrit, quos obiurgavit ob sacrilegum iussum, de quo rationem Deo reddituri essent : ceterum prophetico monuit post tres dies hostes arma esse depondturos, locumque in posterum eximiarum virtutum splendore fore perillustrem. Quod rerum veritate comprobatum est. Nam, revocata iussione, post tres dies Austriacorum copiae arma abiecerunt et domus illa christianae perfectionis amplissimus locus evasit. Katharinenthalenses Moniales Nicolaum de Flüe semper veneratae sunt, illum velut servatorem habuerunt et Crucifixi simulacrum, coram quo miles oraverat, religiose penes se custodiverunt. Belli honores quamquam Nicolaum a Deo non detrahebant, maiore solitudinis amore eum incender un t.**

Matri percontanti utrum monachus an clericus fieri cogitaret, ille respondit non adhuc quid ex se Deus vellet patere sibi, nihilque se facturum quod Dei voluntati contradiceret. Pro vide namque Deus eum in aliud tempus distulit vocare ad perfectioris vitae genus. Nicolaus itaque, prudentium et sapientium sacerdotum consilio monitus, honestam puellam sancto sibi copulare coniugio statuit. Quare, antequam poenitentis vitae daret exempla, viri quoque et patris, ut prius adolescentis, civis et militis exstitit exemplar. Interea tantam civium existimationem et fidem sibi conciliaverat, ut illum ipsi reipublicae Unterwaldensis Com siliarium, deinde Iudicem Tribunalis, Legatum ad Foederatorum Senatum, Arbitrimi insuper difficillimis quibusdam negotiis gerendis cum

exteris gentibus : Consulatum autem Obwaldensem sibi semel atque iterum oblatum invicta humilitate suscipere recusa vit. ¡

Non facile est enarrare quot quantaque, supernis adiutus inspirationibus, operatus sit. Morti proximus, de se ipse praeclarum dixit testimonium his verbis : « Non memini me in personarum acceptionem incidisse ut exorbitarem a tramite iustitiae ». Iustitiae porro semper addictissimus fuit ita ut pro tribunali olim sedens in Senatu, cum duorum iudicum iniqua quam putaret contra quemdam pauperem sententia revocari non posset, coram tribunali magistratibus renuntiavit, ne aliorum iniustitiae particeps fieret, et ad privatam vitam rediit.

Cum uxore semper concordissime vivens, decem ab ipsa liberos suscepit, quos omnes ad pietatem et probitatem studuit informare. Christianae tunc perfectioni assequendae ferventius sese dicavit atque quinquagesimum aetatis annum agens de novo eoque aspero vitae instituto capessendo coepit cogitare ; nam signum, quod diu frustra expectaverat, in eius corde tandem insonuit. At Dei famulus, cum id perfici censeret impossibile, caelesti iussui resistebat, et cruciatus durior fiebat, praesertim cum consanguinei, immo filii, exprobrarent quod dignitatibus publicis se abdicasset. Duos annos ita transegit nec cuiquam quid in se ageretur aperuit. Tandem quae in animo haberet sui spiritus moderatori patefecit, qui, re attente perpensa, eum vere a Deo vocari iudicavit. Quod tanti momenti responsum Nicolaum terruit, cui quippe maxime displiceret suos suaque omnia omnino relinquere. Post plurimas et ferventissimas ad Deum supplicationes omnia ipse uxori suae Dorotheae, superno illustratos lumine, pandit, quae ad consilium capessendum aliquod temporis spatium expetivit, ut opem a Dei bonitate peteret ; gratia divina tandem adiuta, mulier adnuit maestissima. Rebus itaque familiaribus diligentissime compositis, Dei Servus, solo cum baculo, una tectus tunica, *sine saeculo, sine pera, sine pecunia, sine calceamentis,* qui olim dives agris et opibus erat et inter primores habebatur, domum, uxorem, liberos reliquit, asperrimum vitae eremiticae genus inire cupiens. Christianae perfectionis studium, quod saeculo tertiodecimo tota Europa animos accenderai, ubique denuo excitabatur, cum saeculo quintodecimo pii quidam fideles, in Alsatiae finibus, fraternitatem condiderunt, cuius sodales *Amici Dei* vocabantur sub Fratrum Praedicatorum moderamine. Ad quos Nicolaus se conferre statuit. Post bidui iter, ad parvum pagum *Liestal* peregrinus pervenit, prope Basileam situm, ubi requiem aliquam fessis artubus dare posse sperabat. At moenibus proximus erat, cum urbs ipsa clarescere ipsi visa est, non secus ac si vehementi incendio corriperetur. Dum rem tacitus considerat, di-

vinitus moneri sensit sibi illic manendum non esse, sed in suae patriae finibus poenitentem vitam sibi agendam. Quatuor dierum iter iam peregerit Nicolaus prorsus ieiunus, cum ad suos altissima nocte pervenit. Stellarum incerto lumine cum suam vidit domum magno exarsit subitoque studio liberos et consortem visendi, *tamquam furie,* ut ipse enarravit, *vehementer* attraetus. Licet aegerrime, gressus tamen viriliter cohibuit et in stabulo latuit, ne ab ullo suorum videretur, primaque luce in silvam confugit.

Aliquot post dies quidam e venatorum turba, inter quos Petrus, minor natu frater Nicolai, erat, cum in imam déscéndissët rupem, ut fugientem ibicem 'assequeretur, inter vêpres abditum Nicolaum obstupescens orantem invenit. Quem âccitum frater supplicavit, ne frigore et fame pateretur interemi, et ad suos rediret.

Öomis et gratiosus Nicolaus nihil se cupere monstravit nisi Confessarium videre. Qui cum audivit Nicolaum tertium decimum iam diem nullum suscepisse cibum, percöntanti utrum arduum inceptum sibi esset tenendum an relinquendum, re undique examinata, intellegens a Deo illum agi, respondit ieiunium prosequi posse, ita tamen ut nullum mortis periculum inde assequeretur; secus ut ad iustam sese nutriendi normam rediret illi imperavit. Interim ut nuntius omnem regionem illam cucurrit Saxelonensem Iudicem in patriam rediisse, plurimi ad speluncam in qua se abdiderat Nicolaus, vel venerabundi vel curiosi accurrerunt, solitarium vero magnopere fastidien tes. Quadam nocte cum instantius oraret ut ab hac molestia liberaretur quo magis Deo adhaerere posset, quatuor focos facibus similes conspexit in monte, qui in imum versus euntes ad fluminis ripam in deserto silvest^rique loco steterunt, quem *Ranft* vocabant. Intimo quodam instinctu actus, flámulas illas Christi famulus secutus in illam secessit solitudinem. At Dominus, qui decreverat ut pius anachoreta sicut fax lucerei in monte, hanc alteram latebram inquirentibus inveniri permisit et visitator um concursus frequentior quam ante evasit. Quod autem magis percellebat turbas, ieiunium erat, quo maius nemo aliud antea audierat. Alii putabant Nicolaum a Deo donatum caelestibus charismatibus, et eum ut Dei famulum venerabantur, alii vero nullam illi fidem habentes eum accusabant quod simplicium animos deciperet, vel magicis artibus uteretur.

Perturbatione exorta et percrebrescente rumore, civitatis Magistratus rem diligenti inquisitioni subiecere atque anachoretam exploratoribus ciircumsepserunt ; interim Constantiénsis Antistes suo Auxiliari Episcopo Commisit ut canonicum processum instrueret ad hauriëndain ieiunii

veritatem. Sed tum. civiles tum ecclesiastici iudices nihil invenerunt quod de poenitentis fide dubitandi ansam praeberet, quamvis ipse permultis undique pressus fuerit quaestionibus.

Omnium igitur concursus et admiratio ita crevit ut, ne iterum ad hospitii mutandi ad pristinum propositum rediret eremita, sub aestatem anni millesimi quadrigentesimi sexagesimi octavi cives parvum ei sacellum cum habitáculo extruxerint, cuius ipse dedit formam. Quod quidem totum ligneum erat, ut quisque etiam nunc potest videre, angustissimis duabus mansiunculis constans, omni supellectile fere carentibus, sed tantum scamno, quod grabati usum praeberet, et saxo ex flumine lecto, quo cervicali uteretur. Hac in paupérrima casa Dei Servus poenitentiae et meditationi totum se dedit : post exiguam duarum vel trium horarum quietem, reliquam noctem divinarum rerum contemplationi insumebat usque ad auroram. Omnibus dominicis et festis diebus paroecialem adibat ecclesiam, ubi gravis et pius sacris assistebat ; Parocho utebatur confessario, ad Sacram Sinaxim, ut vigens tunc erat disciplina, quatuor maximis anni festis diebus accedebat. Quam vitae rationem decem annos servavit. Postquam autem pii ïideles sacerdotem quemdam invenerunt, qui ei praesto esset, Sanctissimam Eucharistiam semel in mense recipere consuevit; quinque vero ante annos quam e vita migraret, cum fractis viribus in suo coactus esset manere asceterio, octavo quoque die de altari libavit.

Per diem benignissime hospites excipiebat, qui ab ipso consilium et solatium expetebant in curis et anxietatibus, quibus *vita in dolore suspirat.* **Non est facile dictu quot ille maestos sit solatiis, quot in familias discordiis laniatas pacem retulerit, quam multos sceleribus obnoxios ad reconciliati animi quietem reduxerit, quot sollicitudines levaverit, quot odia extinxerit, quot de vitae condicione eligenda illuminaverit, quot errantes demum ad veritatis et gratiae lumen adduxerit.**

Virtutibus tum theologalibus tum cardinalibus in gradu heroico toto vitae curriculo exercitis Dei Servum Nicolaum eluxisse vulgatissiniam referunt opinionem viri graves, dignitate, scientia ac pietate conspicui, quos inter sane eminent S. Carolus Borromaeus et S. Petrus CanisiuSj quorum auctoritas maximi profecto facienda est.

Item plerique rerum scriptores putant eum scientia infusa, prophetia, cordium scrutatione aliisque supernaturalibus donis ditatum fuisse : licet enim fere litterarum expers, ut creditur, nulla fuit theologica quaestio, illi proposita, quam non solveret. Mire ac perspicue praedixit diro schismate rempublicam scissum iri ob infaustam Calvini et Zwingli protestanticam reformationem, licet tunc temporis nullum hac de re

indicium esset. Ea erat humilitate ut nemini unquam concrederet dona, quibus ipse a Deo donatus esset. Percontanti cuidam quomodo posset coeptam vitae rationem sustinere, et tam dirum ieiunium servare, nec timeret se deceptum iri, respondit: « *Neminem humilitas unquam fefellit ».*

Superiorum voluntati semper obsequens fuit : sic enim mira hilarique submissione mandato paruit Auxiliaris Episcopi Constantiensis ex obedientia praecipientis ut panis frustulum inanducaret vinumque sumeret sibi praebitum. Protinus Dei famulus, signo crucis munitus, ex Episcopi manibus sumptum panem vinumque, etsi magna cum difficultate, serena laetitia edit et bibit.

Beatissimam Virginem Deiparam ; quam omnis expertem humanae originis maculae fuisse semper credidit, filiali colebat amore, Rosari! precibus eam exorare in deliciis habebat: sed maximam colebat devotionem erga Ss. Trinitatis mysterium, de quo mirabiles, uti fertur, visiones habuit, erga D. N. Iesu Christi Passionem et augustissimum Eucharistiae Sacramentum, quod unum ei viginti fere annos pro aliménto fuit. Sicuti Deum supra omnia heroica diligebat caritate, ita proximum sicut seipsum, suam potissimum patriam ardentissimo prosequebatur amore.

Dum caelestem quasi in *Ranft* **eremo vitam agebat, animos civium quaedam scindebat dira dissentio, quae, nisi Dei Servus auxilio venisset, forsitan in invidiae gurgitem rempublicam demersisset, nec de ea memoria extaret, licet Confoederatio Helvetica tunc temporis maxime floreret ob annorum egregia facinora et partas victorias. Nam anno millesimo quadrigentesimo septuagesimo sexto, post tria memoratu digna praelia, Helvetii res Caroli Temerarii, Burgundiorum Ducis, penitus profligarant. At cum ad dividenda spolia deventum esset, cives non consentiebant. Quinque iam anni transieran t, nec quisquam civium noverat quid de spoliis Legati civitatum agerent. Moram hanc suspicari animo ferebat populus, qui acerrimis consiliis interdum motus, ne novum ad bellum esset perveniendum censebat. Animis nimia anxietate perculsis, oculi omnium in Patrem convertebantur, cum aliunde deficeret salus.**

A senatu interea, qui tunc Stansii habebatur, ad hominem Dei legationes crebro mittebantur, quae eum rogarent ut ad concordiam cito assequendam viam sterneret. Sed, licet Nicolaus condiciones christiana caritate rerumque civilium perrara prudentia proponeret, commotae mentes minime eius consiliis acquiescebant. Die tandem vicesima decent bris mensis, anno millesimo quadrigentesimo octogesimo primo, novo

adstantium in aula ingravescente tumultu, res continuo intermittuntur, ita ut mox bellum inde secuturum omnes intelligerent. Instante periculo, senex quidam pius sacerdos, cui nomen Heini Am Grund, noctu ad Nicolaum festina vit, quem de his quae accidebant certiorem fecit. Prima luce insequentis diei cum quidam e Legatis iam in eo essent ut equis ascensis abirent, anhelans ad Senatum pervenit sacerdos ille, Legatos rogans ut suprema Patris verba auditum in curiam denuo convenirent. Altissimo adstantium silentio, litterae Nicolai clara voce perlectae fuerunt. Continuo lux, quae frustra antea conata erat pertingere animos, omnes perculit : illico cedunt suspiciones, irae sedantur, et qui hesterna die iam ad arma currebant, sese amplexantur flentes, dexterasque effuso animo mutuo iungunt. Aera sacra valles per sonar unt iucundumque nuntium pacis laboriose partae dederunt, quae deinceps hostiles animos in unum esset compositura, dum Nicolaus *Pater patriae, pacis restitutof et alter reipublicae conditor* **ab omnibus laetis vocibus salutatur.**

Anno millesimo quadrigentesimo octogesimo septimo fortis poenitentiae athleta septuagesimum annum agebat mortisque dies, uti ipsi cum adhuc domi esset divinitus reseratum fuit, propinquabat. Nunc autem' Nicolaus ad umbram veluti sui erat redactus": ossibus pellis adhaerebat. Vigiliis, austeritatibus ac poenitentiis confectus, non amplius valebat cubiculum relinquere. Post idus martias eodem anno Capellanus illum quodam mane invenit in pavimento recumbentem acribus cruciatum doloribus. Moniti filii et coniux ad *Ranft* **convolant. Adstantibus, qui enixe efilagitabant ne quid auxilii a se abnueret,unum tantum respondit ardentissime desiderare, Sanctissimo Domini Corpore postremum refici. Sanctae Ecclesiae igitur munitus Sacramentis, filiis, patriae bona adprecatus, pia coniuge salutata, prima luce diei primae et vicesimae Martii mensis, die festo S. Benedicti Abbatis, placidissime animam Deo reddidit.**

Examinatum corpus, ingenti hominum concursu, in pagi coemeterio prope externum parietem ecclesiae paroecialis Saxulensis tumulatum fuit, et illuc fideles aecurrere assueverunt, praesertim aegroti, qui a suis languoribus plerumque mirabiliter sanati dicebantur. Quapropter Episcopus Lausannensis post annos quindecim a Servi Dei obitu, aucta magis quotidie fama eius sanctitatis, ut maiori ille coleretur honore et ne fideles eius reliquias auf errent, sacras exuvias solemniter intra ecclesiam transferendas curavit atque in tumulo supra terram eminenti, ferréis clatris cincto et praegrandibus extructo lapidibus, recondere iussit.

Eo autem loco, ubi prius Dei Famuli corpus iacuérat, Abbas ïïonïis Angelorum devotionis ergo aediculam in honorem Deiparae extruendam curavit. Translatis in ecclesiam Servi Dei exuviis, tanta donorum et oblationum fuit copia, quibus fidelium pietas significabat™*, tam crebro aegroti ad sanitatem membrorum restituii, ut sanctus poenitens *Medicus Helvetiorum* conclamaretur.

At, Domino ita permittente, permulta ita obfuerunt ut ad praesentem usque diem eius canonizatio retardaretur, etsi ingëns exarderèt desiderium ut sanctus Anachorita caelitum honoribus decoraretur. Sed centum post annos ab illius beato transitu catholici Helvetii per Apostolicum Nuntium a fel. rec. Xisto Quinto, Praedecessore Nostro, petiverunt, ut beatus Poenitens Unterwaldensis in Sanctorum catalogum adscriberetur, cum praesertim aliquot etiam haeretici id exoptarent. Oui petitioni Sancta Sedes benigne annuit. Plures inde processus, annis scilicet millesimo quingentésimo nonagésimo primo, millesimo sexcentésimo duodevicesimo et millesimo sexcentésimo vicesimo quinto initi sunt, qui tamen, gravibus sive formae sive rationis occurrentibus vitiis, supervenientibus insuper a fel. rec. Urbano Octavo, Decessore Nostro, Decretis, omnes perempti sunt. Quare opus fuit novum processum conficere super immemoriali cultu Beato Nicolao exhibito, quo probato, *casum exceptum* quem vocant, cl. mem. Innocentius Decimus, et ipse Praedecessor noster, declaravit et aequipollentem beatificationem, iuxta tunc vigentem disciplinam. Decreto diei primae Februarii mensis, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo nono concessit.

Ut causa vero ad ulteriora procedi posset, s. m. Pius Papa Nonus, duodecima die Augusti mensis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono, discutiendum dubium concessit de virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis in gradu heroico a Beato Nicolao exercitis; cui dubio diligentissime discusso quum Patres Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, omnibus mature expensis et examinatis in Causa deductis, vicesima octava die Septembris mensis, anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo *affirmative* rescribendum censuissent, idem Sanctissimus Pontifex, die tertia subsequentis mensis Octobris illius anni, eiusdem S. Congregationis Rituum rescriptum ratum habuit et confirmavit. Novis demum supernaturalibus quae ferebantur intervenientibus signis, miris videlicet sanationibus, ad Beati Nicolai invocationem a Deo patratis, super duabus quae sequuntur processus fieri ab Apostolica Sede obtentum est, de cuius iuridica vi et efficacia favorabile decretum die sexta decima Iulii mensis anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo editum est. Prior

sanatio in oppido *Egerkingen* **intra dioecesis Basileensis fines contigit. Bertha Schürmann encephalomy elite disseminata affecta fuerat. Prognosen omnino infaustam, saltem quod ad valetudinem, cum medicus a cura tum tres peritila Sacra Rituum Congregatione adlecti, concorditer sine haesitatione affirmant. Porro, unice B. Nicolao invocato, in physico instanti, die duodevicesima Maii mensis, in festo Ascensionis Domini, anno millesimo nongentesimo trigesimo nono, Bertha illico sanata est; quam sanationem duplex physica medicorum inspectio plene confirmavit ; quare iidem periti miraculum esse agnoscendum conclamane**

Sanatio altera in oppido *Sächseln,* **in cuius ecclesia principe Beati corpus asservatur, evenit. Ida Jeker genuina epilepsia, chronica neurite atque cutanea ulceratione in sinistro brachiô fuit affecta ; quae ulceratio a die quarta Aprilis mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo eam vexare coepit, atque in tota sua vi ad sanationem usque permansit. Putre ulcus late patebat : et sinistrum brachium plures iam annos aliquatenus torpens, proinde, fere atrophicum factum, per trimestre omnino torpidum permansit. Remediis incassum cedentibus, Ida cum suis vicesima sexta Iunii mensis die, eodem anno, ad B. Nicolai sepulcrum est peregrinata, se ab Eo fore sanandam confidens. Quam fiduciam non fefellit eventus. Post Missae sacrificium, cui interfuit, Beati tunica tacta, dolores protinus evanuisse sensit, et cum inclinata die domum rediisset> ulcus, externa die hians, sanieque scatens, coivisse comperit. Insequenti die nihil aliud vulneris erat videre, nisi lineam nigritantem, quae ipsa quoque, aliquot post dies, prorsus evanuit; brachium vires illico perfecte recuperavit, adeo ut, biduo post, ipsa ligna caedere valuerit. Periti ex officio, re diligenter examinata, puellam prodigialiter sanatam fuisse declaraverunt.**

Super his duabus miris quae dicebantur sanationibus disputatum est; in Congregatione Antepraeparatoria, quam vocant, die vicesima octava Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, coram venerabili Fratre Nostro Carolo, S. R. E. Cardinale Salotti, S. Rituum Congregationis Praefecto, Causae Ponente; in Praeparatoria dein coram ceteris Patribus Cardinalibus eiusdem S. Congregationis die nona Novembris mensis, sequenti anno, ac demum coram Nobis die quartadecima Martii mensis, millesimo nongentesimo quadragesimo quarto anno, iisdem Patribus Cardinalibus, nec non Officialibus Praelatis et Consultoribus praefatae Congregationis adstantibus, qui omnes suum quisque animi sensum aperuerunt. Nos vero, suffragia haec intento excipientes animò, Nostram tamen edere -sententiam ad Dominicam tertiam post Pascha, melitae Senensi Virgini Catharinae, italiae Patro^

nae, sacram, distulimus ; ingemmare- interim preces hortati, ut caeleste lumen Nostrae menti imploraretur.

Quapropter apud Nos praefatum Cardinalem S. Congregationis Rituum Praefectum et Causae Ponentem, atque dilectos Filios Alfonsum Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem, statuta die advocavimus, sacraque oblata Hostia, ediximus : *constare de duobus miraculis, Beato Nicolao de Fliie intercedente, a Deo patratis, nempe : de instantánea perfectaque sanatione tum Berthae Schürmann ah encephalomyélite disseminata, tum Idae Jeher a gravi neurite chronica et ab ulceratione cutanea in brachio sinistro.*

Quum autem Nos, Episcoporum et Optimatum Reipublicae ac Regionum Helvetiae, vota quoque catholici universi populi proferentium, precibus libenter obsecundantes, ab exhibendo tertio miraculo a iure praescripto, per S. Rituum Congregationis Decretum, die vicesima quarta Martii mensis eodem anno editum, dispensationem concesserimus, dubium manebat disceptandum: an, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam Beato Nicolao de Flüe ab Apostolica Sede venerationem, et dispensationem a tertio miraculo, *Tuto* **procedi posset ad sollemnem ipsius Canonizationem. Quod quidem dubium coram Nobis in Generali Congregatione die nona Maii mensis eodem anno habita, a quem supra memoravimus Cardinale S. Rituum Congregationis Praefecto Causaeque Ponente seu Relatore, propositum fuit atque omnes venerabiles Fratres Nostri Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi sententia** *affirmative* **responderunt. Nos vero, sueta servata forma, ad diem Dominicam Ss. Trinitatis, quartam nempe Iunii mensis anni illius, sententiam Nostram edere statuimus; qua die, divino sacrificio religiosissime litato, decrevimus** *Tuto procedi posse ad Beati Nicolai de Fliie Canonizationem.*

Deinceps, Praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes, in Consistorio secreto, die decima Martii mensis vertente anno habito, omnes venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales rogavimus ut suam hac de re aperirent sententiam. Qui, auditis beati Nicolai vita, gestis, virtutibus et miraculis eius intercessione a Deo patratis, diserto habito sermone a Venerabili Fratre Nostro Cardinale Carolo Salotti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, unanimi consensu ad Sanctorum honores Beatum Nicolaum evehendum esse censuerunt. Tum eadem die Consistorium publicum habuimus, atque iterum de vita, gestis et miraculis Beati Nicolai disseruit dilectus Filius Aloisius Re, sacrae consistorialis aulae Advocatus, atque pro eiusdem Beati Canonizatione Nos

ut ad eam deveniremus humiliter supplicant. Nos yero, rei gravitatem prae oculis habentes, orationibus adhuc instandum esse censuimus, quo benignissimus Deus lucem suae claritatis super mentem Nostram effundere dignaretur. *

Curavimus deinde ut, datis litteris, non modo viciniores venerabiles Fratres Sacrorum Antistites, sed etiam remotissimi de fausto eventu certiores fierent, ut Romam se conferre possent, Nobis sententia sua adfuturi. Qui cum plurimi convenissent, causa plene cognita ex documentis S. Rituum Congregationis, quorum exemplar singulis tradi iussimus, in semipublico, quod dicitur, Consistorio, habito die decima septima Aprilis mensis hoc ipso anno, sententiam protulere suam, non modo venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, sed etiam Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, qui ad hanc Canonizationem perficiendam unanimi consensu Nos cohortati sunt. Exceptis igitur adstantium suffragiis, ex quibus clare patebat omnes Nobiscum hac de re consentire, Nobis et illis admodum id gratulati sumus. Porro sollemnia huius Canonizationis celebrare statuimus in Vaticanae Basilicae maiestate. Deo propitio, vertente anno, die mensis Maii quinta decima, in festo Ascensionis D. N. I. C. De quibus ut instrumenta conficerent, consistorialis aulae Advocatis rogantibus, dilectis Filiis qui aderant Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Interea vero venerabiles omnes Fratres adstantes et universos catholici orbis fideles hortati sumus ut Nostris precibus suas coniungere ipsi vellent, ut quae iam tunc praestolabamur, fausta ac salutaria catholico nomini evenirent.

Statuta igitur faustissima die, omnes tam saecularis quam regularis Cleri Ordines, plurimi Curiae Romanae Praesules et Officiales, Venerabiles Fratres Nostri Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi convenerunt. Quibus praeeuntibus solemni supplicatione, Nos Vaticanam Basilicam magnificentissime ornatam, innumeris lychnis respondentem et christifidelium maxima stipatam frequentia, quos inter quam plurimi ex nobili Helvetiorum natione, ingressi sumus statimque ad Cathedram Nostram perreximus ibique sedimus. Tunc Venerabilis Frater Noster S. R. E. Cardinalis Carolus Salotti, S. Congregationis Rituum Praefectus et huic Canonizationi praepositus, per dilectum Filium Aloisium Re, consistorialis aulae Advocatum, instantissime a Nobis expostulavit ut Beatus Nicolaus de Flüe, Confessor, in Sanctorum album per inerrans oraculum Nostrum describeretur. Nos vero ad hoc pervenire noluimus, nisi prius ab omnibus adstantibus supplices Deo preces admoveantur ut a Sancto Divino Spiritu supernae lucis copia Nostrae

affulgeret menti. Quod quidem ferventissime peractum est. Tum Nói', omnibus aperto capite surgen tibus, in Cathedra sedentes, de plenitudine Apostolici Nostri Ministerii sollemniter hanc Canonizationis formulam ita pronunciavimus : *u Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum* NICOLAUM DE FLÜE *Sanctum esse decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia universali illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe vicesima prima martii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

Qua Canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes venerabilis quem supra memoravimus Caroli Cardinalis Salotti, Causae Procuratoris, per dilectum Filium Aloisium Re Advocatum Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis exarandum mandavimus.


Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium peragentes, hymnum *Te Deum,* **omnibus gaudio exsilientibus, decantavimus, atque primum novensilis Sancti patrocinio invocato, Nos homilia clerum et populum allocuti sumus, qua breve de Sancto Nicolao de Fitte praeconium teximus, eius virtutum laudes recolentes, quarum exercitio ad altissimum praesertim asceseos verticem, angelicam potius quam humanam vitam agens per postremum aetatis suae cursum, ille pervenit; et praeclara eius gesta memorantes, quibus «** *sanctissimus ille anachoreta patriam suam, turbulentis motibus factionibusque perturbatam ac paene collabentem, pacare, erigere ac confirmare potuit,* **ita ut iure meritoque** *Pater patriae, pacis restitutor* **et** *alter Reipublicae conditor* **a civibus salutari meruerit.** *Ac faxit utinam,* **inquimus,** *Deus ut universa gentium populorumque communitas eius fulgentissimo exemplo incensaque deprecatione fraternam illam queat redintegrare concordiam ac solidare pacem, quae christianis dumtaxat principiis veluti tutissimo fundamento innititur. Faxit Deus ut omnes cuiusvis ordinis cives ad eum venerabundi respiciant, ab eoque id sumant, ut ex terrenis nempe caducisque rebus, quibus saepius acriter implicantur ac praepediuntur, vo-*

lenti gemrmoque animo quasi gradum faciant ad caelestia adipiscenda perpetuoque mansura. **Amen ».**

Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem adstantibus peramanter imperavimus una cum plenaria admissorum indulgentia. Sacrum dein solemne litavimus.

Novensilis itaque Sancti Nicolai de Flüe hisce Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa ex scientia, omnia et singula quae supra diximus iterum de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsammet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vei eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die quinta decima Maii mensis, in solemnitate Ascensionis D. N. I. C, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£g **Ego** IANUARIUS **Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis** GRANITO PIGNATELLÍ DI BELMONTE, **Sacri Collegii Decanus.**

£8 **Ego** FRANCISCUS **Episcopus Tusculanus Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI.

£g **Ego** HENRICUS **Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis** SIBILLA,

£B Ego EUGENIUS **Episcopus Portuensis et Sanctae Rufinae Cardinalis** TISSERANT.

SB Ego CLEMENS **Episcopus Veliternus Cardinalis** MICARA.

Ego ALEXANDER **tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis** VERDE.

Ego AUGUSTUS **tituli S. Mariae de Pace Presbyter Cardinalis** HLOND.

Ego ALOISIUS **tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis** LAVITRANO.

Ego fr. RAPHAËL CAROLUS **tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis** ROSSI.

Ego PETRUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** TEDESCHINI.

Ego FRANCISCUS **tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis** MARMAGGI.

Ego DOMINICUS **tituli S. Apollinaris Presbyter Cardinalis** JORIO.

Ego MAXIMUS **tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis** MASSIMI.

Ego IOSEPH **tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Cardinalis** PIZZARDO.

Ego BENEDICTUS **tituli S. Mariae in Vallicella Presbyter Cardinalis** ALOISI MASELLA.

Ego NICOLAUS **S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis** CANALI, **Paenitentiarius Maior.**

Ego IOANNES **S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis** MERCATI.

Ego IOSEPH **S. Eustachi! Diaconus Cardinalis** BRUNO.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus 8. Collegii

CLEMENS Card. MICARA
8. Rituum Congr. Praefectus

Vincentius Bianchi-Cagliesi
Cancellariae Apostolicae Regens.

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc. *Dec. Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die decimaquinta Ianuarii, anno nono

Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Reg. in Cane Ap., vol. LXXIV, n. 21, - Aloisius Trussardi, ***a tabulario.***

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. EIDEI IN ABOENTINA

CAPITULUM METROPOLITANUM ERIGITUR ET CONSTITUITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Apostolicis Litteris *In Petri Cathedra h f ei.* **rec. Leone Pp. Tertiodecimo, Praedecessore Nostro, die quintadecima Februarii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo septimo sub plumbo datis, quibus novae erectae sunt dioeceses La Plata, Sanctae Fidei et Tucumanensis, statutum est ut in unaquaque respective Ecclesia cathedrali, cathedrale Capitulum iuxta canonicas sanctiones, quum primum fieri posset, erigeretur. Cum autem usque nunc ob temporum rerumque adiuncta in memorata Sanctae Fidei in Argentina dioecesi, in archidioecesim postea per alias apostolicas Litteras** *Nobilis Argentinae Nationis* **a fel. rec. Pio Pp. Undecimo, Decessore Nostro, die vicesima Aprilis, anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto datas, evecta, nondum potuerit Canonicorum Capitulum constitui, supplices nunc a venerabili Fratre Nicolao Fasolino Archiepiscopo Nobis porrectae sunt preces ut in eius metropolitana ecclesia Capitulum metropolitanum tandem aliquando erigatur. Nos itaque, quibus maxime cordi est ut in cathedralibus potissimum templis maior divini cultus splendor evadat et suum Antistites senatum ad iuris tramitem habeant, attento Nuntiaturae Apostolicae in Argentina Republica favorabili voto, oblatas Nobis preces praefatas Iubenti animo excipiendas duximus. Proinde, suppleto quatenus opus sit aliorum, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, omnibus mature perpensis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, tenore praesentium, Canonicorum Capitulum in metropolitana Ecclesia S. Fidei in Argentina erigimus et constituimus, constans quatuor Dignitatibus, nempe Decano, Archidiacono, Magistrali et Archipresbytero, atque sex Canonicis, quorum alter ad officium Theologi, alter ad ofiicium Poenitentiarii, ad iuris canonici normam, deputabuntur. Canonicalis praebenda pro unoquoque Capitulari dos erit quae a Reipu-**

blicae Argentinae Gubernio praestabitur. Cum vero in praesenti presbyteri in Canonicos eligendi aliis vacare muniis cogantur, indulgemus ut, quousque praesentes circumstantiae perduraverint, chorale servitium reducatur ad horas canonicas minores recitandas, cum Missa cantata, diebus dominicis et aliis diebus festis in capitularibus constitutionibus statuendis. Decernimus insuper ut Dignitatum collatio semper Apostolicae Sedi reservata maneat; Canonicorum vero nominatio, servatis servandis, ad Archiepiscopum spectabit, dummodo beneficium pro illa vice reservationibus, de quibus in can. 1435 Codicis Iuris Canonici, non sit obnoxium. Cum autem deceat eos qui in Archiepiscopi senatum adsciscuntur, quibusdam condecoran insignibus et privilegiis, statuimus ut Dignitates et Canonici rochetum et mozettam violacei coloris intra fines dumtaxat suae archidioecesis et in capitularibus functionibus adhibeant. Volumus insuper ut quam primum fieri poterit capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta quae supra a Nobis statuta sunt conficiantur, quas, ab Archiepiscopo adprobatas, ab omnibus Dignitatibus et Canonicis religiose adservari iubemus. Decernimus denique ut simul ac metropolitani huius Capituli erectio ad exsecutionem demandata fuerit, ipso facto absque ulla declaratione Consultores Dioecesani actu exsistentes a suo munere cessare debeant. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Ioseph Fietta, Archiepiscopum titularem Serdicensem et Nuntium Apostolicum in Republica Argentina, deputamus et ipsi facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem peractae exsecutionis actorum authenticum exemplar quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario

attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die decima nona Iulii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. *C. Consistorialis a Secretis*

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXIV, n. S. —- Al. Trussardi,

II

GUAXUPENTSIS

CAPITULUM CATHEDRALE ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVDRUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Mas cuando la necesidad no cesa, antes se exacerba todos las días, es imposible que enmudezca el verbo que implora. Por eso ahora Nuestra voz es también voz transida de dolor, que quisiera hacer vibrar en vuestros corazones las fibras más nobles y más recónditas ; por eso hoy vuestro Padre se os presenta de nuevo con la mano extendida y vuelve a invocar vuestra largueza ; por eso hoy acude a vuestra generosidad cristiana todavía otra vez, sin temor de que el manantial esté agotado, pues aunque sabe que los abismos del mar tienen fondo, no puede admitir que lo tenga vuestra munificencia, tan cristiana como señoril.

Y, ¿para quién os pedimos, después de todo? Para aquéllos a quienes Dios Padre desde la eternidad ama ; para los que Jesucristo ha amado hasta el punto de identificarlos consigo — con una identificación tan perfecta como su amor — y de proclamar que lo que se hiciera con ellos lo contaría como hecho a sí mismo.[1] ¡Lejos de vuestra grande alma todo cálculo mezquino ! ; pero si todavía queréis más, pensad que os proponemos el negocio de los negocios : un vaso de agua fresca que no quedará sin recompensa,[2] un mendrugo o una prenda de vestir que pueden valer el Reino preparado desde el principio del mundo,[3] y hasta el gozo mismo de Dios ! *

Hoy el mundo navega a la deriva, acaso más que nunca, tras el norte engañoso de la felicidad. Y la felicidad está solamente en Dios y en la

[1] Cfr. **MATTH.**, 25, **40.**

[2] Cfr. **MATTH.**, 10, **48.**

[3] Cfr. **MATTH.**, 25, **34.**

[4] Cfr. **MATTH.**, 25, 21.

práctica de sus divinas enseñanzas. Por eso nuestros días reclaman apóstoles : ¡ sedlo vosotros, pero no olvidéis que la caridad tiene que ser vuestra credencial, porque El que ha de despacharla ha dicho : « Por aquí os conocerán todos que sois mis discípulos, si os tenéis amor unos a> otros » ![5]

El que regala lo que le sobra, cumple sencillamente con su deber; el que da de lo que ha menester se eleva sobre el común de los hombres, tiranizados por la ley inexorable del egoísmo. Ser generoso el pobre es cosa admirable, aunque no rara, pero que no podrá exigirse todos los días ; serlo el que tiene en abundancia será la forma más elemental de gratitud, para con Aquél de quien todo bien procede.

Amadísimos hijos de la República Argentina : mucho, muchísimo os ha dado el Señor en todos los sentidos, grandes son las necesidades de vuestros hermanos de Europa, que constantemente acuden a la pobreza del Padre común ; altísimo el impulso de vuestro noble espíritu, que en ninguna cosa quiere ser a nadie segundo ; bien habéis demostrado cuan espléndidamente sabéis cumplir con vuestro deber. « Tocados del amor, el amor lo debe hacer todo » : os decíamos Nos mismo sobre vuestro suelo y en ocasión solemnísima ; y ahora os añadimos : vuestro amor, vuestra caridad todo lo deben remediar ahora, aunque fuese a costa de algunos sacrificios.

Queremos terminar, como siempre, dándoos Nuestra Bendición, esta vez de manera muy especial para todos los que han contribuido y van a contribuir con sus limosnas al alivio de las miserias de sus hermanos de Europa; que Nuestra Bendición atraiga para vosotros las mejores gracias del cielo y que estas gracias desciendan sobre el jardín de vuestras almas como rocío de la mañana — « sicut ros super herbara »[6] — refrescando, estimulando, dando nuevo vigor y lozanía a las plantas ya frondosas de vuestras virtudes, de vuestra fe, de vuestra esperanza y, sobre todo, de vuestra caridad.

[5] lo., 13, 35.

[6] ***Prov.,*** 19, 12.

n

ALUMNIS SCHOLARUM CATHOLICARUM STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS AD SOLLICITANDAM CARITATEM ERGA PUEROS INDIGENTES EUROPAE ET ASIAE ORIENTALIS, NE FAME PEREANT.*

Dear children, you nave heard many times—at home and school and in church—how happy it always made Our Lord to stop and talk with little ones like you ; boys and girls He hoped and prayed would grow up to be strong and holy members oí the big and wonderfully holy family He began to build, when He carne to live with men long ago in His home with Mother Mary and St. Joseph.

But Our Lord did more than just stop and talk with His little ones. Fe prayed with them, and enjoyed their games and happy laughter. He answered their questions,—some of them very serions questions, that only a child can ask. He dried their tears and settled their little quarrels; for He had come to bring all men together, and not to tear them apart. He shared with them what little He had to eat ; for though He was a " carpenter's son "[1] and poor from the day He was bora, He knew, and wanted them to know, that the bread and other good things of life were meant for all of G od's children, the needy ones especially ; and that the Father in Heaven blesses you even more, when you give than when you receive.

Catholic school-children will not need to be told that Our Lord is the Teacher, as well as the Friend of the little ones in His family. They are His pupils as well as the innocent lambs of His flock. He teaches them from His Sacred Heart, in language children can easily understand, His one great lesson ; the one lesson we cannot learn from books, but only from Him, whether we are young or old, parents or teachers, priests or bishops, présidents or kings, or just plain children : His one great lesson of love. " You will not be happy, and Our world will not be happy ", you can almost bear Him say to the chiHren as they gather about Him in the green meadows of Galilée, " unless you love one another; unless you love every one of your neighbours near and far, whatever may be the colour of his skin, the country he lives in, the language he speaks; unless you love him all the more, the more he needs your love ; unless you love him well enough to pray for him always, to suffer a little and save a little for him sometimes, when you know he is in

* Datus die **14** mesis Februarii a. **1948.**

[1] MATTH., 13, 55.

trouble ". That is the way Christ the Teacher always talked to His little ones. That is the way He talks to His little ones today, in every Catholie home and church and school-room f rom Rome to Tokyo, f rom Argentina to Alaska, and so around the world He loved enough, and more than enough, to die for all of ite children on the Cross.

This is the Holy Father's second radio-visit to your class-room, beloved children of Our dear America. Last year as Lent began, you' will remember you listened while We told you of the cold, sick and hungry thousands, ali over the Lord's wide world, calling to His holy family, calling especially to you, for help and hope. But last year you did more than listen. You showed that you know, like your generous mothers and fathers, your bishops, priests and teachers, what Jesus really means by love. You prayed, as We asked you to, for the little ones in need. And you gave and gave and gave, out of your little hearts and little pockets, so that food and coal and medicine, your pennies and your packages, could help to bring back a bit of a smile to the faces of Our Lord's little favourites. From Europe, Asia and almost every spot the horrible war had touched, they cried to you. You have made them your friends forever by answering from your hearts. Their parents and priests thank God that they can call children like you their very own brothers and sisters in Christ. The Holy Father, in the midst of ali His work and worry for the great world-family of Christ, is proud of you.

Best of ali, dear children, you have not disappointed the Sacred Heart of Our Lord. He is glad you have learned so well His one great lesson of love. He is sure He can count on you again this year. The Bishops; are telling you once more of other little ones stili in need. Pray for them every day for a little while longer, especially when you gather around the Lord at Mass and receive Him into your hearts at Holy Communion. And show them, show the world each day of Lent, by making the little sacrifice that hurts so little and helps so much, " how these Christians^ love one another " !

As We broadcast this message to your hundreds of American class-rooms and school-halls from Our home in Rome, Our heart, like Jesus' own, is full of warm affection for you and your teachers and ali your dear ones.

To give you one more proof of Our affection, and to show you how high are Our hopes for the success of this children's Crusade of study,, prayer and sacrifice, which has already done so much to bring back peace to the Lord's wide world, We gladly cali down His favour for you all with Our Apostolic Blessing.

ACTA. SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

ARRETINA ET PIENTINA
S. MARIAE MONTIS OLITETI MAIORIS

DECRETUM

DE FINIBUS IMMUTANDIS

R. P. Romualdus Maria Zilianti, Abbas Abbatiae *nullius* **S. Mariae Montis Oliveti Maioris, ad consulendum bonum ipsius Abbatiae et ad eiusdem statum iuridicum firmiorem reddendum, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut praedictae Abbatiae** *nullius* **una tantum paroecia constanti, aggregarentur duae vel plures paroeciae ad finítimas dioeceses pertinentes.**

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, ómnibus mature perpensis, censuit oblatam sibi petitionem valde profuturam sive Abbatiae *nullius* **sive animabus paroeciarum in casu aggregandarum,** *8. Fiorenzo in Vescona* **et** *Muciliano* **dioecesis Arretinae, et** *8. Na-.zario,* **dioecesis Pientinae, quae ita propiores exstant Abbatiae** *nullius* **ut sacro ministerio Monachorum saepe saepius adiuventur.**

Quapropter idem Sanctissimus Dominus, Ordinariorum Arretini et Pientini praehabito consensu, praesenti Consistoriali Decreto, paroecias *8. Fiorenzo in Vescona* **et** *Muciliano* **a dioecesi Arretina, necnon paroeciam** *8. Nazario* **a dioecesi Pientina, cum suo quamque territorio, seiungere et Abbatiae** *nullius* **S. Mariae Montis Oliveti Maioris perpetuo attribuere dignatus est mutatis hac ratione nominatarum dioecesium et Abbatiae** *nullius* **finibus.**

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. Abb. Romualdum Mariam Zilianti, ei tribuens facultates necessarias et opportunas, ad effectum de quo agitur, etiam subdelegandi quemlibet virum ecclesiasticum in dignitate constitutum, et facto illi onere quamprimum transmittendi ad S. Congregationem Con-

sistorialem et ad Curiam dioecesium Arretinae et Pientinae exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 10 Maii 1947.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

B. Renzoni, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 20 Decembris 19lÇt. — **Titulari episcopali Ecclesiae Magydensi praefecit R. P. Vinibaldum Talleur, Ordinis Fratrum Minorum, quem constituit Praelatum** *nullius* **Chapadensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Lamianae R. D. Ioannem Duperray, Moderatorem Seminarii minoris archidioecesis Lugdunensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P.D. Gabrielis Brunhes, Episcopi Montis Pessulani.**

die 3 Ianuarii 19^8. — **Cathedrali Ecclesiae Petropolitanae, noviter erectae, R. D. Emmanuelem da Cunha Cintra, Rectorem Seminarii Maioris archidioecesis S. Pauli in Brasilia.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tabenae R. D. Eduardum Jetté, Vicarium Generalem dioecesis Joliettensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioseph A. Papineau, Episcopi Joliettensis.**

die 10 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Nazarensi in Brasilia R. D. Carolum Coelho, Canonicum Metropolitani Capituli Parahybensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Lacedaemoniensi R. P. Iulium Mattioli, Ordinis Servorum Mariae, quem constituit Praelatum** *nullius* **Sancti Peregrini Latiosi in Superioribus Aere et Purus, hactenus eiusdem Praelaturae Administratorem Apostolicum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Sebeliensi R. D. Iosephum Rodgers, vice-rectorem Seminarii Laonensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Michaelis Fogarty, Episcopi Laonensis.**

die IS Ianuarii. — **Metropolitanae Ecclesiae Pisanae Exc. P. D. Hugonem Camozzo, hactenus Episcopum Fluminensem.**

die 15 Ianuarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Rhandensi R. D. Antonium Ferreira Gomes, canonicum Capituli cathedralis Portugallen-**

sis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Dominici Emmanuelis Rosa Prutuoso, Episcopi Portalegrensis.

die 17 Ianuarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Olenensi R. D. Clementem Geiger, Congregationis Presbyterorum a Pretiosissimo Sanguine, quem constituit Praelatum** *nullius* **Xinguensem, hactenus eiusdem Praelaturae Administratorem Apostolicum.**

die 19 Ianuarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Diospolitanae in Thracia Rev. D. Marianum Jankowski, Rectorem Seminarii dioecesani Siedlcensis, quem deputa vit Auxiliarem Exc. P. D. Ignatii Swirski, Episcopi Siedlcensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tabborensi R. D. Ladislaum Suszynski, professorem in Seminario archidioecesano Vilnensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Romualdi Jalbrzykowski, Archiepiscopi Vilnensis.**

die 20 Ianuarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Faustinopolitanae R. D. Bernardum Czaplinski, praepositum Basilicae atque paroeciae S. Ioannis Baptistae in oppido Torun, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Casimiri Kowalski, Episcopi Culmensis.**

die 28 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Gandavensi R. D. Carolum Calewaert, Moderatorem Seminarii maioris eiusdem dioecesis.**

die 5 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Uxellensi et Terralbensi R. D. Antonium Tedde, parochum ecclesiae S. Donati in civitate Turritana.**

die 7 Februarii. — **Metropolitanae Ecclesiae Angelorum in California Exc. P. D. Iacobum Franciscum Me Intyre, hactenus Archiepiscopum titularem Paltenum et Coadiutorem Emi P. D. Francisci S. R. E. Card. Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.**

— **Metropolitanae Ecclesiae Omahensi Exc. P. D. Geraldum Thomam Bergan, hactenus Episcopum Desmoinensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Appianae, Rev. D. Ioannem Murphy, parochum in oppido « Greasby » dioecesis Salopiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ambrosii Iacobi Moriarty, Episcopi Salopiensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Praenetiensi R. D. Emmanuelem a Iesu Pereira, canonicum Capituli cathedralis Lamacensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Antonii Emmanuelis Pereira Ribeiro, Episcopi Funchalensis.**

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

NOTIFICATIO

Sacra Congregatio de Religiosis declarat mulieres : Margaret Mary Clare Burns ; Mary Colette Teresa Harrison ; Mary Clare Harris ; Mary Teresa Morgan ; Mary Ioseph Higgins, dioecesis Edimburgen., ad nullum religiosum Institutum pertinere.

Datum Romae ex Secretaria S. Congr. de Religiosis, die 12 februarii a. 1948.

L. £g S. **f Lucas H. Pasetto,** *Secr.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

SOEITÜENEN. - NIMSCIIAN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Excmus ac Revmus D. Ludovicus Morel, Archiepiscopus Soeiiüenensis (Suiyüan) et Excmus D. Carolus van Melckebeke, Episcopus Nimsciianus (Ninghsia) in Sinis, de communi consilio ab hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide expostulaverant limitum suarum dioecesium correctionem, qua parva territorii pars, quae civiliter ad subpraefecturam de Paotowien, archidioecesis Soeiiiienensis pertinet, ecclesiastice vero hucusque subest Ordinario dioecesis Nimsciianae, separetur a dioecesi Nimsciiana et archidioecesi Soeiiüenensi adiungatur.

Emi autem ac Revmi Patres Cardinales eidem S. Congregationi praepositi, in plenariis comitiis die 22 mensis Decembris 1947 habitis, praelaudatorum Ordinariorum precibus assentiendum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Domino Nostro Pio Prov. Div. Papae XII, in Audientia diei 8 Ianuarii vertentis anni ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario relatam, Ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum expediri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die VIII mensis Ianuarii a. D. 1948.

£g P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DB INDULGENTIIS)

DECRETUM

PLENARIA CONCEDITUR INDULGENTIA IN FIDELIUM SOLAMEN CAUSA POSTREMI BELLI VITA FUNCTORUM.

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII, in Audientia ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 21 mensis Februarii vertentis anni habita, preces quorundam Sacrorum Antistitum libentissime excipiens ac paterna caritate in tot carissimos filios ob immane bellum vita peremptos permotus, benigne concedere dignatus est ut christifideles omnes qui, confessi, a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis, occasione scilicet Praecepti Paschalis, Sacra Synaxi refecti fuerint et ad mentem Sanctitatis Suae preces fuderint, Indulgentiam plenariam, animabus fidelium causa postremi belli vita functorum tantum profuturam, consequi valeant. Praesenti pro hac vice tantum valituro, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 23 Februarii 1948.

li. Card. CANALI., *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 8 gennaio 1948, ii Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor Despradel Roberto^ Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 13 gennaio 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Raffaella Maria del Sacro Cuore di Gesù, fondatrice delle Ancelle del S. Cuore di Gesù.**

Martedì, 27 gennaio 1918, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali han discusso sulla Introduzione della Causa di beatificazione delle seguenti Serve di Dio :**

I. Antonia Maria della Misericordia (De Oviedo y Chöntal), fondatrice dell'Istituto delle Suore Oblate del Ssmo Redentore.

II. Marta Le Bouteiller, dell'Istituto delle Suore delle Scuole Cristiane della Misericordia.

Si è inoltre discusso sull'approvazione dell'Ufficio e Messa propria in onore di S. Francesca Saverio Cabrimi.

Martedì, 17 febbraio 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *generale,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sui miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Giovanna de Lestonnac, vedova, fondatrice dell'Ordine delle Figlie della Beata Maria Vergine, e che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

6 gennaio 1948. L'Illíño e Revmo Monsig. Bonazzi Ermanno, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione Ceremoniale.*

28 » » Il Revmo Padre Vittore di Gesù e Maria, dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, *Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

2 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Membro della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

24 » » Gli Illmi e Revmi Monsig. Wynen Arturo e Monsig. Teodori Giovanni e il Revmo Padre Cappello Felice S. I., *Consultori della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

NECROLOGIO

9 gennaio 1948. Monsig. Tissier Giuseppe Maria, Vescovo di Châlons.

14 » » Monsig. Canessa Francesco, Vescovo tit. di Sarepta.

1 febbraio » Monsig. Kelley Francesco Clemente, Vescovo di Oklahoma e Tulsa.

14 » » Monsig. Gröber Corrado, Arcivescovo di Friburgo in Brisgovia.

16 » » Emo Sig. Cardinale GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE GENNARO, Vescovo suburbicario di Ostia e di Albano, Decano del Sacro Collegio e Prefetto della Sacra Congregazione Ceremoniale.

:26 » » Monsig. Zubizarreta y Unamunsaga Valentino, Arcivescovo di Santiago di Cuba.

An. et vol. XL 23 Martii 1948 (Ser. H, v. XV) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. ANTONII - GALYESTONIENSIS - DALLASENSIS (AUSTINIENSIS)

NOVA DIOECESIS AUSTINIENSIS ERIGITUR EX DIOECESIUM S. ANTONII, GALVESTONIENSIS ET DALLASENSIS TERRITORIO AVULSO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animarnm bonum satius provehendum quam maxime prodest ita ecclesiasticas circumscriptiones ordinari ut fidelium necessitatibus pro locorum adiunctis apprime respondeant. Quod quidem perpendentes, Iubenti animo annuendum censuimus oblatis Nobis precibus, quibus venerabilis Frater Hamletus Ioannes Cicognani, Archiepiscopus titularis Laodicensis in Phrygia ac Delegatus Apostolicus in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, praehabito favorabili voto venerabilium Fratrum Roberti Emmet Lucey, Archiepiscopi S. Antonii, Christophori Eduardi Byrne, Episcopi Galvestoniensis et Ioseph Patritii Lynch, Episcopi Dallasensis, ab Apostolica Sede postulavit ut nonnullae partes territorii hucusque ad Ecclesias S. Antonii, Galvestoniensem et Daliasensem spectantes, dismembrarentur atque exinde nova constitueretur dioecesis. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum et suppleto, qua-

tenus opus sit, aliorum quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus matare perpensis, certa scientia ac de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab archidioecesis S. Antonii territorio comitatus separamus, qui vulgo *McCulloch, St. Saba, Masón, Llano, Blanco, Rays, Caldwell* **appellantur, et regionem meridianam, citra** *Colorado* **flumen, comitatuum** *Burnet, Trams* **et** *Bastrop;* **a dioecesi autem Galvestoniensi comitatus disiungimus** *Lampasas, C or y eli, McLenan, Limestone, Bell, Falls, Robertson, Williamson, Milam, Brazos, Lee, Burleson, Washington, Austin* **et regionem septentrionalem, trans** *Colorado* **fluvium, horum quinque comitatuum, scilicet :** *Burnet, Colorado, Fayette, Bastrop* **et** *Travis;* **a dioecesi demum Dallasensi dismembramus comitatus** *Coleman, Brown, Mills* **et** *Hamilton.* **Totum territorium istud, ita e praefatis dioecesibus avulsum, in novam erigimus et constituimus dioecesim,** *Austiniensem* **appellandam, quae proinde qui sequuntur civiles comitatus comprehendet, nempe :** *Coleman, Brown, Mills, Hamilton, McCulloch, St. Saba, Lampasas, Coryell, McLenan, Limestone, Bell, Falls, Robertson, Masón, Llano, Burnet, Williamson, Milam, Brazos, Blanco, Travis, Bastrop, Lee, Burleson, Washington, Hays, Caldwell, Austin* **et septentrionalem quam supra memoravimus comitatuum** *Fayette* **et** *Colorado* **regionem. Urbem autem** *Austin,* **a qua nova ista dioecesis Austiniensis nomen mutuatur, ad civitatis episcopalis fastigium evehimus, fruituram deinceps omnibus et singulis iuribus, honoribus et praerogativis, quibus aliae in catholico orbe civitates, episcopali sede insignitae, utuntur et gaudent. Templum vero Sanctae Mariae ibidem Deo dicatum, ad ecclesiae cathedralis dignitatem evehimus et in eo cathedram episcopalem Agimus. Novae itaque huic cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, privilegia, quibus ceterae episcopales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent eosque pariter omnibus adstruigimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Austiniensem porro dioecesim hanc suficraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Antonii et ipsius pro tempore Episcopos metropolitico iuri subiicimus Archiepiscopi S. Antonii. Cum autem temporum locorumque adiuncta haud permittant quominus Capitulum Cathedrale modo illic constituatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero ad dioecesis Austiniensis regimen, administrationem, Seminarium, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque id genus servanda iubemus quae de hisce**

rebus sacri canones praescribunt. Quod autem clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime degunt. Mandamus demum ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt a dioecesium S. Antonii, Galvestoniensis et Dallasensis Cancellariis, quam primum fieri poterit, Curiae episcopali Austiniensi tradantur, ut in eius archivo diligenter adserventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani deputamus, cui facultates ad id necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum ad S. Congregationem Consistorialem, quum primum fas erit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiamsi specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, subiectionis, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpse-

rit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die quintadecima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol ***LXXIV,*** *n.* ***62.*** - Al. Trussardi.

II

BALTIMORENSIS ET VASHINGTONENSIS

ARCHIDIOECESIS VASHINGTONENSIS A METROPOLITANA ECCLESIA BALÏIM0-RENSI SEIÜNGITUR ET SEDI APOSTOLICAE IMMEDIATE SUBIICITUR, ILLARUMQUE TERRITORII LIMITES PAULISPER IMMITTANTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi dominici gregis regimen, Romanis Pontificibus divinitus commissum, postulat ut circumscriptiones ecclesiasticae aliter constituantur, quoties animarum bonum id requirere videatur. Hinc Nos per Apostolicas sub plumbo Litteras *Supremae ecclesiasticae potestatis,* die vicesima Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo trigesimo nono datas, territorium, intra fines Columbiae districtus contentum, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis territorio dismembravimus, et nova exinde archidioecesis ab urbe Washingtonia, quae caput civile est Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, erecta est, Washingtonensis appellata, et aeque principaliter unita praefatae Ecclesiae Baltimorensi. Ad maius vero catholicae rei incrementum et ad ipsius civitatis Washingtoniae ornamentum magnopere modo videtur conferre, si Sacrorum Antistes assiduum ibi domicilium habeat et archidioecesis Washingtonensis tantum curam gerat. Quae quidem intento animo perpendentes, Nos opportunum duximus archidioeceses Baltimorensem et

Washingtonensem, modo vacantes, disiungere, earumque territorium paulisper immutare. Quapropter, habito favorabili voto venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrigia et in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolici, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia atque omnibus mature perpensis, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, archidioecesim Washingtonensem a Baltimorensi metropolitana Ecclesia perpetuo disiungimus ac separamus. Quum vero archidioecesis Washingtonensis in praesenti angustis limitibus sit coarctata et minus frequens sit in ea christifidelium numerus, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis territorio quinque districtus civiles vulgo *Montgomery, Prince Georges, Charles, Colvert* **et** *St. Mary's* **dismembramus et archidioecesi illi Washingtonensi adiungimus. Statuimus insuper ut Archiepiscopus pro tempore Washingtonensis Nobis et Sedi Apostolicae sit immediate subiectus; episcopali tamen coetui ecclesiasticae Provinciae Baltimorensis interveniat. Ipsi porro^indulgem ns ut Sacro Pallio decorari possit, postquam tamen in Consistorio rite illud postulaverit et obtinuerit. Decernimus insuper ut nomen et officium, hucusque ab Archiepiscopo Baltimorensi habitum, Catholicae Universitatis Washingtonensis Cancellarii habeat in posterum Archiepiscopus Washingtonensis. Cum autem praesentis temporis rerumque adiuncta haud permittant quominus Canonicorum Capitulum Cathedrale modo illic constituatur, indulgemus ut interim Consultores Dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero ad illius archidioecesis regimen, administrationem, Seminarium, aliaque id genus attinet, servanda iubemus quae de hisce rebus sacri canones praescribunt. Quod autem clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici adscripti censeantur Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime degunt. Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae Washingtonensem archidioecesim respiciunt, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis cancellaria, quamprimum fieri possit, curiae archidioecesis Washingtonensis tradantur ut in eius archivo diligenter asserventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani deputamus eique facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad Sacram Congregatio-**

siem Consistorialem, quam primum fas erit, authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum et inane prorsus esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, seiunctionis, constitutionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostras infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die quintadecima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

ï. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXIV, n. SS. - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

CATHEDRALIS ECCLESIA DEO IN HONOREM SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI DICATA IN CIVITATE AC DIOECESI SANCTI ANGELI IN VADO TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Arridet in caelis Beatissima Deipara Virgo Maria « quasi aurora consurgens », « pulchra ut luna, electa ut sol », prout de Ea sancta canit Ecclesia ; arridet et in terris, tum e ligneis tabulis pictis, tum e statuis simulacrisque marmore exsculptis, su-

pra Eius aram mirifice ornatam collocatis, tenuibusque lampadum fiammulis tamquam minusculis sideribus decoratam ; rosarum praeterea liliorumque sertis suavi circum fragrantibus odore. Conveniunt proinde Mariae Virginis ad aras populi fideles, ut de acceptis beneficiis Ei plurimas gratias agant, vel pro accipiendis preces effundant enixas. Quum vero mariale aliquod sacellum in pervetusta maximoque civitatis Templo situm reperiatur, vel eidem adnexum, tunc ad Templum illud Christi asseclae duplici ratione alliciuntur, mariana nempe filiorum pietate, nec non historico quodam sensu, per quem et solemne Religionis monumentum et carissimum catholicorum animis exstat. Quod quidem Civitati ac Dioecesi Sancti Angeli in Vado contigisse liquet. Gloriari enim possunt Vadenses cives tum de pulcherrimo in honorem Mariae Virginis « a Planctu », praecipuae eiusdem Civitatis ac Dioecesis Patronae, sacello, tum de pervetusta Ecclesia Matrice, quam anno millesimo sexcentésimo trigesimo quinto Urbanus PP. VIII, Decessor Noster, fel. rec, Cathedralis titulo decoravit. Pervetustam inquimus : namque aedificata praesens fuit Ecclesia supra pristinam, quae, prout traditum est, tamquam antiquissimae urbis « Tipherni Metaurensis » Templum maius, Cathedralium privilegiis fruebatur pollebatque. Fidelium insuper pietate nec non Episcoporum totiusque Cleri atque Civitatis Optimatum Cura, eadem princeps Ecclesia insignibus Sanctorum Reliquiis ditata est, atque nonnulla, summa arte perfecta, opera sacramque magni pretii suppellectilem possidet. Nunc autem, propitiam occasionem nacti sollemnium, quae in honorem Beatae Mariae « a Planctu » invocatae proxime peragentur, Ecclesiae Cathedralis Canonici et Clerus uterque, nec non Civitatis Moderator, una cum populo universo, a Nobis humiliter impenseque postulaverunt ut supra memoratam Ecclesiam Cathedralem titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decorare dignaremur. Quandoquidem ipsi certiores Nos fecerunt se nihil potius optare quam ut pietas erga Deiparam Virginem magis magisque in dies augeatur, atque ut iure meritoque a Nobis honoretur dioeceseos Episcopus, Venerabilis Frater Ioannes Capobianco, quippe qui tam navam, tam sapientem fructuosamque operam iam diu pro populo christiano et christiana caritate impendat. Cum autem Nosmet ipsi Sancti Angeli in Vado Civitatem eiusque incolas peculiari benevolentia prosequamur, Simulacrum Virginis Mariae « a Planctu » aureo diademate ipsa manu Nostra redimire voluimus in Arce Gandulphi die xi huius mensis Augusti. Hisce omnibus rite perpensis, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra

deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem, Deo in honorem Sancti Michaelis Archangeli dicatam atque in Civitate ac Dioecesi Sancti Angeli in Vado positam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* **evehimus cum omnibus privilegiis quae eidem titulo conveniunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes: Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Augusti, anno MCMXXXXVII, **Pontificatus Nostri nono.**

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD RR. PP. CLEMENTEM A MILWAUKEE, ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM MINISTRUM GENERALEM, BEDAM M. HESS, ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM MINISTRUM GENERALEM, PACIFICUM M. PERANTONI, ORDINUM FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM: QUINTO VERTENTE SAECULO AB OBITU CLARALIS VIRGINIS SANCTAE COLETAE A CORBEIA.

PIUS PP. XII

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Dum non pauci hodie, abiecta rerum aeternarum cogitatione, se in medias saeculi voluptates misere coniciunt, omniaque neglegunt vel posthabent, quae ad caelum, quae ad virtutem pertineant, valde opportunum videtur Nobis, communibus vestris litteris rescribentibus, Claralem virginem Deo devotam S. Coletam a Corbeia, cuius a piissimo obitu, quintum iam vergit saeculum, in hominum memoriam reducere, ad eiusque excelsa animi ornamenta sedulo imitanda excitare omnes. Idque nominatim optamus ab ea discant, in tanta nempe externarum dissipatione tumultuationeque rerum, ea potissimum valere, quae ad Deum respiciant, ad eiusque sanctissima amplectenda praecepta convertant; quaeque intimam illam

supernamque vitam excitent, quae, christianarum virtutum altrix, nescit occasum, utpote aliquando sempiternae inserenda beatitati. Ex hac nempe intima supernaque vita habuit franciscalis haec virgo non modo ut semet ipsam caelestis pulchritudinis floribus ac fructibus exornaret, sed ut ceteris etiam suae sanctitudinis luce praeluceret.

Corbiae in lucem edita, inde a tenella aetatula haud exigua praestitit futurae sanctimoniae indicia ; non solum enim saeculi illecebras vigilanti diligentia defugit, atque adsiduis precibus piaeque paenitentiae operibus se dedidit totam, sed ceteras etiam puellas, quascumque poterat, ad se suaviter alliciebat, ut eas rectae doctrinae pabulo enutriret, ac suasione exemploque suo ad vitiorum coenum omni ope vitandum et ad christianam sectandam virtutem non sine uberibus fructibus permoveret. Parentibus orbata, atque hereditario patrimonio rebusque familiaribus divenditis, acceptoque pretio generose pauperibus distributo, in solitudinem secessit, ut Deo inibi adhaereret uni; utque ieiunio, cilicio, ferreisque catellis edomito corpore, facilius caelestibus vacaret contemplationibus. Mox superna luce collustrata supernoque quodam instinctu afilata, postquam non paucas nec leves difiicultates feliciter eluctata est, francisca.-lium virginum claustra libentissime petiit ; ibique eam, quam vehementer exoptabat, evangelicae vitae perfectionem, divina adspirante gratia, magis cotidie magisque assequi enisa est.

At non modo ipsa virtutum omnium palaestram, imprimisque modestiae, paenitentiae animique demissionis didicit, in eademque se exercuit diligentissime, sed aliis etiam suae sanctitudinis fulgore ita praestitit, ut a Claralibus virginibus veluti magistra venerabundis haberetur. Itaque, non sine Divinae Providentiae consilio evenit, ut coenobia non pauca in Flandria et in Gallia vel ad pristinum restitueret decus, vel funditus conderet, et ad evangelicae vitae formam educeret. Quamobrem, cum ad mortalem exitum meritis virtutibusque referta pervenit, sodales suas plusquam verbis exemplo suo ad sanctimoniam adhortari poterat, ac praesertim ad flagrantem Dei amorem, ad voluntariam paupertatem et ad laborum dolorumque patientiam; quo quidem itinere, etsi arduo aculeisque aspero, ad caelestem possent omnes beatitatem pervenire.

Habetis igitur ante oculos posita praeclara sanctitatis specimina; in ea non modo studiose actuoseque intueamini, sed id etiam pro viribus efiicite, per haec potissimum saecularia sollemnia, ut omnes, quotquot potestis, edoceantur nihil potius esse, nihil magis necessarium, quam animum quemque suum caelestibus exornare virtutibus, atque illam imprimis supernam vitam alere, ex qua eaedem gignantur ac floreant. Qui enim eiusmodi intimam supernamque vitam neglexerit, quae divina re-

fovetur gratia, qui ad externa solummodo se converterit, etsi laudabilia ac temporibus consentanea, is serius ocius animadvertet caducam se ac sterilem dedisse operam. Nostis enim « omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse, descendens a Patre luminum » ;[1] quamobrem ea quoque omnia, quae ad apostolatum pertineant, inania fore ac vacua, nisi afflatu illo moveantur, qui ex Deo oriatur.

Cupimus praeterea Clárales virgines nominatim paterno admonere animo, ut S. Coletae vestigiis sedulo diligenterque insistant. Ne sinant eaedem pristinas illas virtutes, quibus tantopere sancta haec cáeles enituit, enervari, languescere, misereque restingui. Excitent quam maxime sanctimoniae ardorem, si deferbuit ; ac non tantum pro semet ipsis divinae gratiae munera implorent, sed pro innumeris etiam sororibus ac fratribus, qui, ex recto itinere transversum acti, in errorem, in vitiorumque volutabrum obcaecata sint mente delapsi, lucem a Deo, misericordiam ac veniam comprecentur.

Earum Nos vestrisque precibus libenter Nostras coniungimus, dum caelestium gratiarum auspicem peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, cum vobis singulis, dilecti filii, ac sodalibus vestrae curae demandatis, tum universis franciscalibus virginibus Deo devotis, iisque omnibus, qui haec saecularia sollemnia pio participabunt animo, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v mensis Decembris, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. LUCIANUM LEBRUN, EPISCOPUM AUGUSTODUNENSEM, CABILLONENSEM ET MATISCONENSEM : OB COMMEMORATIONEM PRAEDICATIONIS A S. IOANNE EUDES, SUB PRAESIDIO IMMACULATI CORDIS B. MARIAE V. TRIBUS ABHINC SAECULIS INCEPTAE, IN AUGUSTODUNENSI DIOECESI.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ex ofiiciosis litteris, abs te et a generali Eudistarum Moderatore recens datis, libenti didicimus animo percupere vos eventum celebrare, quod possit, ut in votis est, cleri populique pietatem incendere erga magnam Dei Parentem dulcissimamque Matrem nostram. Tribus nempe abhinc sae-

[1] Cf. IAO., I, 17.

culis, cum Ioannes Eudes, « aeternarum praeco disertissimus veritatum »,[1] una cum viginti sociis in singulis Augustoduni templis sacrarum concionum cursum habuisset, atque innumerabiles multitudines ad Christum ad eiusque sanctissima sequenda praecepta reduxisset, laudabili eo consilio permotus ut perseverans in virtute studium a Deo facilius impetraretur, ab immaculato Beatae Virginis Corde publice voluit praesidium ab omnibus implorari. Primum siquidem, eo auctore suasoreque, et Ecclesiae probante auctoritate, Eucharisticum Sacrificium in eiusdem immaculati Cordis honorem celebratum est, cuius ipse preces ac formulas composuerat.

Hoc Nos eventum in christianae plebis memoriam revocari valde opportunum ducimus, cum fore confidamus ut, quemadmodum Ioannis Eudes aetate, sic in praesens possint, uberibus cum fructibus, christifidelium animi hac ratione converti atque excitari non modo ad cultum provehendum Deiparae Virginis, et ad flagrantiorem erga eam amorem commovendum, sed ad eius etiam virtutum exempla imitanda. Quod quidem, si umquam alias, nostris hisce temporibus omnino videtur necessarium.

Paucis ante annis, ut omnes norunt, cum immane adhuc fureret bellum, Nos — quandoquidem gravissimae huiuscemodi conflietationis componendae humanae spes humanaeque opes ancipites atque incertae videbantur — ad miserentissimum Redemptorem nostrum precando supplicandoque confugimus, validissimo interposito patrocinio purissimi Cordis Mariae Virginis. Ac sicut Decessor Noster fel. rec. Leo XIII, vicesimo ineunte saeculo, universum hominum genus sacratissimo Cordi Iesu dedicatum voluit, ita Nos pariter, quasi humanae familiae divinitus redemptae sustinentes personam, eam voluimus immaculato etiam Deiparae Virginis Cordi sollemniter consecrare.

In praesens vero, etsi bellum fere ubique conquievit, nondum tamen sedata sunt odia, neque discordiae sunt contentionesque compositae. Quin immo ipsa civilis societatis compages summo in discrimine videtur, dum tam multae nationes ac gentes, tot plagis adhuc sauciae, tot ruinis ac detrimenti s aifiictae, quorsum novi anni cursus contendat reformidando considerant.

Non est igitur a divino efilagitando auxilio desistendum, neque ab imploranda tutela beatae Virginis Mariae cessandum, cuius sine ope qui velit superna obtinere munera, supernumque praesidium, is sine alarum remigio inaniter ad excelsa evolare videatur.[2] Quamobrem optime facitis, si huius eventi faustitatem commemorantes, opportunam ex ea

[1] Ho&il. Pii XI in Canoniz. S. J. Eudes; *A.A.S.*, vol. XVII, p. 225.

[2] Cf. DANTES ALIGH., *Parad.*, XXXIII, 14-15.

nanciscimini occasionem rationemque, qua facilius possitis popularem infiammare pietatem erga Dei Matrem benignissimani, eamque, quasi pacis sequestram ac caelestium munerum conciliatricem omnibus indicare ac commendare.

Adsit e caelo consiliis atque inceptis bisce vestris S. Ioannes Eudes, ac vobis valida prece sua impetret, ut salutares illi fructus, quos, tribus ante saeculis, apud vos divina favente gratia edidit, iterum feliciterque renoventur.

Nos interea, horum caelestium fructuum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, cum tibi, Venerabilis frater, ac dilecto filio Francisco Lebesconte, generali Eudistarum Moderatori, tum eius sodalibus, itemque universo gregi tuae vigilantiae demandato, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

III

AD EMOS AC REVM0S PP. DD. CARDINALES ARCHIEPISCOPOS ET EXCMOS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS FOEDERATORUM STATUUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS : DE AMPLIORI EXTRUENDO PONTIFICIO COLLEGIO SUIS CLERICIS EFFORMANDIS AC DE INSTITUTO CONDENDO SACERDOTIBUS AD ALTIORA STUDIA PROVEHENDIS IN URBE.

PIUS PP. XII

Beloved Sons and Venerable Brethren. — The approaching reestablishment here in Our dear Rome of the North American College, the knowledge of whose reopening has been communicated to Us by the rector, affords Us the welcome opportunity of addressing Our paternal words to you, the Members of the Hierarchy of the United States. We rejoice not only in the fact that after a lapse of eight years you are once more sending your chosen young men to study in Our beloved City, to imbibe the sacred wisdom of Holy Mother the Church at its very source and to be nourished at the very heart of the Catholic world, but that you are also planning to erect in the very shadow of Our own dwelling a new and greater seminary to care for ever more young lévites from America,

It was Our predecessor of blessed memory, Pius IX, who nearly one hundred years ago first proposed to the American Bishops that they

establish a national seminary in Rome, and it was the same Pontiff who purchased and graciously granted the use of the édifice that has housed the American students ever since that time.

Surely there is evident the hand of Divine Providence in the fact that the first steps were taken on the occasion of the définition of the dogma of the Immaculate Conception and that the College itself was opened for the first time on the very ève of the feast, on December 7th, 1859. And since that day Our Heavenly Mother, Queen of the Clergy, has never ceased to bless with every manifestation of divine favor a work that is of necessity so close to Her maternal heart. The students nurtured in tender love of their Mother and Queen, developed in the image of Her Divine Son, enlightened in the sacred sciences learned at the feet of Christ's Vicar, made strong and courageous by their close association with the places sanctified by the Prince of the Apostles and the martyrs, have returned to their own country to win ever greater triumphs for Christ and His Holy Spouse. As pastors and teachers, as administrators and also as bishops of the Church in America, the men trained bere have al way s been marked with an especial loyalty to Us and to Our illustrious Predecessors, an inevitable conséquence of their sojourn in this City, the See of Peter and of Peter's Successors.

Virorum, mulierum adulescentiumque coetus constituit, S. Vincentii a Paulo conferentiam, quam vocant, nuper in civitate conditam promovit aliaque caritatis opera summa diligentia fovit.

Numquam verbo deliquit, quod tam rarum est, ut S. Iacobus de huiusmodi homine, Spiritu Sancto afflante, docuerit : *Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir* (Iac. III. 2). Animi demissione, paupertatis studio, ceterisque virtutibus, quas carnis mortificatione fer-

ventissimoque in Deum amore aluit, in exemplum eluxit. Pluries in die ante divinam Eucharistiam se prosternebat. Erga Ss. Virginem Perdolentem fervidissima religione ferebatur, cuius cultum omni industria inter fideles fovebat nec minori diligentia religiosorum sui Ordinis disciplinam curavit. Plures annos conventualis Prioris, per sexennium vero Provincialis munere est functus, sodalesque semper prudenter, suaviter ac fortiter, magno eorum spirituali emolumento, rexit.

Fidelis Servi sui virtutes pluribus Deus charismatibus, praesertim in sacrosancti sacrificii celebratione, decoravit : pluries enim sursum rapi, e terra elatus ambulare visus est : cordium scrutatione, gratia quoque curationum praeditum fuisse testes affirmant. Mirum itaque non est si sanctitatis fama vivens frueretur : quod iudicium non modo contubernales ac fideles, sed etiam Ecclesiae inimici tulerunt. Quae fama etiam post mortem, quam sancte die 12 Ianuarii mensis anno 1892 obivit, perduravit atque percrebuit.

Quare, hisce perpensis, Ordinaria auctoritate constructus est in Lucensi Curia processus super scriptis, sanctitatis et miraculorum fama, nec non super obedientia Urbanianis decretis, liturgicum cultum Servis Dei prohibentibus. Eadem auctoritate duo rogatoriales inquisitiones cum Senis, tum Romae sunt peractae ab anno 1922 ad annum 1924. Anno 1930 Sacra haec Congregatio favorabile super scriptis edidit decretum : biennio post Pius Papa XI fel. rec. commissionem Introductionis causae Sua manu subsignavit. Apostolicis deinceps Inquisitionibus in eadem Lucensi Curia ab anno 1936 ad annum 1938 peractis, earum omnium iuridicus valor anno 1941 fuit decreto recognitus. Hisce praeiactis, de Servi Dei heroicis virtutibus coepit pertractari, et primo coram Cardinali Carolo Salotti, quem nuper Dominus ad Se vocavit, in Antepraeparatorio Sacrae huius Congregationis coetu, die 5 Decembris anno 1944 habito, postea in Praeparatorio coram Revmis Cardinalibus, die 12 Februarii a. 1946, demum in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XII in Apostolico palatio apud Arcem Gandulphi, die 25 Novembris a. 1947, in quo Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* **Beatissimus Pater Revmorum Cardinalium, Officialium Praelatorum patrumque Consultorum suffragia attento animo auscultavit; verum sententiam edere ad hunc usque diem distulit, ne rem tanti momenti praepropere festinaret, ferventibus interim precibus a Deo lumen petiturus.**

Accitis itaque Revmis Cardinalibus Alexandro Verde, Causae Ponente atque infrascripto S. R. C. Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali meque Secretario, Eucharistica Hostia religiosissime litata, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei* **Antonii Mariae Pucci** *in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Ianuarii 1948, in festo Cathedrae S. Petri.

ꝟ **C. Card.** MICARA, **Ep. Velitern.,** *Praefectus.*

h. **ffi S.**

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

II

BURDIGALEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNAE DE LESTONNAC, VIDUAE, FUNDATRICIS ORDINIS FILIARUM B. MARIAE VIRGINIS.

SUPER DUBIO

An et quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Insignis in omnium virtutum exercitio Ioanna de Lestonnac, virgo, coniux, vidua ac religiosi ordinis saeculis xvi-xvn fundatrix adeo evasit ut, accedente non humano tantum sed etiam divino miraculorum testimonio, a Leone Papa XIII fel. rec. anno 1900 Beatarum fastis accenseri digna habita fuerit. Nec eius gloriae satis. Quinque enim post annos, Canonizationis causa Pii X s. m. auctoritate fuit resumpta, quumque nova miracula contigisse ferrentur, duae prae ceteris selectae sunt sanationes, quae praeter naturae vires visae sunt contigisse ; super quibus in Gerundensi ac Ruthenensi Curiis apostolicae inquisitiones sunt peractae.

De iuridica vi Gerundensis processus super Sororis Mariae de Monte Carmelo sanatione, qui prior Sacrae huic Congregationi fuit exhibitus, favorabile decretum die 12 Decembris anno 1923 editum est. Simile decretum die 30 Iulii a. 1944 pro validitate Ruthenensis processus super sanatione Sororis Adelis Palombo fuit pariter editum.

In tuto posita iuridica utriusque inquisitionis vi, progressio de more

facta est ad inquirendum utrum hae duae sanationes divinae actioni, praeter naturae ordinem, tribuendae forent necne.

I. Soror Maria de Monte Carmelo Gay y Coli e Filiabus B. Mariae Virginis, quod Institutum a B. Ioanna fuit conditum, in oppido Calella intra Gerundensis dioecesis fines commorans, Aprili mense a. 1920, ab inoperabili cancro in abdomine attacta inventa fuit : qui morbus a tribus medentibus omnino incurabilis fuit edictus. Atrocibus doloribus cruciabatur infirma, cuius vires Novembri mense ineunte praecipitanter diffluebant. Die sexta mensis huius novendiales preces a cuncta religiosa familia ad eius sanationem, beatae Ioannae intercessione, obtinendam, inceptae sunt. Die 11, matutinis horis, sacrosancto Christi corpore suscepto, infirma placide obdormivit. E somno expergefacta, viribus plene recuperatis, ceterisque morbi symptomatis remissis, perfecte sanatam se sentit, e lecto surgit, e cubiculo egreditur, sequenti die communibus cibis vescitur, pristina officia resumit, quasi nunquam aegra fuisset bonaque exinde valetudine fruita est, uti tres a cura medici testantur, nec non duo periti physici a sacro tribunali Gerundensi adlecti. Praeter naturae vires sanationem contigisse cum medentes tum officiales periti asseverant.

II. Soror Adeles Palombo et ipsa ex eodem Instituto, natione itala, sed in loco « Tournemire » Ruthenen. dioecesis commorans, gravissima otite purulenta media fuerat prius affecta, a qua anno 1939, Decembri mense ineunte, aliquatenus tantum, chirurgici ferri ope, convaluit. Verum sequenti anno reviviscens morbus in labyrinthitem purulentam, quae chronica facta est, adeo vehementer versus est, ut medicorum iudicio nulla sanationis spes affulgeret. Iteratae sectioni noluit infirma subici, mori potius parata. Die 23 Aprilis a. 1941 cuncta Sororum familia, novendiales preces effundere incipit pro obtinenda infirmae sanatione, solius B. Ioannae benigno interventu. Die 1 Maii de mane morbus acriter saeviebat; circa meridiem infirma, manu Beatae reliquias comprimens, leniter obdormiscit. Tunc, uti sanata deponit, quasi manum caput tangentem sentit, vocemque tam claram audit dicentem : Surge, sanata es, ut, plene omnino expergefacta, caput volveret ut unde vox provenisset exquireret, sed neminem vidit. Plene sanatam Soror Adeles se sentit, nullo praeteriti morbi permanente signo nec postea revirente, uti medentes, peritique physici post unum annum testati sunt. Praeter naturae vires sanationem hanc Deum operatum fuisse non modo tres periti a Sacra hac Congregatione acciti, iudicant, sed et ipsi medentes.

De priori Mariae a Monte Carmelo sanatione, apud Revmum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Ostien-

sem et Albanensem, die 7 Augusti 1928, de altera vero, Adelis Palombo, die 29 Octobris a. 1946, in Antepraeparatoria Congregatione actum est; de utraque in Praeparatoria die 8 Iulii a. 1947; demum in Generali coram Ssmo D. N. die 17 antecedentis mensis, in qua infrascriptus Cardinalis, Causae huius Ponens seu Relator, desideratissimo Cardinali Granito Pignatelli di Belinone suffectus, dubium posuit discutiendum : *An et de quibus miraculis post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patrésque Consultores suum protulere suffragium, quod Beatissimus Pater attente auscultavit. Suam vero edere sententiam ad hunc usque diem, gloriosissimo Deiparae Sponso dicatum, distulit, ut, ingeminatis precibus, Sua mens divino lumine illustraretur.

Quocirca eumdem Cardinalem, R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem, meque Secretarium advocavit, divinoque sacrificio pientissime litato edixit : *Constare de instantánea perfeetaque sanatione cum Sororis Mariae de Monte Carmelo a cancro in abdomine, tum Sororis Adelis Palombo a gravissima labyrintliite purulenta chronica sinistra.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 19 Martii, festo S. Ioseph Conf., a. D. 1948.

SB C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Praefectus.*

h. rB S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

HIBERNICUM COLLEGIUM IN URBE ((PONTIFICIO)) TITULO DECORATUR

Fidelissima Hibernorum gens, — quae, a divo Patritio Romani Pontificis Sancti Celestini Pp. I legato Christi lumine collustrata, Catholicam Ecclesiam constantissima observantia perpetuo coluit, — cum,

saeculo xvi vertente, acerbissimos ab externis haereticis concuteretur angustiis, optimos filios Romam mittebat, qui ad sacrum Sacerdotium exercendum se rite praepararent.

Summi Pontifices Gregorius XIII, Gregorius XV atque Paulus V maximam sollicitudinem in id impenderunt, ut apta domus catholicae hibernicae iuventae in sortem Domini vocatae in Urbe panderetur. Quorum assiduis curis factum est ut anno Domini millesimo sexcentésimo vigesimo octavo Ecclesiasticum Collegium Hibernicum Romae feliciter dedicantur. Postquam initia prospere cesserint, moderante in primis praeclarissimo viro Luca Wadding O. F. M., sacrum hoc ephebeum uberiores in dies fructus in Dei gloriam salutemque animarum duobus prope saeculis afferebat.

Grassantibus tamen seditiosorum perturbationibus, triginta annos Hibernicum Collegium eversum iacuit, usquedum paterna liberalitate Summus Pontifex Leo XII, omnibus Archiepiscopis et Episcopis Hiberniae flagitantibus, pium Institutum ad vitam revocavit atque amplissimo Brevi d. 17 m. Ianuarii a. D. 1828 novis privilegiis cumulavit.

Faustis his auspiciis, centum hos viginti annos Hibernorum clericorum in Urbe Collegium, Sede Apostolica favente atque Hiberniae Praesulibus sedulo curantibus, plenius floruit. Plures hodie insigni hoc Collegio excipiuntur selecti ex Hiberniae dioecesibus clerici, virtutum ingeniique laude praestantes, ab Episcopis suis missi ut penes veneranda Apostolorum Principum Sepulchra, in ipso veritatis centro, ad probatissimae disciplinae solidaeque pietatis consuetudinem informati, in ecclesiastica studia incumbant.

Quamobrem, in signum singularis suae benevolentiae, Augustus Pontifex fel. regn. Pius div. Prov. Pp. XII, supremum fastigium operi imponere volens, Collegium Hibernicum in Urbe per hanc Sacram Congregationem nomine et titulo *Pontificio* **decorat, eidemque iura omnia et privilegia confert quae huic titulo adnexa sunt.**

Datum Romae, ex aedibus Sancti Callisti, d. xxv m. Ianuarii, in Conversione Sancti Pauli Ap., a. D. MCMXLVHI.

I. Card. PIZZARDO, *Praefectus*

L. $ S.

f I. Rossino, Archiep. Thessalonicen., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA EOMANA EOTA

Citationes edictales

I

ATUREN, ET AQUEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BOULART - DE MONTAIGU)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Philippi De Montaigu, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 15 Iulii 1948, hora decima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Philippi De Montaigu curare debent ut de hac citatione ipse moneatur.*

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 31 Martii 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Philippe De Montaigu, défendeur en cette cause, nous le citons a comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 juillet 1948, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

öonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Philippe de Montaigu devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

VICARIATUS APOST. DE OSLO

NULLITATIS MATRIMONII (FRABNKEL-HERMANSBN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Paulinae Hermansen, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S.R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 16 Iulii 1948, hora duodecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Paulinae Hermansen, curare debent ut de hac citatione ipsa moneatur.*

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 2 Aprilis 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Pauline Hermansen, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 juillet 1948, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Pauline Hermansen devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

NEO-EBORACEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HESSEK-MURPHY)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Iosephi Murphy Doherty, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 4 Augusti 1948, hora duodecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Iosephi Murphy Doherty, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Aprilis 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph Murphy Doherty, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 4 août 1948, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Joseph Murphy Doherty devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 marzo 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Enfi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi han discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Giuseppina Rossello, fondatrice delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia, e che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

Martedì, 16 marzo 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali han discusso :

a) sul non culto dei seguenti Servi di Dio :

1. Emanuele Domingo y Sol, sacerdote, fondatore della Congregazione degli Operai diocesani. 2. Matteo Talbot, operaio. 3. Mercede di Gesù Molina, fondatrice delle Suore della Beata Maria Anna di Gesù. 4. Francesca Streitel, fondatrice della Congregazione delle Suore dell'Addolorata.

b) sulla validità dei processi dei seguenti Servi di Dio :

1. Margarita Bourgeoys, fondatrice della Congregazione delle Suore di Nostra Signora. 2. Anna di Gesù De Paredes. 3. Maria del Divin Cuore (Droste zu Viscering), della Congregazione di Nostra Signora della Carità del Buon Pastore.

Martedì, 13 aprile 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, han discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Bartolomea Capitanio, vergine, fondatrice dell'Istituto delle Suore di Carità.

Martedì, 27 aprile 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno dato il loro voto :

I. 'Sul *tuto* per la canonizzazione della Beata Giovanna di Lestonnac, fondatrice dell'Ordine delle Figlie della Beata Maria Vergine.

II. Sui miracoli della Beata Vincenza Gerosa, vergine, confondatrice delle Suore della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

16 dicembre 1946. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tisserant Eugenio, *Protettore delle Petites Sœurs des Malades* (Cantal).

5 aprile 1947. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Società di San Vincenzo de' Paoli per le Conferenze/Maschili.*

2 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Suore Orsoline di S. Carlo a S. Ambrogio* (Milano).

29 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Società Femminile di San Vincenzo de' Paoli.*

21 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Protettore delle Suore di S. Caterina da Siena del Terz'Ordine di S. Domenico* (Evreux).

15 ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedétto, *Protettore delle Suore Domenicane di Neweastle* (Westminster).

10 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore di Nostra Signora* (Namur).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori e delle Clarisse da esso dipendenti* (Roma).

» dicembre » L'Enìo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, *Protettore delle Suore del Divino Pastore* (Messico).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Trinitarie Scalze* (Valenza).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore delle Suore Compassioniste Serve di Maria* (Castellammare di Stabia).

30 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore dei Sacerdoti del Ssmo Sacramento* (Roma).

2 gennaio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore della Arciconfraternita di S. Maria della Pietà e del Collegio Teutonico dì S. Maria al Campo Santo* (Roma).

15 gennaio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore delle Suore Mereedarie della Carità*** **(Madrid).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, ***Protettore degli Eremitani di Sant'Agostino*** **(Roma).**

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marchetti Selvaggiani Francesco, ***Protettore delle Suore Missionarie Francescane dell'Immacolata Concezione*** **(Roma).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, ***Protettore delle Povere Figlie di Maria Ssma Incoronata*** **(Mantova).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, ***Protettore delle Figlie del S. Cuore di Gesù*** **(Bergamo).**

8 febbraio » L'Emo e Revino Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore delle Suore delle Poverelle*** **(Bergamo).**

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, ***Protettore della Società Salesiana di San Giovanni Bosco*** **(Torino).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Bruno Giuseppe, ***Protettore delle Figlie di Maria Missionarie*** **(Apuania).**

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore dell'Istituto di Sant'Anna della Provvidenza*** **(Torino).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore della Congregazione dei Servi della Carità*** **(Como).**

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, ***Protettore delle Suore Terziarie Francescane Elisabettine*** **(Padova).**

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore delle Suore Trinitarie*** **(Valence).**

25 marzo » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, ***Protettore della Società delle Divine Vocazioni*** **(Pozzuoli).**

10 aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Fossati Maurilio, ***Protettore delle Suore di N. S. della Provvidenza dette Benedettine di Ronco Scrivia*** **(Genova).**

y> **» » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Fumasoni Biondi Pietro,** ***Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Orange*** **(Los Angeles).**

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

11	febbraio	1947.	Al sig. Pecker Giuseppe, dell'archidiocesi di Malines.
8	marzo	»	Al sig. Gilbert Maurizio, della diocesi di Tournai.
25	maggio		Al sig. Fumarola Angelo, della diocesi di Gallipoli.
»	»		Al sig. Van Melle Alfredo, dell'archidiocesi di Malines.
24	settembre	»	Al sig, Brenninkmeyer Arnaldo L., della diocesi di Haarlem.
1	novembre		Al sig. Estrada y Aubel Giuseppe W. (Spagna).
7	»	»	Al sig. Baccbon Eugenio, del patriarcato di Venezia.
27		»	Al sig. Fauvel Pietro, della diocesi di Angers.
»		»	Al sig. Barenghi Vincenzo, dell'archidiocesi di Milano.
		»	Al sig. Zanardi Prosperi Gabriele (Roma).
15	dicembre		Al sig. Younan Antonio, del patriarcato di Alessandria dei copti.
	»	»	Al sig. Riad Yassa, della diocesi di Tebe.
»	»	»	Al sig. Benanti Francesco, del vicariato apostolico di Tripoli.
23	»		A S. E., Bonetti Burgos Giuseppe M. (S. Domingo).
10	gennaio	1948.	Al sig. Roveda Giovanni, dell'archidiocesi di Milano.
23	febbraio	»	Al sig. Birchler Lino, della diocesi di Coirà.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

11	febbraio	1947.	Al sig. De Hasque Maurizio, dell'archidiocesi di Malines.
			Al sig. Jacobs Giulio, della medesima archidiocesi.
	»	»	Al sig. Luyck Ugo, della medesima archidiocesi.
»		»	Al sig. Van Dieren Vincenzo, della medesima archidiocesi.
13	maggio		Al sig. Lenaerts Armando, della medesima archidiocesi.
25	»		Al sig. Olaguivel y Solis Eleno, della diocesi di Lipa.
»	»	»	Al sig. Raymundo Riccardo, della medesima diocesi.
30	giugno	»	Al sig. Boccardo Giovanni Battista, dell'archidiocesi di Genova.
7	agosto		Al sig. Barra Vittorio, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
24	settembre		Al sig. Misquita Emanuele (Karachi).
»	»		Al sig. Van der Pol Cornelio Andrea, della diocesi di s'Hertogenbosch.
»		»	Al sig. Doyle Michele Francesco, dell'archidiocesi di Philadelphia.

30	settembre	1947.	Al	sig. Moors Cornelio, della diocesi di Breda.
		»	Al	sig. Ficarra Bernardo, della diocesi di Brooklyn.
»	»	»	Al	sig. Mettrop Bernardo, della diocesi di s'Hertogenbosch.
10	ottobre		Al	sig. Groen Azu Giacomo, della diocesi di Haarlem.
7	novembre		Al	sig. Battagel Attilio, del patriarcato dì Venezia.
24	»	»	Al	sig. Carnevale Bartolo, della diocesi di Lipari.
27		»	Al	sig. Barse Daniele, della diocesi di Camden.
»		»	Al	sig. Boyle Guglielmo, della medesima diocesi.
»	»		Al	sig. Courtney Patrizio, della medesima diocesi.
		»	Al	sig. Robinson Glendon, della medesima diocesi.
15	dicembre	»	Al	sig. Riad Ghali Boghos, del patriarcato di Alessandria dei copti.
»	»	»	Al	sig. Purnett Cutberto Osvaldo, delParchidiocesi di Çardiff.
	»		Al	sig. Bascarol Giovanni, delParchidiocesi di Gorizia.
22	gennaio	1948.	Al	sig. Vidal Leone, delParchidiocesi di Tolosa.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papo, :

25	maggio	1947.	Al	sig. Vranken Fernando, delParchidiocesi di Malines.
24	giugno		Al	sig. Santambrogio Giuseppe Ambrogio, delParchidiocesi di Milano.
7	agosto		Al	sig. Serra Melchiorre, delParchidioc. di Buenos Aires.
10	ottobre		Al	sig. Finsterer Giovanni, delParchidiocesi di Vienna.
7	novembre		Al	sig. Caputo Lorenzo, della diocesi di Brooklyn.
»	»	»	Al	sig. Bisceglie Nicola, della diocesi dì Crotone.
			Al	sig. Maggi Mario, delParchidiocesi di Firenze.
	»	»	Al	sig. Torricelli Andrea, della medesima archidiocesi.
27		»	Al	sig- Lapecorella Nicola, delParchidiocesi di Bari.
»	»	»	Al	sig. Mazzoni Lamberto (Firenze).
»	»		Al	sig. Conte Antonio (Roma).
	»	»	Al	sig. D'Amico Alfonso (Roma).
15	dicembre		Al	sig. Molella Valerio, della diocesi di Alatri.
	»		Al	sig. Colangelo Edoardo, delParchidiocesi di Bari.
			Al	sig. Ranieri Giuseppe, della medesima archidiocesi.
		»	Al	sig. Meyer-Schnyder von Wartense Jost, della diocesi di Basilea e Lugano.
	»	»	Al	sig. Costa Giacomo, delParchidiocesi di Genova.
»	»	»	Al	sig. Rebonati Antonio, della diocesi di Padova.
19	»	»	Al	sig. Re Marco, della diocesi di Alessandria.
	»	»	Al	sig. Romano Giovanni Batt., della diocesi di Caserta.
»			Al	sig. Virno Giuseppe, della medesima diocesi.
			Al	sig. Di Costanzo Giuseppe (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio	1947.	Al sig.	Pastor y Ano Giovanni, della diocesi di Lipa.
» »	»	Al sig.	Rosales y Di Gay Goffredo, della medesima diocesi.
» »	»	Al sig.	Zenarosa y Peñalosa Fernando, della medesima diocesi.
» »	»	Al sig.	De Coninck Armando, dell'archidiocesi di Malines.
24 luglio	»	Al sig.	Bianchi Fulvio, della diocesi di Apuania.
24 settembre	»	Al sig.	Andrissen Guglielmo G., dell'archidiocesi di Utrecht.
10 ottobre	»	Al sig.	Verklcy Areud, della diocesi di Haarlem.
7 novembre	»	Al sig.	Bartali Gino, dell'archidiocesi di Firenze.
» »	»	Al sig.	Bogomelli Adolfo, dell'archidiocesi di Milano.
» »	»	Al sig.	Lianza Carlo, della ^diocesi di Sessa Aurunca.
» »	»	Al sig.	Scrocca Pasquale, della medesima diocesi.
» »	»	Al sig.	Paschetta Bartolo, dell'archidiocesi di Torino.
» »	»	Al sig.	Girardi Marcello, della diocesi di Treviso.
19 »	»	Al sig.	Ciampi Bonaventura (Roma).
» »	»	Al sig.	Di Benedetto Antonio (Roma).
» . »	»	Al sig.	Casillo Francesco, della diocesi di San Severo.
27 »	»	Al sig.	Ghezzi Adriano, dell'archidiocesi di Firenze.
» -»	»	Al sig.	Richiello Luigi (Roma).

NECROLOGIO

6 marzo	1948.	Monsig.	Casabona Amedeo, Arcivescovo Vescovo di Chiavari.
10 »	»	Monsig.	Verriet Pietro Giovanni Uberto, Vescovo tit. di Eleuterna, Vicario Apostolico di Curaçao.
11 »	»	Monsig.	Lawler Giovanni Geremia, Vescovo di Rapid City.
» »	»	Monsig.	Challiol Carlo, Vescovo di Rodez.
15 »	»	Monsig.	Muñiz Pablos Tommaso, Arcivescovo di San Giacomo di Compostella.
29 »	»	Monsig.	Rossi Antonio Anastasio, Patriarca di Costantinopoli, Prelato della Prelatura della B. V. Maria del Rosario in Pompei.
5 aprile	»	Monsig.	Grassi Luigi Maria, Vescovo di Alba.
» »	»	Monsig.	Piante Audomaro, Vescovo tit. di Dobero.

An. et voi. XL 10 Maii 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE PUBLICIS SUPPLICATIONIBUS PER MENSEM MAIUM HABENDIS.

PIUS PP. XII

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem. — Auspicia quaedam in praesens affulgere videntur, e quibus clare portenditur universam hominum communitatem post tot excidia vastationesque, quae immane diuturnumque peperit bellum, vehementer velle salutiferae ingredi itinera pacis atque iis, qui per ditas fortunas reficere, qui discordias componere, quique ex ingentibus, quas lamentamur, ruinis ad novum procedere prosperitatis ordinem enitantur, secundas dare aures exoptare, potius quam iis, qui ad mutuas acerbasque contentiones, qui ad odia simultatesque compellant, ex quibus procul dubio nihil aliud oriri possit, nisi nova ac graviora populis detrimenta.

Nihilo secius etsi non leves habentur causae, e quibus Nos ac christiana plebs solacia hauriamus, atque in spem erigamur meliorum temporum, non desunt tamen res atque eventus, quae paternum sollicitent et angant animum Nostrum. Quamvis enim fere ubique debellatum sit, nihilominus alma pax non omnium mentes serenavit hominum; atque adhuc videre est caelum gravibus infuscari nubibus.

Nos autem, non modo quidquid possumus eûicere contendimus, ut ingruentia calamitatum discrimina ab humana familia prohiberi queant, sed cum terrenae opes impares esse videantur, tum ad Deum potissimum supplicando confugimus; eosque etiam, quos ubique gentium habemus

in Christo filios, adhortamur, ut caelestia auxilia instantibus precibus una Nobiscum impetrare velint.

Quamobrem, ut superioribus annis suave Nobis fuit enixe omnes commonere, puerulos praesertim Nobis sane carissimos, ut frequentes per mensem Maium ad Magnae Dei Parentis aram accederent, finem saevientis belli comprecaturi, ita nunc quoque iterum eos iterumque per has litteras excitamus, ut pium eiusmodi morem ne intermittant ; utque suis supplicationibus christianae integritatem vitae ac sanctae paenitentiae opera adiungant.

Gratias agant in primis Virgini Deiparae ac benignissimae Matri nostrae, quod, potenti apud Deum deprecatione sua, bellica conflagratilo restingui potuit, itemque ob alia divinitus impertita beneficia gratum quisque suum profiteantur animum : sed una simul ab eadem iteratis precibus contendant, ut quae nondum affulsit mutua, fraterna ac plena gentibus ac civium ordinibus concordia, ea tandem aliquando, quasi e caelo data, illucescat.

Cessent discidia, quae nemini prosunt ; componantur iustis rationibus discordiae, quae novarum sunt miseri arum semina : publicae ac privatae inter Nationes necessitudines opportune confirmentur ; fruatur Religio, virtutum omnium altrix, debita sibi libertate ; ac pacificus hominum labor, iustitia auspice atque afflante caritate, uberrimos in communem utilitatem fructus edat.

Nostis autem, Venerabiles Fratres, tum praesertim Sanctissimae Virgini nostras esse preces acceptas, cum non caducae atque inanes voces sint, sed animos referant necessariis virtutibus ornatos. Agite igitur, pro apostolico studio vestro, ut communibus hisce supplicationibus, quae per mensem Maium habentur, redintegrata respondeat ac reflorescens christianis moribus vita. Ex iisdem enim solummodo sperare licet fore ut privatus ac publicus rerum eventuumque cursus recto ordine dirigatur, ac non tantum terrenam homines prosperitatem assequi, Deo donante, valeant, sed caelestis etiam felicitatis perpetuoque mansurae, superna aspirante gratia, potiri queant.

Aliquid praeterea est, quod peculiari modo sollicitum et anxium in praesens tenet animum Nostrum. Compertum siquidem omnibus est iam diu sacra Palaestinae loca luctuosis turbari eventibus, ac fere cotidianis caedibus ruinisque vastari. Iamvero, si aliqua regio habetur, quae cuilibet exculto animo carissima esse debeat, illa profecto est, ex qua tanta gentibus omnibus veritatis lux inde ab obscura antiquitate est orta ; in qua Dei Verbum, caro factum, per angélicos concentus pacem universis annutiavit hominibus ; et in qua denique Christus e cruce pen-

dens salutem humano generi peperit, atque apertis brachiis quasi omnes populos ad fraternum amplexum invitans, suum caritatis mandatum effuso cruore consecravit.

Cupimus igitur, Venerabiles Fratres, ut eiusmodi supplicationibus id nominatim a sanctissima Virgine imploretur, ut, rebus tandem in Palaestina aequitate compositis, inibi etiam concordia et pax feliciter redintegretur.

Multum Nos potentissimo Caelestis Matris nostrae patrocinio confidimus, quod per mensem eidem dicatum innocentes praesertim parvuli, sacra facta quasi precum contentione, conciliare enitentur. Vestrum autem erit studiose eos adhortari ac quasi compellere; unaque cum eis patres matresque familias, qui hac etiam in re iisdem in exemplum turmatim praeeant.

Ac plane noscentes numquam Nos apostolicum, quo flagratis, studium inaniter excitavisse, iam quasi oculis cernimus immensas puerorum, hominum ac mulierum turmas sacras Deiparae Virginis stipare aedes, atque uberrimam ab ea supernorum munerum copiam impetrare.

Faxit utinam Beatissima Virgo, ex qua nobis Iesus est ortus, ut ad eum quotquot ex recto aberraverint itinere, paenitentes regrediantur; faxit benignissima Mater nostra, quae in periculosis quibusvis rerum adiunctis validum auxilium ac divinorum munerum conciliatrix semper exstitit, ut necessario etiam hoc tempore gravia, quae omnes angunt, componantur discrimina, ac secura et libera tranquillitas Ecclesiae cunctisque Nationibus arrideat.

Paucis abhinc annis, ut omnes norunt, recenti adhuc saeviente bello, Nos — cum ingenti eiusmodi restinguendae conflagrationi humanae opes non pares neque idoneae viderentur — ad miserentissimum Redemptorem nostrum supplices confugimus, potenti interposito patrocinio intaminati Cordis Mariae Virginis. Et quemadmodum Decessor Noster imm. rec. Leo XIII, sub vicesimi saeculi exordium, universam hominum communitatem Sacratissimo Cordi Iesu consecratum voluit, ita Nos pariter, quasi humanae familiae divinitus redemptae personam gerentes, eam voluimus Immaculato etiam Sanctissimae Virginis Cordi sollemniter dedicare.

Id agant optamus omnes, quotiescumque opportunitas suadeat, non modo in singulis dioecesibus atque paroeciis, sed in domestico etiam uniuscuiusque convictu; ita enim futurum speramus, ut ex hac privata ac publica consecratione uberiora oriantur beneficia ac caelestia munera.

Quorum quidem caelestium munerum sit auspex paternaeque benevolentiae Nostrae testis Apostolica Benedictio, quam vobis singulis uni-

versis, Venerabiles Fratres, iisque omnibus qui hortativis hisce litteris volenti libentique respondebunt animo, ac praesertim carissimorum Nobis puerorum cohortibus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die i mensis Maii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

THEBANA COPTORUM (LYCOPOLITANA COPTpRUM)

NOVA EPARCHIA LYCOPOLITANA COPTORUM IN AEGYPTO ERIGITUR, EX TERRITORIO AB EPARCHIA THEBANA COPTORUM SEIUNCTO.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex Petri Cathedra, tamquam e sublimi specula, Romani Pontifices, pro supremo quo funguntur apostolatus ofiicio, in universum intuentes christianum orbem, intento studio curare satagunt, ut Ecclesiarum circumscriptiones rerum locorumque adiunctis quam aptius respondeant. Novae exinde dioeceses ab ipsis eriguntur, quoties id ad maius animarum bonum et rei catholicae incrementum prodesse videatur. Qua quidem mente fel. rec. Leo Papa Tertiusdecimus, Decessor Noster, suo quo flagrabat Copticam erga gentem studio vigilantique qua adigebatur sollicitudine, per Apostolicas sub plumbo Litteras *Christi Domini,* die vigesima sexta Novembris mensis, anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo quinto datas, ut « quum catholici confirmarentur in coniunctione et fide erga Apostolicam Sedem, tum dissidentes ad eamdem coniunctionem invitaren tur quaerendam et renovandam », Patriarchatum Alexandrinum restituit et pro Coptis constituit atque binas illi suffraganeas erexit dioeceses, Hermopolitanam nempe et Thebanam. Nos vero, tanti Pontificis vestigia sectantes, haud minore Copticam in illam Gentem caritate permoti, prae oculis potissimum habentes catholicum nomen apud illam, Dei opitulante gratia, auxilioque Almae Dei Genetricis, quam omnes christiani Alexandrini ritus filiali prosequuntur obsequio, non mediocre iam incrementum suscepisse maiusque in posterum consecuturum, novam in illa *praedicationis* S. Marci provincia Eparchiam eri-

Tendam censuimus. Quapropter venerabilium Fratrum Marci Khouzam, piscopi Tbebani et Patriarchatus Alexandrini Coptorum Administra-, toris Apostolici, et Arthuri Hughes, Episcopi titularis Hieropolitani et Delegationis Apostolicae in ditione Aegyptiaca Eegentis, favorabilius exceptis votis, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, ex Eparchia Thebana territorii partem dismembramus, quam in novam pro Coptis catholicis Alexandrini ritus Eparchiam erigimus et constituimus, quam ab urbe Lycopoli, vulgo *Assint,* in qua sedem episcopalem figimus, Lycopolitanam nuncupandam decernimus, et Patriarchatui Alexandrino Coptorum suffraganeam subiicimus. Novae huius Eparchiae fines hi erunt : ad septentrionem Eparchia Hermopolitana (gr. 28° latit.) ; ad orientem Mare Rubrum; ad meridiem Eparchia Thebana (gr. 27° latit.) ; ad occasum Desertum Libycum. Episcopi vero cathedram in Lycopolis ecclesia principe, vel in alia pothac aedificanda, constituimus, cui idcirco et pro tempore Episcopis Lycopolitanis omnia tribuimus iura, insignia, privilegia, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Praesules fruuntur, illosque pariter oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceterae Cathedrales eorumque Antistites adstringuntur. Mensam porro episcopalem huius novae Eparchiae emolumenta et oblationes fidelium constituent, in quorum bonum Eparchia ipsa erecta est, praeter ea quae ad hunc finem colligentur. Statuimus insuper ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, die, mense et anno districte definitis, omnes catholici nominis res, fideles et clerici intra quos supra descripsimus Eparchiae fines exstantes, eo ipso Ordinarii Lycopolitani iurisdictioni tam in spiritualibus quam in temporalibus, ad sacrorum canonum iurisque peculiaris Ecclesiae Coptorum normas subiiciantur. Quod vero Clericos praecipue attinet decernimus ut, harum Litterarum peracta exsecutione, Eparchiae Lycopolitanae censeantur adscripti, qui in eius territorio legitime degunt; iuvenes vero in sortem Domini vocati in Seminarium S. Leonis in *Tanta* urbe exstans mittantur ut doctrina et pietate imbuti in spem Ecclesiae instituantur. Iubemus denique ut documenta et acta omnia novam hanc Eparchiam respicientia a curia episcopali Thebana ad illam quam primum tradantur, ut in eius archivo diligenter serventur. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Arthurum Hughes deputamus eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam

subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum ecclesiastica dignitate ornatum, eique onus imponimus ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus ; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, subiectionis, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo die decima Augusti mensis, Pontificatus Nostri - anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
8. Collegii Sub-Decanus.

E, Card. TISSERANT
8. C. pro Eccl. Orient, a Secretis.

A. Carinci, Arch. tit. Seleuc, *Decanus Coll. Proton. Apost.*

A. Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXIV, nr *77.* — Al. Trussardi.

II

LUNENSIS SEU SPEDIENSIS

CATHEDRALE CAPITULUM IN DIOECESI LUNENSI SEU SPEDIENSI ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praedecessor Noster fel. rec. Pius Papa Undecimus in Apostolicis sub plumbo Litteris, cuius initium *Universi dominici gregis,* anno millesimo nongentesimo undetrigesimo, duodecima die Ianuarii mensis datis, per quas nova erecta est dioecesis Spediensis et aeque principaliter unita dioecesibus Sarzanensi et Brugnatensi, inter alia sapientissime statuit ut, ad sacrorum canonum praescripta, quamprimum fieri potuerit, Spediae Capitulum Cathedrale erigeretur. Cum interim nonnulli fideles, divinae gloriae zelo incensi suaeque patriae novum splendorem et , honoris titulum procurandi desiderio permoti, emolumenta pro Capituli constituendi praebendis et canonicatibus praestiterint, venerabilis Frater Ioseph Stella, dioecesium Lunensis, seu Spediensis, Sarzanensis et Brugnatensis Antistes, divini cultus splendoris augendi et maioris Spediensis dioecesis decoris comparandi et ipse desiderio permotus, atque ut clero, ad spiritualem fidelium curam incumbenti, aliquantum praeberi possit adiumentum, ab Apostolica Sede expostulavit ut Spediae Capitulum Cathedrale canonice constituatur. Nos autem, quibus sane cordi est ut suum quaeque cathedralis Ecclesia praecellentium habeat sacerdotum coetum, qui et Episcopi sit senatus, ad iuris canonici et Apostolicarum quas supra memoravimus Litterarum normas, consulendus, oblatis Nobis precibus Iubenti animo annuentes, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Capitulum Cathedrale in Spediensi dioecesi erigimus et constituimus, quod duobus constabit Dignitatibus, Primicerio nempe et Archidiacono, et decem Canonicis, quorum, iuxta sacrorum canonum praescripta, alter ad Theologi, alter ad Poenitentiarii ofiicium deputabuntur. Huic porro Capitulo, Dignitatibus et Canonicis omnia et singula tribuimus iura et privilegia, una cum adnexis oneribus et obligationibus, quae ex iure communi illis competunt. Praebenda autem canonicalis pro unoquoque capitulari constituatur dote a fidelibus iam oblata et a civili auctoritate augenda. Dignitatum vero et Canonicatuum collatio ad iuris canonici praescripta fieri debet. Cum autem nondum aedificatum sit templum, Iesu Christo Regi dicandum et in futuram cathedralem statuendum, indulgemus ut inte-

vim Capitulum sedem habeat in ecclesia pro-cathedrali et paroeciali in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae Deo dicata. Quum insuper decorum sit ut qui in Episcopi senatum et consilium adsciscuntur, aliqua ratione a ceteris distinguantur, concedimus ut Dignitates et Canonici intra fines tantum propriae dioecesis et in capitularibus functionibus, diebus festis cappam magnam violacei coloris super rocheto, diebus vero ferialibus rochetum et superpelliceum deferre valeant. Volumus denique ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta quae supra a Nobis statuta sunt quamprimum conficiantur, quas, ab episcopo adprobatas, ab omnibus Dignitatibus et Canonicis religiose adservari iubemus. Ad quae omnia exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Episcopum Lunensem, seu Spediensem, Sarzanensem et Brugnatensem deputamus, eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel ofiäcio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus ostensis tribueretur. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, duodevicesima die Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXIV, n. 20. - Al. Trussardi.

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. DANIELEM **MANNIX**, ARCHIEPISCOPUM MELBURNENSEM SAECULO VERTENTE AB ECCLESIA MELBURNENSI CONSTITUTA.

PIUS PP. XII

Venerable Brother, Health and Apostolic Benediction. — With profound pleasure, Venerable Brother, do We send you this message of cordial greeting and felicitation on the auspicious occasion of the Centenary of the Archdiocese of Melbourne.

One hundred years ago the first Bishop, the enterprising John A. Goold, took possession of the Diocese newly erected by Our predecessor of blessed memory, Pius IX. Since then the history of Melbourne ha& been one of continued progress and advancement, keeping pace with the history of Victoria and of the entire Continent of Australia. As the resources of the country were gradually explored and developed, the population of Victoria rapidly increased, thereby creating an urgent and arduous problem for the first Bishop of the new Diocese, upon whom devolved the responsibility of providing for the religious needs of the numerous Catholic immigrants.

The Providence of God, governing all things with infinite wisdom, was not unmindful of the needs of the growing Catholic communities scattered over those wide areas. As the numbers of the faithful multiplied, missionary priests were found for the new harvest-field — men endowed with the physical endurance and with the zeal and firmness of purpose which were required for laying the foundations of the Church in the pioneer days of Australia. Through their energetic and self-sacrificing toil, Churches and Chapels were built in the various centres and soon the Province of Victoria was so well developed that portions of the original territory of Melbourne were erected into the separate Dioceses of Ballar at, Sandhurst and Sale.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 11 Ianuarii, instantiam ad normam can. 1736 declarat esse peremptam atque mandat acta causae reponi in tabulario.

III. IANUEN. - *Iurium,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

IV. FLORENTINA - *Iurium,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam ad normam can. 1736 declarat peremptam.

V. BERYTEN. ARMENORUM - *Pensionis alimentariae, coram* **R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis, intra tempus a iure statutum, positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam declarat peremptam.

VI. MEDIOLANEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis, intra tempus a iure statutum, positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam declarat peremptam.

VII. VALLIS PARADISI - *Iurium,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum nullus actus processualis positus fuerit intra tempus a iure statutum, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam declarat peremptam.

VIII. XYLOPOLITANA - *Iurium,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Ianuarii, instantiam declarat peremptam.

IX. CZESTOCHOVIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum nullus actus processualis, intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 19 ianuarii, instantiam declarat peremptam.

X. CALPUTEN. - *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam mulieris,* **coram R. P. D. Arcturo Wynen.**

Cum mulier conventa supremum obierit diem, R. P. D. Ponens, decreto diei 7 Februarii, causam declarat finitam et acta causae in archivo reponi iubet.

XI. VIVARIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Visis litteris actricis, quibus renuntiabat proseeutioni appellationis adversus sententiam Tribunalis Vivariensis diei 23 Maii 1946, et audito Vinculi Defensore, R. P. D. Ponens, decreto diei 8 Martii, renuntiationem admittit.

XII. SAVONEN. - *Iurium,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 14 Martii, instantiam declarat peremptam.

XIII. TAURINEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* **coram R. P. D. Ioanne Teodori.**

Cum mulier conventa supremum obierit diem, R. P. D. Ponens, decreto diei 10 aprilis, causam declarat finitam et acta in archivo reponi iubet.

XIV. THEATINA - *Nullitatis matrimonii, ob impedimentum raptus et ob simulatum consensum,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R.

P. D. Ponens, decreto diei Ii Aprilis, causam declarat desertam et acta in archivo reponi iubet.

XV. NEOCASTRBN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum et ob defectum consensus,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 14 Aprilis, appellationem declarat desertam et acta causae in archivo reponi iubet.

XVI. VELITERNA - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. I). Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam peremptam declarat et acta in archivo reponi iubet.

XVII. MONACEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XVIII. SANCTI MINIATI - *Nullitatis matrimonii, ob simulationem consensus, coram* **R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XIX. SANCTI DOMINICI - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XX. CRACOVIEN. - *Nullitatis matrimonii, Incidentis super nullitate sententiae,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam ët acta in archivo reponi iubet.

XXI. ROMANA - *Periurii,* **coram R. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XXII. TAURINEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram H. P. D. Alberto Canestri.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Aprilis, causam declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XXIII. ROMANA - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 22 Maii, appellationem declarat peremptam et acta in archivo reponi iubet.

XXIV. CRACOVIEN, SEU SEPUSIEN. - *N unitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* **coram R. P. D. Ioanne Teodori.**

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Iunii, appellationem declarat desertam et acta in archivo reponi iubet.

XXV. RHEDONEN. - *Nullitatis matrimonii, ob simulationem consensus,* **coram R. P. D. Ioanne Teodori.**

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Iunii, appellationem declarat desertam et acta causae in archivo reponi iubet.

XXVI. NEAPOLITANA - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Attentis cann. 1883 et 1886, cum appellationem actor non prosequutus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 20 Iunii, eandem appellationem desertam declaravit.

XXVII. TRIPLUVIANEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem, appositam,* **coram R. P. D. Ioanne Teodori.**

Cum vir conventus diem supremum obierit, R. P. D. Ponens, decreto diei 23 Iunii, renuntiationem actricis ad appellationem prosequendam admisit atque acta causae in archivo reponi iussit.

XXVIII. MEDIOLANEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum, ob exclusum bonum prolis, ob clandestinitatem,* **coram R. P. D. Francisco Brennan.**

Attenta certa notitia obitus actricis, R. P. D. Ponens, decreto diei 7 Iulii, causam finitam declarat et acta causae in archivo reponi iubet.

XXIX. MELDEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* **coram R. P. D. Iosepho Pasquazi.**

Cum actrix declaraverit se renuntiare recursui adversus decretum Tribunalis Meldensis de reiectione libelli, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Iulii, acta in archivo reponi iussit.

XXX. ROMANA - *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam, viri,* **coram R. P. D. Arcturo Wynen.**

Cum mulier conventa supremum obierit diem, R. P. D. Ponens, decreto diei 21 Iulii, causam esse finitam declaravit et acta in archivo reponi iussit.

XXXI. THEANEN. - *Nullitatis matrimonii, Reiectionis libelli,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum in casu desit fumus boni iuris, reiectio libelli, decreto Turni diei 21 Iulii, approbatur.

XXXII. TOLOSANA - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit ad prosequendam appellationem a vinculi Defensore interpositam, R. P. I). Ponens, decreto diei 4 Augusti, eandem appellationem declaravit desertam atque mandavit acta causae in archivo reponi.

XXXIII. AESERNIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim, et metum,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Augusti, instantiam declarat peremptam et mandat acta causae in archivo reponi.

XXIV. FLORENTINA - *Nullitatis matrimonii, ob simulationem consensus,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Augusti, appellationem declarat desertam et acta causae in archivo reponi iubet.

XXXV. ROMANA - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam, ob errorem, ob impotentiam mulieris,* **coram R. P. D. Arcturo Wynen.**

Attenta renuntiatione causae ex parte actoris, cum neque pars conventa neque Defensor vinculi eam prosequi velit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Octobris, causam esse finitam declarat et acta causae in archivo reponi iubet.

XXXVI. MECHLINIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusa bona matrimonii,* **coram E. P. I). Andrea Jullien, Decano.**

Cum nullus actus processualis per annos positus fuerit, E. Decanus Ponens, decreto diei 6 Octobris, instantiam peremptam declarat ad normam can. 1736.

XXXVII. BAREN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis intra duos annos positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 15 Octobris, ad normam can. 1736, instantiam peremptam declarat.

XXXVIII. ROMANA - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum pars appellans intra tempus a iure statutum appellationem non sit prosequuta, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Octobris, ad normam can. 1883 et 1886, eandem appellationem declarat desertam.

XXXIX. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusionem boni prolis,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum tractatio causae ter iam fuerit suspensa et nullus actus processualis postremis duobus annis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Octobris, instantiam peremptam declarat.

XL. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,,* **coram R. P D. Caesare Pecorari.**

Cum in causa, quae circiter decem annis protrahitur et in qua concessum etiam fuerit patrocinium gratuitum, nullus actus processualis proprie dictus positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Octobris, instantiam peremptam declarat.

XLI. SYRACUSANA - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit postremis quatuor annis, quibus causa bis fuerit suspensa, R. P. D. Ponens, decreto diei 20 Octobris, ad normam can. 1736, instantiam peremptam declarat.

XLII. TAURINEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Caesare Pecorari.**

Cum per ultra annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D, Ponens, decreto diei 20 Octobris, ad normam can. 1736, instantiam peremptam declarat.

XLIII. COCH AB AMBEN . - *Diffamationis, Reiectionis libelli,* **coram E. P. D. Andrea Jullien, Decano.**

Cum in casu S. Eota sit incompetens, E. P. D. Ponens, decreto diei 28 Octobris, libellum exhibitum reiecit.

XLÏV. BERYTEN. MARONITARUM - *Separationis,* **coram R. P. D. Pericle Pelici.**

Cum a plus quam anno nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 26 Novembris, acta causae in archivo reponi iubet.

XLV. BASILEEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Boleslao Filipiak.**

Cum ab anno et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 1 Decembris, appellationem desertam declarat et acta causae in archivo reponi iubet.

XL VT. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* **coram R. P. D. Augusto Fidecicchi.**

Cum inutiliter longum iam tempus transactum sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 2 Decembris, acta in archivo reponi iubet.

XLVII. NEAPOLITANA - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Decembris, causam desertam declarat et acta in archivo reponi iubet.

XL VIII. VENETIARUM - *Nullitatis matrimonii, reiectionis libelli,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Decembris, recursum declarat desertum et acta causae in archivo reponi iubet.

XLIX. VICENTINA - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Decembris, causam declarat desertam et acta in archivo reponi iubet.

L. NEAPOLITANA - *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit,

R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Decembris, recursum adversus sententiam Rotalem peremptum esse declarat et mandat acta in archivo reponi.

LI. BERYTEN. MARONITARUM - *Sponsalium, Incidentis,* **coram R. P. D. Francisco Brennan.**

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Decembris, appellationem declarat desertam et acta causae in archivo reponi iubet.

LII. BRUNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob amentiam mulieris,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Decembris, appellationem desertam esse declarat et mandat acta in archivo reponi.

LUI. ViLNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Henrico Caiazzo.**

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Decembris, appellationem desertam declarat et acta causae in archivo reponi iubet.

LIV. LUGDUNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et mMum,* **coram R. P. D. Arcturo Wynen.**

Cum per annum cum dimidio nullus actus iudicialis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Decembris, appellationem actricis declaravit desertam et acta in archivo reponi iussit.

LV. IANUEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditiones appositas,* **coram R. P. D. Arcturo Wynen.**

Cum pars conventa renuntiaverit recursui suo contra duplicem conformem sententiam affirmativam, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Decembris, consentiente Defensore vinculi, declarat ultimam sententiam factam esse exsecutivam, ideoque partes ad novas transire posse nuptias.

LVI. PRAGEN. - *Damnorum,,* **coram R. P. D. Guillelmo Heard.**

Visis litteris S. T. Signaturae Apostolicae, R. P. D. Ponens, decreto diei 20 Decembris, causam finitam esse declarat et acta in archivo reponi iubet.

LVII. ALBAE IULIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. Francisco Brennan.**

Attento obitu partis actricis, R. P. D. Ponens, decreto diei 22 Decembris, causam finitam esse declarat et acta in archivo reponi iubet.

in

Citatio edictalis

BUGELLEN.

NULLITATIS MATRIMONII (VIMERCATI-PINI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Carolae Pini, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 10 Iulii 1948 bora decima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Carolae Pini, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die (> Aprilis 1948.

H. Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Charlotte Pini, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 10 juillet 1948, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Charlotte Pini devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 3 maggio 1948, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. DE CASTELLO-BRANCO CLARK FEDERICO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario degli Stati Uniti del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 4 maggio 1948, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare il Revmo Padre Fohl Giulio, dell'Ordine di san Benedetto, *Consultore della Saera Congregazione dei Religiosi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

21 aprile 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marmaggi Francesco, *Protettore dei Fratelli di Nostra Signora di Lourdes* (Gand).

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore della Congregazione delle Angeliche di San Paolo* (Milano).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Figlie della Carità del S. Cuore di Gesù* (Angers).

10 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Hlond Augusto, *Protettore delle Ancelle dell'Immacolata Concezione della B. M. V. di Pleszew* (Gnesna).

Assistenti al Soglio Pontificio :

17 maggio 1947. S. E. Revma Monsig. Leprêtre Remigio, Arcivescovo tit. di Rusio.

11 giugno » S. E. Revma Monsig. Caldarola Oronzo, Vescovo di Diano-Teggiano.

12 settembre 1947. S. E. Revma Monsig. Limoges Giuseppe Eugenio, Vescovo di Mont-Laurier.

» » » S. E. Revma Monsig. Yachon Alessandro, Arcivescovo di Ottawa.

17 » » S. E. Revma Monsig. Righetti Pasquale, Vescovo di Savona e Noli.

5 novembre » S. E. Revma Monsig. Jeremich Giovanni, Vescovo tit. di Berissa.

30 gennaio 1948. S.'E. Revma Monsig. Albanesi Adelchi, Vescovo di Viterbo e Tuscania.

22 febbraio » S. E. Revma Monsig. Capizzi Pietro, Vescovo di Caltagirone.

Protonotari Apostolici ad instar participantium

2 ottobre 1944. Monsig. Palloni Ascanio, delParchidiocesi di Firenze.

28 dicembre 1945. Monsig. Spinedi Adriano, della diocesi di Terni e Narni.

18 gennaio 1946. Monsig. Travers Tommaso J., della diocesi di Lafaverte.

» . » » Monsig. Pasquier Giuseppe Giovanni Maria, della diocesi di Angers.

1 giugno Monsig. Simbardi Antonio, delParchidiocesi di Milano.

16 luglio » Monsig. Mazzocco Pietro, della diocesi di Adria.

» » » Monsig. Marchesani Giuseppe, della medesima diocesi.

20 agosto » Monsig. Kerper Michele L., delParchidiocesi di Dubuque.

10 dicembre » Monsig. Cipollini Alberto, delParchidiocesi di Pisa.

24 maggio 1947. Monsig. Marcucci Mario, della diocesi di Livorno.

10 giugno » Monsig. Bertocci Giuseppe, della diocesi di Cortona.

24 » » Monsig. Breen Guglielmo Pietro, della diocesi di Pem broke.

» Monsig. Mahoney Parnell Andrea, della diocesi di London.

Monsig. Nicholson Giacomo F., delParchidiocesi di King ston.

30 » » Monsig. Krieg Paolo, della diocesi di San Gallo.

16 luglio » Monsig. Botta Giuseppe Stefano, della diocesi di Biella.

25 » » Monsig. Rosa Cesare, della diocesi di Cremona.

4 agosto » Monsig. Coja Domenico, delParchidiocesi di Chieti.

6 » » Monsig. Trudel Ormisda, della diocesi di Trois Rivières.

8 settembre » Monsig. Loth Luigi, della diocesi di Evreux.

17 » » Monsig. Rogacs Francesco, della diocesi di Sabaria.

18 novembre » Monsig. Rogger Lorenzo, della diocesi di Basilea.

20 » » Monsig. Cavagna Alfredo, delParchidiocesi di Milano.

18 dicembre » Monsig. Geehan Patrizio Giuseppe, delParchidiocesi di Sant'Antonio Texas.

15 gennaio 1948. Monsig. Bonneau Eugenio Maria Giuseppe, della diocesi di Angers.
IS » Monsig. Chamoton Giovanni Maria Giuseppe, della diocesi di Belley.
» » » Monsig. Panier Giuseppe, dell'archidiocesi di Besançon.
» » » Monsig. Pinondel Felice, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Bringard Paolo, della medesima archidiocesi.
2 febbraio » Monsig. Tuzi Vincenzo, delia diocesi di Sora.
» » » Monsig. Vasari Emilio, della Prelatura *nullius* di S. Lucia del Mela.
24 » » Monsig. Leone Michele, della diocesi di Bitonto.
52 marzo » Monsig. Li Santi Giorgio, dell'archidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Lo Verde Lorenzo, della medesima archidiocesi.
7 aprile » Monsig. Nobile Giuseppe, dell'archidiocesi di Napoli.

Prelati Domestici di Sua Santità :

30 settembre 1945. Monsig. Davis Tommaso Perei vai, dell'archidiocesi di Adelaide.
20 ottobre » Monsig. Kennedy Giacomo, della diocesi di Christchurch.
» dicembre » Monsig. Adda Roberto, della diocesi di Vicenza.
30 » » Monsig. Filosa Benedetto, dell'archidiocesi di Gaeta.
» » » Monsig. Galletti Domenico, della diocesi di Civitavecchia.
» » » Monsig. Petrelli Paolo, dell'archidiocesi di Camerino.
20 gennaio 1946 Monsig. Bertoli Paolo, della diocesi di Apuania.
11 febbraio » Monsig. Alien Francesco Valentino, dell'archidiocesi di Toronto.
29 marzo » Monsig. Del Buono Edoardo, della diocesi di Savona.
5 aprile » Monsig. Pavani Giuseppe, della diocesi di Adria.
16 luglio » Monsig. Padalino Ciro, dell'archidiocesi di Chieti.
» » » Monsig. Jacono Vincenzo, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

12 novembre 1945. A S. E. il signor de las Barcenas Lopez Mollinedo don Domenico, Ambasciatore di Spagna presso la Santa Sede.
26 gennaio 1946. A S. E. il signor Harada Ken, Delegato Speciale del Giappone presso la Santa Sede con rango di Ambasciatore.

23 novembre 1946. A S. E. il signor Subercaseaux Errazuriz Luigi, Ambasciatore del Chile presso la Santa Sede.
27 maggio 1947. A S. E. il signor Tubman Guglielmo V. S., Presidente della Repubblica di Liberia.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

18 settembre 1947. Al sig. Teixidor y Sánchez Giovanni (Spagna).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

20 gennaio 1948. Al sig. Feliu Quadreny Sebastiano, della diocesi di Maiorca.
28 aprile » Al sig. de Balthasar Dieter, Maggiore della Guardia Svizzera Pontificia.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

7 ottobre 1946. Al sig. Tobar Donoso Giulio (Equatore).
» » » Al sig. Jijón Caamaño Giacinto (Equatore).
30 giugno .1947. Al sig. Dennis Gabriele L. (Liberia).
26 gennaio 1948. A S. E. il signor Lemass Giovanni Francesco (Irlanda).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

25 luglio 1946. Al sig. Garcia Huid obro Vincenzo, delParchidiocesi di Santiago del Cile.
» » » Al sig. Letelier Espinola Michele, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Davila Izquierdo Oscar, della medesima archidiocesi.
12 settembre 1947. Al sig. Goisis Giovanni, della diocesi di Bergamo.
22 » » Al sig. Loesch Fernando, della diocesi di Lussemburgo.
26 gennaio 1948. Al sig. Leydon Giovanni (Irlanda).
» » » Al sig. Boland Federico H. (Irlanda).
29 aprile » Al sig. Conte Alessandro (Svizzera).

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

12 settembre 1947. Al sig. comm. Piovesan Secondo, della diocesi di Vicenza.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

26 gennaio 1946. Al sig. Kanayama Masahide (Giappone).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

14 gennaio 1946. Al sig. Janssens Guglielmo J.B.A., della diocesi di s'Hertogenbosch.
26 » » Al sig. Wàtanabe Shìnji (Giappone).

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa :

12 gennaio 1946. Al sig. dott. Kiernan Tommaso Giuseppe (Irlanda).
3 dicembre 1947. Al sig. Gasimi Gerolamo, dell'archidiocesi di Genova.
15 » » A S. E. il dott. Mesquita da Costa Adroaldo (Brasile).
3 gennaio 1948. Al sig. Miranda Sampedro Paolino, dell'archidiocesi di Manila.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa :

25 luglio 1946. Al sig. Fontecilla Larrain Arturo, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.
» » » Al sig. Egaña Pinto Alfredo, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Ureta Eehazarreta Arturo, della medesima archidiocesi.
3 maggio 1947. Al sig. Vial Espantoso Carlo, della medesima archidiocesi.
7 luglio » Al sig. Quintana Federico (Argentina).

La Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa :

21 giugno 1947. Al sig. comm. Jacobucci Giovanni, della diocesi di Ferentino.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa :

18 settembre 1945. Al sig. colonnello Parkin Carlo M. (U. S. A.).
3 ottobre » Al sig. Prince Elias, della diocesi di Cipro.
10 dicembre 1916. Al sig. Ugo Ernesto, della diocesi di Savona.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa :

20 dicembre 1945. Al sig. Valdes Larrain Carlo, della diocesi di Rancagua.
25 febbraio 1946. Al sig. Chirico Giovanni (Roma).

An. et VOl. XL 15 Iunii 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

BEATO IOSEPHO CAFASSO SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Splendidum illud sacerdotalis officii et apostolatus lumen ad colendum imitandumque, clero praesertim, hodie Nos, pro summo humilitati Nostrae commisso inerrantis magisterii munere, in sanctorum caelitum numerum, Sancto Divino Spiritu afflante, referre, Beatum scilicet Ioseph Cafasso, egregium Taurinensis Ecclesiae decus et ornamentum, magnopere laetamur. Castronovi, in dioecesis Astensis oppido, quinta decima die Ianuarii mensis, anno millesimo octingentesimo undecimo, ex honestis piisque coniugibus Ioanne Cafasso et Ursula Beltramo ipse natus est, cui Ioseph nomen altera post nativitatem die ad Sacrum Baptismatis Fontem impositum fuit. Ab ipso vitae exordio, una ferme cum matris laete, pietatem aliasque suxit christianas virtutes, quas deinceps et usque ad vitae exitum impensius in dies coluit. Puer neque ludis, neque iocis et nugis, quae puerilis aetas diligit, vacare visus est; e contra templum frequentare, ibique sacrosancto Missae sacrificio et sacris functionibus adstare et christianam cathechesim ediscere adamabat. Tredecim annos natus in pago vulgo *Mamucco* Confirmationis sacramentum recepit; deinde Cherium venit ut civicas frequentaret scholas et latinae linguae atque humaniorum litterarum studia expleret; ibique primum ad sacram Synaxim accessit atque subinde Iesum Christum, eucharisticis sub velis delitescentem, adorare ac suscipere in deliciis habuit. Iam tum

tantam sibi animi puritatis apud omnes aestimationem comparavit, nt *alter Aloisius Gonzaga* **nuncupari mereretur, uti Sanctus Ioannes Bosco scripto testatus est. Studiis multa cum laude Cherii absolutis, inter Taurinensis Seminarii alumnos cooptari postulavit; sed cum ob loci angustiara ibi recipi non potuisset, Cherium rediit, ubi primum philosophiae cursum sequutus est. Vacationum tempus Castrinovi, prout suescebat quotannis, apud suos transegit, ibique kalendis Iulii anno millesimo octingentesimo vicesimo septimo clericorum habitum induit, brevi ad philosophiae studium perficiendum Cherium rediturus. Quo absoluto et in patrium oppidum reversus, theologicis doctrinis, magisterio utens sui curionis Bartholomaei Dassano, per biennium diligentissime incubuit. Prima tonsura et ordinibus minoribus receptis anno millesimo octingentesimo trigesimo, in novum seminarium dioecesanum Taurinense Cherii civitatis, ut ibi theologicum cursum impleret, receptus est, atque ibidem per triennium permansit, inter condiscipulos non solum ingenii et profectus, sed humilitatis, comitatis, et pietatis laude quam maxime fulgens. Interea ad subdiaconatus et diaconatus ordines promotus est, ac tandem sacerdotio adauctus est vicesima prima die septembris mensis, anno millesimo octingentesimo trigesimo tertio, quanta cum animi puritate quantoque ardore facile opinari potest. Auspicatissimo die illo, coram Iesu Christi Crucifixi simulacro genuflexus, toto ex corde propositum renovavit, uti S. Ioannes Bosco scripto expressit, se ad sanctitatis apicem pervenire et citius pervenire velle. Quod quidem propositum fideliter illum servavisse tota eius vita testatur. In omnium namque virtutum exercitatione tam constan s, promptus semper extitit ut vere iustus vereque sanctus in omnibus et per omnia inventus sit. Plene autem gnarus de temporum nequitia, praesertim post rerum publicarum in Gallia eversionem, quae suos in Italia quoque maléficos genuit effectus„ atque maxime conscius quanta doctrinae ac virtutum excellentia sacerdotes praediti esse debeant ut vere sint** *luœ mundi* **et** *sal terrae,* **paterna domo iterum relicta, Augustam Taurinorum rediit, ubi in collegium ecclesiasticum, opera Aloisii Guala ad recte sacerdotes a subalpinis regionibus in sacris disciplinis instituendos pro vide erectum, adscitus est. Triennio exacto, atque circa universam theologiam moralem periculo multa cum laude superato, ad fidelium confessiones audiendas sacrasque conciones faciendas idoneus renuntiatus est. Eodem anno, millesimo nempe octingentesimo trigesimo sexto, magisterium theologiae moralis, quod ad obitum usque retinuit, in ipso collegio ecclesiastico Taurinensi incepit, antea qua adiutor, dein uti publicus lector. Hinc itaque tam huiusmodi magisterio quam sacro pro animarum salute ministerio omne tempus totumque seipsum omnibus viribus dicavit :** *Perspicuus, accu-*

ratus, facilis j perlucidus in docendo, **prout fel. rec. Pius Pp. Undecimus in Apostolicis Litteris pro Eius solemni Beatificatione edixit,** *nil mirum si Venerabilis Dei Famulus solidae sanaeque theologiae principiis enutritus, Sancti Francisci Salesii suavitate excultus, Sancti alfonsi de Ligorio discretione munitus, Sancti Ignatii de Loyola animorum studio siiccensus, quidquid ei temporis super er at in poenitentiae tribunal sollerter, fructuose, naviterque impenderet tum in ecclesia S. Francisci, Conlegio adiuncta, atque in variis piisque civitatis domibus, tum in carceribus, in quibus praesertim eius industriae pro salute animorum obtinenda mirifice eluxerunt.* **Difficile dictu est quot sacerdotes in sacris ^citissime erudierit scientiis et ad sacrum ministerium sapientissime formaverit, quot peccatores Deo reconciliaverit, quot animas Christo lucratus fuerit. Et ipse Sanctus Ioannes Bosco, qui in Taurinensi S. Francisci Assisiatis collegio theologiae morali addiscendae triennium vacavit, duce et magistro Ioseph Cafasso, hunc non solum spiritus moderatorem, sed et patrem benevolum, consiliarium et strenuum conditae suae Salesianae Societatis defensorem habuit.**

In sacro poenitentiae tribunali et in divini verbi praedicandi munere quam maxime assiduus fuit, tum in Taurinensi civitate, tum in finitimis oppidis et dioecesibus, atque spiritualia exercitia sive clero sive populo maximo cum fructu frequenter agebat pluribus in locis, in pia potissimum exercitiorum domo ad sanctuarium Sancti Ignatii, prope Lanceum, cuius in administratorem Taurinensis Archiepiscopus etiam deputavi t. Sed mirum in modum Servi Dei misericordia et caritas praecipue emicuit erga capite damnatos, quos orando et solando usque ad supplici! locum comitabatur, divinam insuper misericordiam post eorum obitum pro eis implorans ; atque fama est neminem e miseris istis, quibus suum praestitit ministerium Ioseph Cafasso, peccato non absolutum periisse, cum omnes indubia sincerae poenitentiae argumenta praebuissent.

Nedum autem verbis, sed exemplo potissimum integerrimae vitae suae alios docuit : constat etenim omnes virtutes in gradu heroico exercuisse tam théologales quam ceteras; laboribus assiduis, sed et poenitentiis et cilicio quoque corpus suum castigabat, parcissimus in edendo et rebus stricte ad vitam necessariis semper contentus. Teneris iam ab annis pietate in Deum, tenerrima in Deiparam Virginem devotione, cuius cultum sub titulo a Consolatione, quo ipsa in sanctuario Taurinensi veneratur, ille impense promovit, et in castissimum Dei Genitricis Sponsum, cuius nomen dignissime ferebat, quam maxime excelluit.

Vigilis catholicae fidei propugnator, ne pravis doctrinis haeretici, qui Castrumnovum advenerant, christifidelium animos perturbarent, summo studio contendit ut e patrio oppido discederent; et eximius theo-

logiae moralis cultor, in Iansenistarum erroribus oppugnandas ac recitandis omnibus nervis incubuit, ut perniciosa bac labe universa Tau rinensis archidioecesis purgaretur.

In omnibus suis implendis officiis, etsi non bona uteretur valetudine, omnibus viribus sanctissime ad animarum bonum usque ad obitum adlaboravit. In poenitentiae exedra cum sederet, duodecima die Iunii mensis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo, se animo deficere persensit ; quare, ab ecclesia egredi et in cubiculum reverti coactus, in lectulo duodecim dies aegrotus permansit, donec, sensim sine sensu viribus extinctis, extremis receptis sacramentis, et caelesti mensa recreatus, placidissime in Domino obdormivit, non dubia praebens sanctitatis indicia.

Biduo post pretiosam Famuli Dei mortem et trigesima die ab obitu solemnia et cum magna cleri et populi frequentia celebrata sunt exequia, et in utraque Sanctus Ioannes Bosco funebre texit elogium, in quo *Sanctum pro Sancto laborare* **visum est, ut olim a Sancto Thoma Aquinate de Seraphico Doctore Bonaventura, vitam scribente S. Francisci, dictum est.**

Famuli Dei corpus in publico coemeterio Taurinensi sub terra, pauperum more humatum est, absque ullo peculiari memoriae signo, uti eius in votis erat dum viveret ; attamen, cum in dies crescerei ad sepulchrum fidelium concursus ad gratias, illo intercedente, a Deo impetrandas, biennio post obitum congruum sane visum est super tumulo lapidem marmoreum ponere et anaglypta ad murum cum elogio inciso, a viro doctissimo Thoma Val lauri latine conscripto. Nunc vero sacrae Servi Dei exuviae, rite recognitae, hodie sub mensa altaris ei dicati, in Beatae Mariae Virginis a Consolatione sanctuario, prope illud collegium ecclesiasticum, cui Dei Famulus plures annos rectissime praefuit, piissime adservantur. Vitae sanctitatis et virtutum fama, qua adhuc in vivis cohonestatus fuit, ita in dies percrebuit, ut anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto in archiepiscopali Taurinensi curia Processus Ordinarius, informativus qui vocatur, de Famuli Dei Ioseph Cafasso vitae sanctitate, virtutibus et miraculis, inchoatus sit ad eius Beatificationem et Canonizationem obtinendam. Quo processu rite expleto et ad S. Rituum Congregationem delato, atque prius revisis et adprobatis plurimis Servi Dei scriptis, de signanda Introductionis Causae Commissione quintadecima die Maii mensis, anno millesimo nongentesimo sexto in praefatae S. Congregationis ordinariis comitiis disputatum est, atque eiusdem mensis die vicesima tertia s. m. Decessor Noster Pius Decimus sacri Coetus iudicium ratum habuit et sua manu Commissionem ipsam signare dignatus est. Anno insuper millesimo nongentesimo septimo de *non cultu* **et triennio post de** *perseverantia famae sanctitatis* **feliciter résolu**es **dubiis, anno millesimo nongentesimo decimo, instante b. m. Raphaele**

Maria Virili, tunc Episcopo titulari Troadensi, Causae Postulatore vigilantissimo, trigesima die Martii mensis, ad perficiendam explendamque Apostolicam Inquisitionem super virtutibus et miraculis Dei Famuli losepb Cafasso datae fuerunt Litterae Remissoriales. Hisce Processibus absolutis eorumque validitate rite adprobata, atque agitata prius, uti mos est, quaestione de virtutibus in gradu heroico ab ipso Servo Dei exercitis, in congregationibus antepraeparatoria, praeparatoria et generali, quas vocant, tandem fel. rec. Decessor Noster Benedictus Decimus quintus, apud se accersitis S. R. E. cl. mem. Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Caietano Bisleti, Causae Relatore, una cum b. m. Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, et Alexandro Verde, tunc tiusdem S. Congregationis a Secretis, modo S. R. E. Cardinale, vicesima septima Februarii mensis die, anno millesimo nongentesimo vicesimo primo, solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus. Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Iosephi Cafasso, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Paulo post de duobus miraculis quaestio institui coepit, quae, Venerabili Servo Dei intercedente, divinitus patrata dicebantur. Processibus itaque rite constructis ac probatis, quaestio illa in tribus congre-^ gationibus, uti supra de Virtutibus agendo, agitata est atque, consultissimis adhibitis normis, et industri sagacique Peritorum iudicialium opera, rebusque omnibus acerrimo iudicio investigatis, fel. rec. Pius Undecimus, Praedecessor Noster, die vicesima Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, solemniter declaravit : *Constare de utroque proposito miraculo; de primo nempe instantaneae perfectaeque sanationis puellae Petrae Gaudendi a congenita luxatione coxae sinistrae; deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Victorii Bertone a purulento abscessu ex osteo-periostite costali naturae tubercularis fluente.*

Sueta porro servata norma, idem Praedecessor Noster, eodem anno, die prima Novembris mensis *tuto procedi posse* **edixit** *ad solemnem venerabilis Iosephi Cafasso Beatificationem.* **Beatis exinde Confessoribus, tertia die Maii mensis, anno sancto millesimo nongentesimo vicesimo quinto, venerabilis Ioseph Cafasso Apostolicis editis sub anulo Piscatoris Litteris accensitus est atque eiusmodi Beatificationis solemnia cum ingenti christianae plebis frequentia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana magno peracta sunt splendore.**

Subinde, cum fama vulgata esset de novis miraculis, novensili suffragante Beato, ab omnipotenti Deo patratis, post indultam eidem Beato

venerationem, Causa Canonizationis die tertia decima Iunii mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto resumpta est, et subsequenti anno dilecto Filio Nostro Maurilio S. R. E. Cardinali Fossati, Archiepiscopo Taurinensi, Remissoriales Litterae a S. Rituum Congregatione missae sunt ad Processum Apostolicum super duabus sanationibus, quae, Beati Ioseph Cafasso patrocinio, invocato, ferebantur mirabiliter obtentae.

Quarum sanationum prima huiusmodi est : Remus Expeditus Chioso, Aldi filius, Netri in Bugellensis dioecesis oppido natus, ab anno millesimo nongentesimo trigesimo primo, aetatis suae quarto decimo, tuberculari coxite sinistra aegrotare coepit, quae ita invaluit, uti femori s caput cum acetábulo coagmentatum fuerit, et coxae motus sine dolore impossibiles fierent, ideoque ipse claudicaret -et, scipionibus subalari fulcro uti cogeretur, aliaque morbi adiuncta pateretur, quibus deambulatio difficilis evaserit et ipse perpetuo ad operandum fere ineptus factus sit. Sex a curatione medici, quibuscum tres ex officio a S. Rituum Congregatione adlecti, perspectis quoque radiographicis tabulis cum ante tum post sanationem peractis, de diagnosi ac prognosi concorditer convenerunt. Cum variis de causis, aegrotus efficaci curationi subici nequiverit, una cum suis aliisque, ad Beati Iosephi Cafasso intercessionem implorandam preces fudit ut tam acerbo morbo liberaretur. Quibus in precibus ultra trimestre fidenti animo perseveratum est, ac tandem benignissimus Deus precatores exaudivit. Die namque trigesima Aprilis mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo, aeger in eadem morbi condicione versabatur; mane vero insequentis diei Remus, e lecto surgens, perfecte se sanatum sensit comprobavitque. Quam sanationem perfectam, instantaneam et perseverantem, miraculo tribuendam esse tres a cura medici in processu deposuerunt et tres periti a S. Rituum Congregatione adlecti ex officio, omnibus districte perpensis, in eamdem sententiam concorditer pervenerunt.

Sanatio altera Augustae Taurinorum ita evenisse narratur. Iosephina Morelli di Popolo, Victorii filia, quinquennis puella, tuberculari diathesi obnoxia, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, coxite naturae eiusdem tentari coepit. Paucis elapsis mensibus, abscessus ossifluens supervenit, qui infirmae vitam in discrimen, incassum remediis curisque cedentibus, adduxit. Tum mater et familiares, ad Beati Ioseph Cafasso patrocinium maximo cum fervore novendiales preces fuderunt, ut ab exitiali abscessu illo puella absque chirurgico interventu divinitus liberaretur. Hisce novendialibus expletis precibus, abscessus die duodecima Novembris mensis repente ac perfecte evanuit, uti, concorditer asseruerunt tum tres Taurinensis Universitatis professores, qui infirmae curatio-

nés praestiterant, tum duo periti physici, qui post sanationem puellam accurate inspexerunt, nullo pacto naturae viribus tribui posse docentes mirandam atque subitaneam sanationem illam. Quam quidem quatuor etiam periti a S. Rituum Congregatione adlecti, Processus actis diligentissime perpensis, unanimi sententia confirmarunt.

De utraque igitur sanatione acerrime disceptatum est in suetis Comitiis S. Rituum Congregationis, ac demum coram Nobis die undevicesima Novembris mensis superiore anno, et octava die subsequentis Decembris mensis Nos ipsi, divini consilii lumine implorato sacroque Eucharistico Sacrificio litato, decrevimus *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum adulescentis Remi Chioso a gravi coxite tuberculari sinistra, tum puellae losephinae Morelli a gravi abscessu tuberculari in coxa sinistra.*

Deinceps, quod ex iuris praescripto reliquum erat, in generalibus Sacri Ordinis comitiis, coram Nobis vicesima octava die Ianuarii mensis vertentis anni habitis, venerabiles Fratres Nostri Cardinales, Praelati Officiales atque Consultores Sacrorum Rituum Congregationis dubio ab eiusdem S. Congregationis Praefecto et Causae Ponente, Cardinale Carolo Salotti, proposito : *An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam Beato Ioseph Cafasso ab Apostolica Sede venerationem,* TUTO *procedi posset ad sollemnem Eiusdem Canonizationem,* omnes unanimi favorabili suffragio responderunt. Nos vero Nostram edere sententiam distulimus usque ad diem sextam decimam Februarii mensis, Dominicam Quinquagesimae, ut impensius divinam mentis illustrationem Nostris et adstantium precibus imploraremus. Quapropter eumdem Cardinalem S. Congregationis Praefectum atque Causae Ponentem, nec non venerabilem Fratres Alfonsum Carinci, Archiepiscopum titularem Seleuciensem in Isauria, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et dilectum Filium Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem, ad Nos advocavimus, sacroque Eucharistico Sacrificio litato, ediximus : TUTO *procedi posse ad Beati Iosephi Cafasso sollemnem Canonizationem.*

Quibus peractis, Praedecessorum Nostrorum verenda sectantes exempla, in Consistorio secreto, habito die decima mensis Martii vertente anno, omnes S. R. E. Cardinales convocavimus eorumque sententiam rogavimus. Qui, postquam venerabilis Frater Noster Carolus Cardinalis Salotti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus, disertum sermonem habuit de vita, gestis et miraculis cum Beati Iosephi Cafasso, tum Beatorum Ludovici Mariae Grignion de Montfort, Michaelis Garicoïts, Nicolai de Flue et Beatae Catharinae Labouré, atque acta singillatim recensuit, quae in Causis beatificationis et canonizationis eorumdem Beatorum S. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit

et adprobaverit, sibi in votis esse edixerunt, ut tum Beatum Ioseph Cafasso, tum alios recensitos Beatos ad Sanctorum honores extolleremus

Secreto Consistorio peracto, mox Consistorium publicum habuimus pro solemni Canonizationis eorumdem Beatorum peroratione, quam pro Beato Ioseph Cafasso dilectus Filius Aloisius Philippus Re, Sacrae Aulae Consistorialis Advocatus, eleganter peregit, Nosque ut ad eam deveniremus enixe supplicavit. Nos vero, rei gravitatem ac magnitudinem prae oculis habentes, cupide exoptare diximus petitioni illi votisque omnium concedere, non tamen prius quam in Consistorio, quod *semipublicum* **dicitur, Cardinales Patres, Archiepiscopi et Episcopi, qui adfuturi sint, suam quisque mentem aperuerint, inerrantem sententiam Nostram laturos. Interea vero adstantes omnes adhortati sumus, ut, admotis ad Deum Patrem luminum precibus, menti Nostrae uberius usque lumen e supernis sedibus ad gravissimam eiusmodi decernendam causam impetrarent.**

Mandavimus itaque ut ad illorum quemquam commentarii de eorumdem Beatorum vita, gestis et miraculis, necnon de actis in ipsorum Causis transmitterentur, quo facilius cuique res explorata ac cognita esse posset, antequam suum cuiusque ipsorum iudicium libere Nobis religioseque aperiretur.

Quod quidem Consistorium semipublicum decima septima die Aprilis mensis proxime elapsi in Consistoriali Aula habitum est, Nosque omnes adstantes allocuti sumus et singulorum suffragia exquisivimus. Quibus exceptis, valde gratulati sumus omnes Nobiscum consentire summos sanctitudinis honores Beatis illis per Nos, adspirante iuvanteque Numine, decernendos esse.

Solemnes igitur Beati Ioseph Cafasso simulque Beati Ioannis de Britto et Beati Bernardini Realino Canonizationis ritus in Vaticana Basilica hodie, vicesima secunda Iunii mensis, Deo favente, peragere statuimus.

Interim adstantes venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales et universos christifideles hortati sumus ut suas Nostris precibus coniungere ne gravarentur, ut quae iam tunc praestolabamur, fausta ac salutaria catholico nomini evenirent. De quibus omnibus ut acta iuridica conficerent, dilectis Filiis Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, adstantibus Protonotariis Apostolicis de more mandavimus.

Cum autem praestituta haec dies advenerit, Nos, cunctis saecularis et regularis cleri ordinibus, plurimis Romanae Curiae Praelatis et Onici alibus praeeuntibus et cum magna Patrum Cardinalium, et Sacrorum Antistitum frequentia, solemni supplicantium ritu Petrianam Basilicam, innumeris lychnis et magnifico apparatu ornatam, et iam maxima fidelium


stipatam multitudine, ingressi sumus. Mox ad Nostram Cathedram perreximus ibique sedimus. Tunc, praestita prius Nobis a venerabilibus Fratribus Nostris S. B. E. Cardinalibus, uti fert ritus, obedientia, Carolus Cardinalis Salotti, S. Rituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Aloisio Philippo Re, Consistorialis Aulae Advocato, instanter, instantius et instantissime postulavit ut Nos Beatos Caelites Ioannem de Britto Märtyrern, Bernardinum Realino et Iosephum Cafasso Confessores summis sanctitatis honoribus decorare dignaremur. Mox, Paracliti Spiritus lumine implorato, Nos, Iesu Christi Vicarius et supremus catholicae Ecclesiae Magister, in Cathedra Divi Petri sedentes, solemniter pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatos Ioannem de Britto Marti/rem, Iosephum Cafasso et Bernau dinum Realino Confessores Sanctos esse decernimus et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus; statuentes 'ab Ecclesia Universali ih lorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Ioannis de Britto die quarta Februarii, Iosephi Cafasso die vigesima tertia Iunii, Bernardini Realino die secunda Iulii, pia devotione recoli debere. In nomine PaÇfctris et FiÇfclii et Spiritus* **£g** *Sancti. Amen.* **Oblatis deinceps Nobis precibus a praefato Canonizationis Procuratore Cardinale Salotti per memoratum Aulae Consistorialis Advocatum, annuentes, has sub plumbo Litteras Decretales confici expedirique iussimus ; et adstantibus Protonotariis Apostolicis ut de eiusdem Canonizationis memoria publicum conficiant instrumentum mandavimus. Gratiis dein Deo optimo maximo, una cum confertissima fidelium multitudine hymnum** *Te Deum* **concinentes, peractis, et primum novensilium Sanctorum invocato patrocinio, Nos homilia clerum et populum allocuti sumus, qua eorumdem Caelitum vitam et gesta summatim perscribentes, praeclara singulorum sanctitatis exempla veluti ante oculos ponere conati sumus, ut in ea studioso volentique animo intueri valeant; et** *ali discant,* **diximus,** *potissimum a S. Ioanne de Britto apostolatus ardorem invictamque* **ad mortem** *usque fortitudinem, qui sacris apud exteras gentes expeditionibus dant operam; discant vero, qui apud suos in animarum incumbunt salutem procurandam, a S. Bernardino Realino et a S. Iosepho Cafasso indefessam alacritatem, patientiam, benignitatem atque adsiduam* imprir *mis in sancta precatione constantiam, quandoquidem, non propitiato*

Deo, inanis est atque inefficax quivis hominum labor. Omnes denique ab iisdem ad christianam assequendam perfectionem sese excitatos sentiant, quicumque volunt — ut gravissimum officium est — ex hoc terrestri exsilio ad caelestem contendere patriam, ubi sempiterna tandem pace fruemur summaque felicitate. Amen.

Qua homilia a Nobis pronuntiata, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus. Post haec solemne Pontificale Sacrum persolvimus. Novensilis itaque S. Iosephi Cafasso Nostris hisce Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, iterum confirmamus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denuntiantis. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die vicesima secunda Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£g Ego FRANCISCUS **Episcopus Tusculanus Cardinalis** MARCHETTI SELVAGGIANI, **Sacri Collegii Decanus.**

SB Ego EUGENIUS **Episcopus Portuensis et Sanctae Rufinae Cardinalis** TlSSERANT.

£g **Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.**

Ego MICHAEL tituli S. Anastasiae Presbyter Cardinalis DE FAULHABER.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego ALOISIUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis LAVITRANO.

Ego fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Fu- MASONi **BIONDI.**

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis Ts-DESCHINI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis MARMAGGI.

Ego DOMINICUS tituli S. Apollinaris Presbyter Cardinalis JORIO.

Ego MAXIMUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis MASSIMI.

Ego IOSEPH tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Cardinalis PIZZARDO.

Ego BENEDICTUS tituli S. Mariae in Vallicella Presbyter Cardinalis ALOISI MASELLA.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI. ,

Ego IOSEPH S. Eustachi! Diaconus Cardinalis BRUNO.

Pro S. E. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
Decanus 8. Collegii

CLEMENS Card. MICARA
8. Rituum Congr. Praefectus

Vincentius Bianchi-Cagliesi
Cancellariae Apostolicae Regens.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Alfridus Liberati, *Conc. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

die vicesimatertia Aprilis, anno decimo
Alfridus Marini, *PVambator.*

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXIV, n. 28 - Aloisius Trussardi, *a tabulario.*

&

LITTERAE APOSTOLICAE

I

YENERABILIS DEI FAMULA MARIA TERESIA A IESU, IN SAECULO ALEXIA LE CLERC, CANONISSARUM REGULARIUM S. AUGUSTINI CONGREGATIONIS NOSTRAE DOMINAE FUNDATRIX, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Docendi ius officium, quo donata divinitus Ecclesia suas voluit ipsa religiosas utriusque sexus munerari familias, nullo non tempore christiani nominis osores impugnarunt infensi. Neque una fuit impetendi ratio, sed varia, variisque semper aptata temporibus. Nostris autem hisce diebus filii saeculi huius in generatione sua prudentiores,[1] id unice caventes ut possint miserrimae plebis, tot oppressae malis, tot aerumnis afflictae, maxime vero rerum inopia tam acriter irritatae, malesuadas cupiditates et instinctus mulcere vesanos, passim dictitant atque scriptitant Religiosos fratres ac sorores totos esse in divitum tantum liberis educandis, quasi velint ac studeant humanum civilemque cultum, tenuiorum prolibus denegatum, pecuniosorum facere velut peti ulium et privilegium quod cum aliis nequeat communicari. Quod quam sit a veritate alienum ipsa profecto testatur, quam Beatarum Virginum albo decrevimus accensendam, inter eas quae puellas, pauperculas non minus quam ditiores, ex instituto suscepere educandas. Haec, verbis liturgicis inquimus, est virgo sapiens et una de numero prudentum de specioso illarum numero quae, cum animas multas, multas imo generationes erudierint ad iustitiam, lucebunt in perpetuas aeternitates. Nimirum Christus Dominus cum Apostolis et discipulis discipulas quoque voluit esse in pusillo suo comitatu,[2] ad has non minus quam ad illos idem ipse Magister divinum illud direxit ac suave promissum : « Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum » ;[3] et Paulus, egregius praedicator, elocutus est[4] neque masculum esse neque feminam, sed unum omnes in Christo Iesu Domino nostro. Qui novam istam Ecclesiae stellam, Alexiam Le Clerc, honestis ortam piisque parentibus, Ioanne et Anna Sagay, in dicionibus ducis Lotharingiae et

[1] Lc, 16, 8.

[2] Lc, 8, 2-3; 24, 10; et alibi.

[3] MATTH., 5, 19.

[4] *Gal.*, 3, 28

Episcopi (tunc temporis) Tullensis, Romaricimonte, vulgo Remiremont, die Purificationis Beatae Virginis Mariae, anno millesimo quingentésimo septuagesimo sexto, ipso nativitatis die sacro fonte ablutam illuminavit. Sed saeculi vanitatibus, quarum in limine baptismatis fit abdicano, Alexia, sicut et Teresia Abulensis, cum esset omnibus cara, viginti fere annorum, aliquantisper indulsit. Magis tamen cara Deo, febri non intermissa laborans, salutem, quam Ignatius Loyolaeus e perlectis hausit vitis Sanctorum, Alexia consecuta est eorum legendo horrífica exempla, qui, reticitis peccatis, confessiones peregere sacrilegas. Cogitando novissima, sacramentalem confessionem mox instituit « unam bonam toto vitae vicennio », ut ait ipsa, Teresiam et Aloysium pie exaggerantes imitata. Et confessionem haud ita multo post, cum inter nuptiales quasdam epulas extemplo et inconsulte virginitatem Deo vovisset, ad pedes Sacerdotis Petri Fourier, tunc temporis Curionis in oppido « Mattaincourt », post mortem inter Caelites adlecti, non semel iteravit de peccatis totius anteactae vitae, scriptis quoque et propositis ab ipso conscientiae discutiendae quaestionibus diligentissimis. Quo prudenter moderante, Congregationis Dominae Nostrae cunas adornavit ad cunabula Christi, nocte Natalicia, anno millesimo quingentésimo nonagésimo septimo, cum sociabus quatuor, videlicet : Gante André, Isabella De Louvroir, Claudia Chauvenelle, et quadam Barthélémy. Difficultates etiam domesticas experta, tandem in pervigilio Corporis Christi, anno posteriore, refrigerii suavitatem nacta est in Portu Suavi, vulgo Poussay, Canonissis saecularibus domicilium ofierentibus ultro. Congregationem post octo dies e Sacratissimo Iesu Corde velut egressam supra laudatus Curio exaratis regulis communivit, Christophorus Epispopus oretenus adprobavit, Judith de Asperomonte Canonissa beneficiis nec parvis nec paucis affecit, puellae ludos frequentando iuvarunt, deductae coloniae in alias dioeceses in ipsamque urbem Nanceium, Lotharingiae principem, propagarunt, maxima cum alacritate corroborarunt, in primis autem Alexiae sanctitas aedificavit. Quam sanctitatem praedictus Curio non uno modo probandam temptavit : ut, cum omne colloquium et epistulare commercium denegavit ; ut, cum aliam, et rudissimam quidem, praeposuit antistitam; ut, cum Alexiam a matre moriente discedere iussit, ornatum ecclesiae pro sollemnitate curaturam. Semper tamen illa, non humano sed christiano modo erga eum affecta, sicut Ioanna Francisca erga Franciscum Salesium, adfuit illi in curis et laboribus multis. Adfuit in regimine Congregationis : erat eninij largiente quidem natura, gratia vero extollente, omnibus et mentis et animi praedita dotibus, cunctisque tum socialibus et domesticis condicionibus tum

singularibus etiam conspicua praerogativis et donis. Adfuit et in illius religiosae familiae "legibus condendis : non solum enim sodales e Socie^ tate Iesu Parochus ille hac in re consuluit, sed et Alexiam, quam noverat Spiritu Dei ferventem, quam et Lutetiam Parisiorum miserat una cum iuniore Angelica Milly, paenitentiarum eius iam alias moderatrice, virtutum ac regiminis herede mox futura, ad Ursulinas, ut apud eas novam inspiceret, investigaret et addisceret viam atque rationem alumnas instituendi etiam extra Congregationem degentes. Hoc enim institutum, quod in Italia saeculo decimo sexto nondum dimidiato Sancta Angela Mericia eiusque religiosae filiae fuerant aggressae, ut scilicet earum animi contra super bien tis rationis virus servarentur immunes atque in fide stabiles perseverarent et integri, hoc ipsum sibi proposuerat Alexia, quae instructionis studium vocationis suae finem esse profitebatur : illius nempe instructionis quae, claustrorum saepta transgrediens, in plures puellas, neque nobilioris tantum coetus, diffusa manaret. Neque alienum hoc aut difforme erat ab altero proposito, quod nimiam prodit latitudinem cordis « quasi arenam quae est in littore maris » : [5] ut in nova religione nullum praetermittendum esset, quod posset fieri, bonum. Et sane nobilissimum divinumque propemodum istud opus, quod est animas erudire tenellas, nemo est quin videat quam affabre ad illud adiunctum sit, quod « opus Dei » quatuordecim ante saecula plena divus Benedictus appellare solebat. Sic enim, muneribus quidem distinctis [6] sed non separatis, immo vero perpulchre consertis, velut ex thesi et antithesi synthesi peracta felicissima, Alexia, cum religiosis filiabus, Mariam agebat et Martham : Mariam quidem, quae Deum contemplando cognoscit et amat, Martham vero, quae Deo peramanter inservit in hac vita, quo perenniter fruatur in altera. Huius enim sapientiae, quae, prudentibus abscondita, est tamen revelata parvulis,[7] revelata scilicet in ipso limine catechismi; huius, inquimus, qua posthabita nequiquam laborant qui conantur humanam denuo aedificare domum, frustra vigilant qui non iam humanam sed ferinam, indomitarum quidem frementiumque ferarum, videntur custodire civitatem ; [8] huiusce sapientiae sale Constitutiones conditae sunt. Quas exaravit, ut diximus, Petrus Fourier, primum quidem novemdecim articulis constantes, et Christophorus de la Vallée, Episcopus Tullensis, oretenus adpro-

* *III Reg.,* 4, 29.

[6] AUGUSTINI Sermo 27 *de Verbis Domini,* paulo ante medium; cfr. *Breviarium Romanum,* die XVIII m. Augusti, lect. VII.

' MATTH., 11, 25.

* *Ps. 126,* 1-2.

bavit anno millesimo quingentésimo nonagésimo octavo ; dein vero, usque ad viginti septem amplificatas, Cardinalis Carolus Lorenensis die octava mensis Decembris anno millesimo sexcentésimo tertio Legationis Pontificiae sigillo munivit; postea Decessor Noster Paulus PP. V per Bullam « Sacri Apostolatus » kalendis Februariis anno millesimo sexcentésimo decimo quarto datam firmavit; ulterius ad regulam Sancti Augustini redactas, posteris autem notas nomine Constitutionum minorum, idem Summus Pontifex pridie Kalendas Octobres anno sequenti confirmavit, addita facultate docendi puellas quae, propria in domo degentes, Congregationem, addiscendi causa, adire solitae erant ; tandem extrema manu a Sancto conditore morituro confectas et ab Urbano PP. VIII tum quarto voto, quod fuerat antea simplex promissum, de instructione tradenda, tum Canonissarum titulo ditatas, Alexia praemortua non vidit. Statim igitur post constitutam Congregationem Dominae Nostrae, Alexia, quae Religiosarum prima fuerat, quae, prima Christum induta, religiosum prima sumpserat habitum, Nanceii in urbe, anno millesimo sexcentésimo decimoséptimo, in festo Beatae Mariae Virginis in templo Praesentatae, addito Teresiae a Iesu nomine, quae prima votorum professionem anno insequenti postridie Kalendas Décembres in fundatoris manus emiserat, prima etiam electa est Antistita post dies octo. Quo in munere facta est forma gregis ex animo,[9] volens non ministrari sed ministrare,[10] fieri omnibus omnia,[11] non se sed Deum affirmare, dicere solita : « Minus mei, plus Dei ». Nec poterat non submisse de se sentire quae, cum tumulum ligneum exstruendum et in conclavi vacuo collocandum curasset, anno ante mortem quotidie certis horis ibi sola pie meditans morabatur. Mors autem non tardo venit gradu. Triennio vix elapso, ex quo electa fuerat, enixis precibus nec sine difíicultatibus impetravit ut, aegritudinis molestiis oppressa, regiminis onere levaretur. Itaque iuniori Antistitae vel in minimis oboediens, corpore cruciata variisque vexata tentationibus, a fundatore visitata apud eumque rite confessa, lacrimantibus filiabus ex oboedientia benedicere, placida tandem in Iesu et Mariae nominibus spiritum emisit, Nanceii, die Dominica, nona mensis Ianuarii, anno supra millesimum sexcentésimo vicesimo secundo : quo ipso scilicet anno tot alia lumina coeperunt in Ecclesiae coelo micare corusca. Funera triumpho fuere similia; plebe, optimatibus ipsisque principibus viris pientissime certantibus; corpore per triduum exposito, ut omnium pietati fieret satis, qui, quasi reliquias sa-.

[9] I PETRI, 5, 3.

[10] MATTH., 20, 28.

[11] I *Cor.*, 9, 23.

cras, cadaver tangere percupiebant. Quod postea non, ad Dei Famulae voluntatem, in coemeterio conventuali, sed, Episcopi iussu, honorifice sub ara chorali reconditum est. Sacras exuvias, quae suavitatem odoris effiavisse narrantur, formidolosa illa Gallicarum rerum mutatio exeunte saeculo decimo octavo dispersit; neque conata dimidio in saeculo decimo nono et ineunte vicesimo facta et iterata felicem optatumque sortita sunt effectum reperiundi. At bonum Christi odorem ex Mariae Teresiae virtutibus effluentem nec maxima illa perturbatio nec posteriores ullae persecutiones disperserunt umquam, quin immo longius latiusque diffuderunt, sicut semina ventus. Et cum diffusa fama sanctitatis crevit etiam fama miraculorum, non minus quam arbor bona bonique fructus, quorum Maria Teresia radix. Quare orales inquisitiones factae sunt et documenta collecta, ipso Lotharingiae Duce favente, ut ex illis Venerabilis Dei Famulae vita ad spirituale populi emolumentum conscriberetur. Quod non sine divinae Providentiae consilio evenit, ne virtutum deessent probationes. Processibus etenim canonicis mature conficiendis perturbationes ac persecutiones quarum mentionem fecimus impedimentum attulerunt. Formalis autem inquisitio in Curia Sancti Deodati, cuius dioecesis ambitu nunc Romaricimòns continetur, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto et insequenti habita est; eiusdemque dioecesis Episcopus, quasi Dei providentis effector consilii, illam erga Mariam Teresiam continuans benevolentiam, qua sui maiores de Aspe-romonte fuerant Alexiam prosecuti, primus de fama Venerabilis Dei Famulae sanctitatis testificata est. Processibus Ordinariis in dicta Curia rite peractis, Decessor Noster fel. rec. Leo PP. XIII sua ipsius manu Commissionem Introductionis Causae signavit die vicesima prima mensis Februarii anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono. Subsecuta sunt Decreta de numquam praestito cultu die vicesima octava mensis Novembris anno millesimo nongentesimo secundo, de fama sanctitatis die vicesima sexta mensis Iunii anno millesimo nongentesimo septimo, deque validitate processuum die decima tertia mensis Decembris anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo. Deinde die tertia mensis Augusti anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto apud rec. mem. Cardinalem Antonium Vico, Causae Ponentem, seu Relatorem, Antepraeparatoria habita sunt Comitia super virtutibus; Praeparatoria vero, in Aedibus Vaticanis, bis habita sunt, idest die vicesima sexta mensis Iulii anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo, et die tertia mensis Iulii insequentis anni. Generalis demum Congregatio coacta est coram Pio PP. XI, felicis recordationis, Praedecessore Nostro, die decima quinta mensis Martii anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo,

in qua fel. rec. Cardinalis Alexius Henricus Lépicier, Causae Ponens, seu Relator, dubium de heroico gradu virtutum Venerabilis Dei Famulae Teresiae a Iesu, in saeculo Alexiae Le Clerc, discutiendum proposuit. Cumque Patres Cardinales, Praelati Officiales et Consultores Sacrae Rituum Congregationis suffragium ediderint affirmativum, idem ipse Summus Pontifex, die tertia mensis Aprilis, Dominica in Albis, eodem anno, edixit per eiusdem Sacrae Rituum Congregationis Decretum, Dei Famulae virtutes heroicum attigisse fastigium. Cum autem idem Decessor Noster, attento fundatricis titulo, quartum miraculum non discutiendum indulsisset, cumque, habitis de more Sacrae Rituum Congregationis comitiis, tria miracula vera atque explorata esse Nobis ipsis renuntiatum fuisset, Nos, post plenariam Congregationem, quae coram Nobis die vicesima secunda mensis Decembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo celebrata fuit, edito Decreto die vicesima prima mensis Martii, Dominica secunda sacratissimae Quadragesimae, anni insequentis, de tribus ipsis propositis miraculis constare pronunciavimus. Quod autem unum reliquum erat excutiendum dubium, num Dei Famula inter Beatos Caelites tuto recensenda foret, hoc propositum est a Venerabili Fratre Nostro Eugenio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Tisserant, Portuensi et Sanctae Rufinae Episcopo, atque Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, hodierno Causae Ponente seu Relatore, in Comitiis Generalibus, quae coram Nobis, die quarta mensis Maii anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio habita sunt; omnesque qui aderant tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Praelati et Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos autem, in tanti momenti negotio, Nostram aperire mentem distulimus, donec a Deo maius posceremus lumen. Quod eum impense fecissemus, tandem, die vicesima mensis Iunii, in festo Sanctissimae Trinitatis, eiusdem anni, sacrosancto Missae sacrificio religiosissime litato, convocatis Venerabilibus Fratribus Nostris Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo et Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, atque memorato Cardinali Ponente, nec non Dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis Secretario, ac Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, auctoritate Nostra Apostolica, ad sollemnem Venerabilis Dei Servae Mariae Teresiae a Iesu, in saeculo Alexiae Le Clerc, Beatificationem *tuto* **procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos universae Religiosae Familiae Canonissarum Regularium Sancti Augustini Congregationis Nostrae Dominae ab eadem fundatae vota implentes, praesentium Litterarum tenore atque Apostolica Nostra auctoritate, facultatem facimus ut Venerabilis Dei**

Famula Maria Teresia a Iesu Beatae nomine in posterum nuncupetur,. eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, pubblicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut eiusdem Beatae Imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus ut de Illa quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa de eodem Communi cum Orationibus propriis adprobatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Eomani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus tantum Sancti Deodati, cuius intra fines hodiernos Beata ipsa orta est, et Nanceiensi, cuius in civitate episcopali supremum diem obiit; itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus Congregationis Dominae Nostrae Canonissae Regulares utuntur, ab omnibus fidelibus qui horas canonicas recitare teneantur ; et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris ad templa seu sacella memorata, in quibus Beatae eiusdem festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Teresiae a Iesu, in saeculo Alexiae Le Clerc, servatis servandis, supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die quarta mensis Maii, Dominica quarta post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

SANCTUS NICOLAUS DE FLÜE, CONFESSOR ET ANACHORETA, UNIVERSAE HELVETIAE PRIMUS AC PRAECIPUUS CAELESTIS PATRONUS PROCLAMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Paciferum praeconem iam inde quinque a saeculis pie colunt et tamquam « Patrem Patriae » habent Helvetii omnes celeberrimum illum virum, Nicolaum de Fliie, quem Nosmet ipsi, flagrantia Helveticarum gentium vota complentes, in numerum Sanctorum nuperrime ascivimus. Mirabile sane Eius vitae curriculum : in militia, primo miles gregarius, deinde strenuus dux ; in civitate sua, Iurisperitus doctus rectusque; domi, paterfamilias quam qui maxime humanus sollicitusque. In omnibus vero muneribus, cum in moderanda progenie tum in defendenda atque administranda civitate, immo « regione », summa Dei caritate iugiter incensus, impulsus iugiter fuit. Ex ipsa caritate Dei, Patriae caritas ; ex ipsa, erga pauperes aerumnisque vexatos, commiseratio ; ex ipsa, denique, uxoris ac filiorum amans cura paternumque studium. Mirabiliter enim pariterque enitebant in Famulo Dei et vita « activa », uti vocant, et vita « contemplativa », donec Ipse, quinquagesimum agens annum, domo, uxore liberisque omnino relictis, in solitudinem laetus secessit. Ibi, nullis incommodis parcens, vitam in altissima oratione asperrimaque paenitentia viginti per annos, ad mortem usque, feliciter sancteque transegit. Hoc autem spirituale vitae genus caritatem Patriae « non minuit, sed sacravit ». Memoratu porro illud dignum est quod anno MCDLXXXI accidit. Cum inter Helveticae Nationis Foederatos vehemens contentio exorta esset, quae vetus unitatis foedus, iam ab anno MCCXCI initum, aliaque deinceps icta, frangere, pacemque perturbare minabatur, legati, id quod alias in rebus adversis acciderat, saepe ad « romitorium », in loco vulgo « Ranft », Nicolai anachoretae •missi sunt, consilium et normam ab eo petituri. Vir Dei, impensa assiduaque peracta prece, tale iustitiae ac pacis responsum Proceribus misit, ut lites confestim diremptae sint, atque illud Optimates foedus in Civitate « Stans » inter octo « Regiones » subscripserint, quod nationalem unitatem universae Helvetiae, libertatemque tutas redderet atque confirmaret. Exinde quoque « pax », quae « opus iustitiae » est, Helveticis populis evenit ; exinde ipsi Dei Famulo « Patris Patriae » titulus atque nomen. Maximam proinde iucunditatem ipsis gentibus sacra Eiusdem Canonizationis sollemnia, in Patriarchali Basilica Vaticana, die xv men

sis Maii, in festo Ascensionis D. N. I. Ch., huius anni a Nobis peracta, et ab eisdem diutissime expectata, attulerunt. Nunc vero Venerabilis Frater Christianus Caminada, Curiensibus Infulis ornatus, ceterique Helvetiae Episcopi, uterque Clerus, nec non uniuscuiusque « Regionis » populus universus, per dilectum Filium Werner Durrer, alterum a Parocho loci vulgo « Sächseln », in Curiensi dioecesi, ubi Dei Servus natus est, vixit atque in sepulchro conditus fuit, a Nobis enixe efflagitaverunt ut Sanctum Nicolaum de Fltie praecipuum totius Helvetiae apud Deum Patronum declarare dignaremur. Cum vero Eius cultus, statim post obi tum incohatus, temporis progressu apud omnes eiusdem Nationis cives catholicos mirum quantum percrebuerit, supra memoratis praecibus ac votis ultro libenterque annuendum censuimus. Quam ob rem, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Nicolaum de Flüe, Confessorem et Anachoretam, universae Helvetiae primum ac praecipuum Patronum Caelestem, omnibus ac singulis liturgicis privilegiis adiectis, quae principalibus locorum Patronis competunt, confirmamus, ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus ac statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Iunii, anno MCMXXXXVII, **Pontificatus Nostri nono.**

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolieis.

III

ECCLESIADEO IN HONOREM SANCTI VINCENTII FERRERII ET SANCTAE CATHARINAE DE RICCIIS, IN CIVITATE AC DIOECESI PRATENSI DICATA, BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod de seraphico Bonaventura vitam Asisinatis Patriarchae conscribente divus Thomas exclamasse fertur : « Sinamus sanctum pro sancto laborare », id ipsum haud incongrue ad Sanctam Catharinam de Ricciis transferri posse videtur: quandoquidem, eadem moderatrice atque antistita, contiguum asceterio virginum Dominicianarum Templum exaedificatum est in urbe Prato, omnium intra Italiae fines primum, sub invocato nomine Sancti Vincentii Ferrem. Debetur profecto Templum idem munificentissimo Viro Philippo Salviati, Patricio Florentino, qui erga « Sanctam Pratensem » devotissime fuit affectus. Sanctae eiusdem habet Templum illud : et virgíneas exuvias, evidentibus Christi stigmatibus insignes, sub ara maiore servatas; et nomen, non vulgare tantum, sed canonicum quoque, nomini Sancti Titularis additum ex decreto Pratensis Episcopi, abhinc annos viginti quinque edito, cum videlicet sollemnia quater saecularia celebrarentur a Sanctae Catharinae ortu mortali. Sacris initiatum fuit memoratum Templum die tertia mensis Octobris anno MDLXIH_, auctore Matthaeo Concinio, ex Terranova, qui antea Cortonensis Episcopus, Ioanne autem Baptista Ricasoli, Episcopo Pistoriensi, annuente. Post annos centum et septuaginta, quo tempore Catharina in album Beatarum Virginum adscripta fuit, Templum est amplificatum, in eamque redactum formam quae nunc visitur, quamque sui generis unicam magni faciunt artis periti. Sculpturis ex mar more semiplenis efficta conspicitur in parietibus mira Catharinae vita; potissimum vero super altare maius omnes admiratione commovet divinus ille complexus crucifixi Christi cum virgine Sponsa, signa Redemptionis nostrae accipiente, quae et Bulla Canonizationis et hymnodia liturgica duodequinquaginta annos eam gessisse confirmant. Servantur etiam in Ecclesia Crucifixus idem, nec non pictura quaedam Christi Iesu Nazareni, quae traditur Catharinam saepe allocuta; et fictile quoddam Simulacrum Beatae Mariae Virginis, artis pretio fideliumque veneratione praenobile, quod moniales earumque domum a diripientibus Hispanis, ineunte saeculo decimo sexto, loquendo servasse dicitur. Sunt autem ibidem erecta : Congregatio Rosariana,

Tertius Ordo Dominicianus, Pium Opus Catharinianum et Pium Opus Tabernaculorum ; ex quibus Institutis non modo cultus, sed et apostolatus quaedam velut praecipua sedes efficitur Templum; in media civitate situm, a sororibus Dominicianis custoditur et a plebe fidelium frequentiore celebratur quasi « Sanctuarium Sanctae Catharinae », plurimos quidem trahentis « in odorem unguentorum suorum ». Nunc autem ut sollemnibus quae nullo non tempore in honorem Beatae Catharinae de Ricciis celebrata sunt, nova festivitas accedat, altera feliciter redeunte centenaria die postquam Sancta Contitularis in Sanctarum numerum ascita fuit, Venerabilis Frater Ioseph Debernardi, Pistoriensis et Pratensis Episcopus, enixe rogat a Nobis ut celeberrimum illud Templum dignitate Basilicae Minoris decorare dignemur. Nos porro, omnibus rite perpensis, tum ipsi Ordinario tum Clero populoque Pratensibus ac nominatim Eeligiosabus de domo Sancti Vincentii gratum facere volentes, precibus eisdem libenti ac paterno animo censuimus adnuendum. Qua propter, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Ecclesiam, Deo in honorem Sancti Vincentii Ferrerii et Sanctae Catharinae de Ricciis, in civitate ac dioecesi Pratensi dicatam, titulo honoribusque Basilicae Minoris perlibenter decoramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique Ecclesiae ad quam pertinent, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Augusti, anno MCMXXXXVII,, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

IV

ECCLESIA DEO IN HONOREM SANCTI SYRI, IN CIVITATE ((SANREMO », VENTIMILIENSIS DIOECESIS DICATA, HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Vere non est hic aliud, nisi domus Dei et porta Caeli ». Quod recte dicitur de qualibet aede sacra, etiam in angusto vico remota, etiam in asperis montibus inaccessa, id templo perquam congruit ibi erecto ubi, caelo terraque marique ridentibus, inter naturae tantam amoenitatem abesse minime decet artis ingeniique hominum obsequium debitum Deo. Talis profecto habenda est Ecclesia Sancti Syri in urbe vulgo « Sanremo », intra Ventimiliensis dioeceseos fines, quae, stylo romanico et langobardico, saeculo decimo primo, exstructa, paroecialis prius, deinde collegiata, in próximas terras iurisdictionem suam exstenderat. Quam sacram Aedem Visitator Apostolicus, anno MDXXX, antiquissimam et splendidissimam agnovit, declaravitque ⟨ Insignem ». Inde ab anno MDCCLXVI aggregata est Patriarchali Basilicae Liberianae de Urbe, et facta particeps indulgentiarum eiusdem, indultorum privilegiorumque Apostolicorum. Denique Pius Pp. VII, fel. rec., Decessor Noster, per Litteras in forma Brevis, die vicesima septima mensis Maii anno MDCCCIII, sub anulo Piscatoris datas, numerum Canonicorum eius ad unum et viginti adauxit, et amplissimis verbis declaravit : « Antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, doctrina ac religionis zelo difficillimis temporibus probato, populique frequentia » Ecclesiam ipsam florere ac maxima veneratione dignam esse. Concathedralis olim, in qua Albinganensis Episcopus, cuius sub iurisdictione prius posita erat, sex menses quot annis residere debebat, floret adhuc, tum ob magnificala architecturae austeritatem, tum praesertim ob Marialis Sanctuarii titulum ac dignitatem, quibus pollet. Etenim in ea pie asservatur et devotissime colitur Effigies Beatae Mariae Virginis de Rosario, Urbis Patronae, ad quam undique Christifidelium turmae peregrinorum more confluunt, quamque, superiore anno, mense Octobri, Dilectus Filius Noster Fridericus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Tedeschini, Noster Datarius, Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyter, aurea corona sollemniter redimivit. Neque silentio praetereundum est in eadem Ecclesia etiam nunc vitam spiritualem mirabiliter fervere ; Parochus enim, Vicarii Foranei munere fungens, Canonicis et cooperatore

Cappellanisque adiuvantibus, novissima pietatis Caritatisque Opera pristinis adiunxit, videlicet : Actionem Catholicam, Vincentianos Coetus, paroecialem pro egenis pueris mensam, doctrinae christianae scholam. Eminet praeterea memoratum Templum Sancti Syri obsequio ac veneratione erga Romanum Pontificem et Petri Cathedram; enimvero ex devota a maioribus accepta consuetudine, dimidium fert onus expensarum ad emendas palmas quae Sanctae huic Sedi dono singulis annis mittuntur. Haec omnia prae oculis habens, Venerabilis Frater Augustinus Rousset, Ventimiliensis Episcopus, nomine quoque Praepositi-Parochi, Canonicorum, utriusque Cleri, Optimatum universique populi, Nos enixe rogavit ut laudatam Sancti Syri Ecclesiam, paroecialem et collegiatam, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestare dignaremur. Nos autem, omnibus rite perpensis, et Ecclesiae eiusdem Clerique decori, nec non spirituali populi emolumento consulere volentes, precibus Nobis adhibitis annuere perlibenter statuimus. Consiliis itaque initis cum Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Ecclesiam, Deo in honorem Sancti Syri, in civitate vulgo « Sanremo », intra Ventimiliensis dioeceseos fines, dicatam, titulo, privilegiis honoribusque Basilicae Minoris perlibenter decoramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique Ecclesiae ad quam pertinent, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contingent.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULAE

I

AD ECCLESIASTICAM HIERARCHIAM POPULUMQUE ALBXANDRINI COPTORUM PATRIARCHATUS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : SEXTO DECIMO EXEUNTE SAECULO AB OBITU S. PACHOMII, COENOBITICAE VITAE CONDITORIS.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres et dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sedecim ante saeculis, ut memoriae traditur, S. Pachomius, Aegypti decus et gloria, mortem, quae veracis vitae initium fuit, sereno animo obiit. Quod eventum si recordari ac celebrare decet omnes, quotquot istius terrae sunt filii — antiquissimae civilis cultus ingenuarumque artium altricis — at magis profecto addecet eos commemorare, qui Sancti huius coenobiarchae doctrinam sequantur, qui priscam fidem retineant, qui virtutem pro viribus imitari enitantur. Idque fore speramus ominamurque ex animo ne sine profectu utilitateque eveniat; quandoquidem vetera rerum gesta diligenter pervestigare non modo nova historicis disciplinis impertit lumina, sed hominibus etiam, veritatis cupidis, salutaria praebet exempla. Quae quidem exempla non inaniter ii desiderant, qui S. Pachomii vitam intueantur studioseque considerent.

Is, postquam in exercitu stipendia fecit, caelesti quodam instinctu ductus a terrena militia se removit, et ad maiora contendens, mundum declinavit, ut uni Deo famularetur. Norunt autem omnes auctorem eum fuisse, ut plurimi e quovis ordine cives, saeculi in vitia proni illecebras defugientes, in solitudinem secederent, eidemque monastica disciplina conformandos educan dosque se committerent. Quin immo in comperto est eum primum in orientalibus regionibus coenobiticam vitam ad normas certas et ad impertita sapienti, consilio praecepta reduxisse, ac legitimo concredidisse constituto regimini. Hac de causa haud parum nominis ac laudis iure meritoque in Ecclesiae annalibus ei tribuitur ; ac non pauci monasticorum ordinum conditores, qui temporum decursu subsecuti sunt, ad eum respexerunt, ab eiusque praescriptis atque institutis aliquid, non sine profectu, mutuati sunt. Neque asseverandum est hoc vitae genus prorsus inane esse atque humanae societati infructuosum. Primo enim animarvertendum est S. Pachomium sectatoribus suis non modo saeculi contemptum, ac paenitentiae sanctae precationisque studium praecepisse, sed laborem etiam, quo possent omnes, pro sua quisque rerum condi-

clone, animi corporisque necessitatibus consulere, et aliquid ad communem mutuamque utilitatem conferre. Quamobrem umbratilis spiritalisque vita statutis horis cum laboriosa conectebatur ; ita quidem ut in rerum quoque angustiis et in operosa virium contentione monachorum mentes caelesti semper supernoque afficerentur gaudio. Neque hoc est silentio praetereundum, quod maioris etiam graviorisque momenti est. Dum nempe passim publici privatique mores, per pronum iter devexi, in deterius convertebantur summo cum religiosae civilisque societatis discrimine; dum christianae doctrinae praecepta callidis haereticorum fallaciis pervicaciter corrumpebantur, atque innumerae gentes, insidiosis circumveniebantur erroribus, monachorum coenobia saepenumero exstitere tutum divinitus patefactae veritatis perfugium, ac virtutis sanctitatisque fuere quasi arces ac propugnacula, Ex iisdem, ut omnes norunt, non raro apostoli profecti sunt, qui pacem, qui concordiam conciliarent, quique non modo religionis integritatem strenuo pectore tuerentur, sed eam ad alios etiam populos felicibus cum fructibus propagarent.

Multum igitur monachorum institutis debet Ecclesia, debet civilis societas. Quamobrem quae apud vos apparantur celebrationes ad sextum decimum digne commemorandum saeculum ex quo sanctus hic coenobiticae vitae auctor ac conditor ad superos evolavit, meritissima procul dubio sunt grati animi testimonia.

At liceat Nobis, Venerabiles fratres ac dilecti filii, ex iisdem celebrationibus aliquid etiam portendere, quod in bonorum omnium votis esse pro certo habemus. Per haec nempe saecularia sollemnia opportunasque commemorationes illud refoveatur optamus fraternae pacis, concordiae unitatisque studium, quo religiosa S. Pachomii sodalitas continebatur, ac miro quodam modo in exemplum enitebat. «... Dimittant singuli — ita ipse scribebat — iuxta praeceptum Evangelii debita fratribus suis et tristitias ac simultates... ut libèrent corda sua timore Dei, et fugato mendacio dominetur veritas ; ut cessantibus bellis, pacis tranquillitas redeat, et in ea ambulare possitis coram Deo et hominibus ; ut omnes aequaliter diligatis; ut serviatis Deo atque concordiae...».[1]

Quae quidem concordia ut non solum domesticam ac civilem consortionem, sed religiosam etiam animorum compagem consensionemque attingat a Deo suppliciter precamur ; ita quidem ut praeclara illa necessitudinis vincula, quae « a religionis inde primordiis... intercessero Romanam inter et Alexandrinam Ecclesiam »[2] recto servato ordine iterum

[1] Ex *Epist. S. Pachomii,* PL, XXIII, 101.

[2] LEONIS XIII *Epist Apostolica « Ad Coptos » : « Unitatis christianae » ;* A. L., vol. XV, p. 230.

redintegrentur, ac « tempora illa sanctitatis fecunda et gloriae »[3] feliciter revocentur. Faxit utinam Deus, ut quemadmodum hodie ex tota Aegypt© omnes una voce unoque praeconio praeclarum hunc coenobiticae vitae auctorem dilaudant ac venerantur, sic pariter singuli universi catholica illa ac necessaria fruantur una Nobiscum unitate, a qua non pauci, summo cum Apostolicae Sedis moerore, seiuncti sunt. Eos Nos paterno amplexari animo cupimus ; ac Divinum Redemptorem, summum Pastorum Principem[4] supplici rogamus prece, ut ex saecularibus hisce faustitatibus eiusmodi quoque verae unitatis optatissimi fructus, superno eollustrante lumine divinaque aspirante gratia, oriantur.

Qua suavi spe freti, cum vobis, Venerabiles Fratres, tum dilectissimo Nobis gregi unicuique vestrum concredito, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, ann® MDCCCCXxxxvin, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

n

AD REVMUM D. ROMUALDUM MARIAM ZILIANTI, CONGREGATIONIS S. MARIAB MONTIS 0LIVETC, ORDINIS S. BENEDICTI, ABBATEM GENERALEM : SEXTO EXPLETO SAECULO A PIENTISSIMO OBITU B. BERNARDI PTOLOMAEI, EIUSDEM CONGREGATIONIS CONDITORIS.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ex vetere Benedictino caudice, a quo in Catholicae Ecclesiae civilisque societatis profectum tot fructus sunt orti salutares, decimo quarto vertente saeculo novus surculus editus est, qui, brevi temporis spatio succrescens, validos produxit frugiferosque ramos. Eum sapienti consilio suo divinaeque gratiae rore coluit atque educavit B. Bernardus Ptolomaeus «nobilis vita, sed moribus longe nobilior »/ cuius vos a pientissimi obitu sextum expletum saeculum per huius anni cursum digne commemoraturi estis. Id Nos confidimus fore non sine spirituali utilitate eventurum, quando-

[3] Ibidem, p. 235.

[4] Cf. I PETE. V, 4.

[1] ANTONII BABGENSIS *Chronicon Montis Oliveti,* p. 5.

quidem praeclara Conditoris vestri virtutum exempla in memoriam revocare et in luculentiore luce ponere, efficere non potest quin ad eadem imitanda eos omnes excitet atque permoveat, qui in eum studioso animo intueantur.

Bernardus Ptolomaeus, cum ex patricio esset genere ortus, ingenue educatus, ac liberalibus disciplinis imprimisque iurisprudentia eruditus, facile sibi in posterum honorifica munera polliceri poterat. Attamen, ut grandi animo erat, non ad occiduas caducae huius vitae glorias se vocatum sensit, sed ad superna adipiscenda perpetuoque mansura. Quamobrem, abdicatis rebus omnibus, una cum sociis in solitudinem secessit, ubi angelicam, potius quam humanam vivendi rationem instituit. Cum esset enim « divino afflatus spiritu, vehementique fervore tactus intrinsecus... die ac nocte... anhelabat ad caelestia ».[2]

Eius autem sanctitatis fama permoti « multi Tusci nobiles et ignobiles... relictis omnibus, quae ad huius saeculi voluptatem pertinent, adaucti sunt » ;[3] qui omnes una cum eo optima conformati disciplina, « in oratione assidui, in silentio maximi, et ad Deo laudes reddendum alacres erant ».[4] Quo vero religiosum eorum vitae institutum firmioribus aptioribusqué vinculis solidaretur, Benedictini Ordinis praecepta ac normas libentissime amplexi sunt ; iisdemque actuose diligenterque in usum deductis, non modo sempiternae suae saluti optime consuluere, sed alios etiam, quotquot poterant, ad renovandus mores et ad christianas virtutes publice privateque redintegrandas verbo, exemplo et opera excitarunt. Quibus quidem in virtutibus mirabili prorsus modo excelluit Beatus Conditor vester ; ac praesertim in angelico animi candore, quem per totius suae vitae cursum paenitentiae spinis diligentissime saepsit, in assiduo impensoque precandi studio, in caritate erga egenos ac miseros, in Divini Redemptoris non sine suavissimis lacrimis meditandis cruciatibus, ac denique in incensissima pietate erga Virginem Deiparam, cui quidem ab se conditam monachorum familiam peculiari titulo consecratam voluit.

Excelsa eiusmodi christiana virtus, qua ipse suique asseclae enitebant, tum potissimum ante omnium oculos refuisit, cum letífera per Etruriam aliasque regiones grassante peste, Beatus Bernardus dilectae solitudini una cum sociis vaie dicere non dubitavit, atque impavidus periculique immemor urbes, oppida, villas animorum corporumque solator invisit. Quo quidem in obeundo caritatis christianique apostolatus

[2] ANTONII BARGENSIS *Chronicon Montis Oliveti,* p. 5.

[3] Ibidem, p. 7.

* Ibidem, p. **0.**

munere, Beatus Bernardus eiusque monachi non pauci, morbi contagione infecti, sanctam gloriosamque oppetiere mortem.

Habetis igitur, dilecti filii, praeclara, quae pro vestra cuiusque condicione imitemini virtutum exempla ; in ea mentem voluntatemque convertite per haec praesertim tempora, dum renovari hominum mores, si umquam alias, necesse est, et dum tot occurrunt omne genus aerumnae omneque genus discrimina, quae non modo corpora, sed animos etiam attingunt ac miserrime afficiunt. Aptiore quavis potestis ratione agite ac contendite; sed imprimis religiosam vitam vestram ita conformate, ut in unoquoque vestrum Beatus Bernardus Ptolomaeus veluti reviviscere atque operari videatur.

Haec Nos vobis exoptantes, a Deoque comprecantes una vobiscum, caelestium gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, dilecte fili, tum Olivetanae familiae monachis, monialibus atque « oblatis » universis, iisque omnibus, qui haec saecularia sollemnia pio participabunt animo, Apostolicam Benedictionem libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Aprilis, anno MDœccxxxxvin, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

III

AD REVMUM P. CAROLUM MANSPELD, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM MINISTRANTIUM INFIRMIS PRAEFECTUM GENERALEM : OB CONVENTUM EX UNIVERSO ORDINE INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ut flagrantis caritatis praecepta atque proposita, quae Legifer Pater vester quasi sacram vobis hereditatem impertiit, ac datis normis exemploque praef ulgenti suo commendavit, aptius in dies ac salubrius efficere possitis, haud ita multo ante statuisti — quod ex tuis litteris comperimus — conventum ex universo Ordine convocare, ac prope Patavium proximo mense Iunio, collatis invicem consiliis, celebrare. Id Nos laudamus admodum; spem enim fovemus bonam fore ut, non modo ad alumnos vestros recte conformandos, sed ad omnium etiam religiosorum sodalium mentem luculentius collustrandam, ad eorumque excitandam alacritatem summopere conferat. Hoc autem imprimis ante oculos perspicuum vobis sit, oportere

nempe omnino, dum innumeris corporum infirmitatibus pro viribus mederi contendatis, animorum etiam morbis, qui procul dubio detrimentosiores sunt hominibus, opportuna, divina suffragante gratia, praebere remedia. Hac etiam in re, ut probe nostis, sanctissimum Conditorem vestrum in exemplum intueri potestis ; qui quidem eo semper spectavit, ut concreditos sibi omne genus aegrotantes supernis afficeret solaciis, ac tum peculiari modo ad caelestem potiundam vitam erigerei, cum terrenam iam iam deficere cerneret. Id agite suavi ac generosa illa, qua soletis, voluntate ; ita quidem ut infirmi, caritatis vestrae permoti afflatu, dulcissimam habeant Divini Redemptoris misericordiae ac gratiae se plane committere.

Ad eiusmodi consilia ac proposita paterne vos adhortantes omnes, peculiaris benevolentiae Nostrae testem ac caelestium munerum pignus, cum tibi, dilecte fili, tum Oamillianae familiae universae, Nobis sane carissimam, Apostolicam Benedictionem libenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis Maii, anno MDCCCCXXxxviii, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM TIT. SANCTAE MARIAE IN TRANSPONTINA S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM NASALLI ROCCA DE CORNELIANO, QUINQUE ABHINC LUSTRA AD PURPURATORUM PATRUM ORDINEM ADLECTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Triennio quidem ante, quum dena a suscepto sacerdotio lustra ipse feliciter peregisti, iucundos Nostrae gratulationis sensus tibi publice protulimus, egregia tua praecipua in Ecclesiam merita suavi memoria recolentes. Nunc autem nova Nobis facultas praebetur existimationem ac benevolentiam Nostram tibi confirmandi. Quinque enimvero et viginti anni propediem absolventur, ex quo ad supremum Ecclesiae Senatum auspicato adlectus es. Hac profecto temporis diuturnitate, quo graviores in dies, praesertim atrocissimi belli causa, tui gregis necessitates effectae sunt, eo maiore industria eisdem providere et consulere studuisti. Inter recentiores laudes tuas peculiari memoria digna est vigil sollicitudo, quae inter saevissima belligerantium arma effulsit ad civium incolumitatem, ad Ecclesiae iura, ad vetusta urbis monumenta decoremque tuen-

da, itemque flagrans studium, quo praeterito anno Congressum e tota regione Eucharisticum sollemniter habuisti. Quare proximam istius faustitatis opportunitatem libenter nanciscimur, ut de pastorali munere abs te naviter gesto ex animo gratulemur et saluberrima omnia tibi ac populo tuae curae concredito a divina liberalitate adprecemur. Studia autem tua piaque incepta ad Conventum Aemilianum pro Ecclesiae unitate Septembri mense proximo istic ineundum Nostris votis ominibusque prosequimur, ut felicem plane exitum sortiatur. Quo interea pergrati eventus celebratio fidelibus istis utilior evadat, tibi ultro potestatem tribuimus, ut, die statuta, post Sacrum pontificali ritu peractum adstanti populo nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam eidem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium denique gratiarum praenuntia peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universo clero ac populo tibi demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Maii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad Emos PP. DD. Cardinales, in festo S. Eugenii I Pp., Beatissimo Patri fausta ominantes. *

Poncensem, **Iacobum McManus.**

Arycandensem, **Antonium Alves de Siqueira, Auxiliarem Emi P. D. Caroli Carmeli S. R. E. Card. de Vasconcelos Motta, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.**

Limatensem, **Ioannem Sison, Auxiliarem Excmi P. D. Iacobi Sancho, Episcopi Novae Segobiae.**

Apolloniensem, **Ioannem Patricium Cody, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Ritter, Archiepiscopi Sancti Ludovici.**

Aegeaensem, **Ioannem Iosephum Wright, Auxiliarem Excmi P.D. Richardi Iacobi Cushing, Archiepiscopi Bostoniensis.**

Etennensem, **Iacobum Iosephum Byrne, Auxiliarem Excmi P.D. Ioannis Gregorii Murray, Archiepiscopi Sancti Pauli de Minnesota.**

Daldianum, **Henricum Theophilum Klonowski, Auxiliarem Excmi P. D. Gulielmi Iosephi Hafev, Episcopi Scrantonensis.**

Midensem, **Ioannem Kyne.**

Portus Veteris, **Mcanorem Carolum Gavilanes Chamorro.**

Plymutensem, **Franciscum Grimshavv.**

Dolichenum, **Petrum Mariam Puech, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Moussaron, Archiepiscopi Albiensis.**

Uticensem, **Mauritium Perrin, Auxiliarem Excmi P.D. Caroli Alberti Gounot, Archiepiscopi Carthaginensis.**

Thasiensem, **Iosephum Marling, Auxiliarem Excmi P. D. Edvini O'Hara, Episcopi Kansanopolitani.**

Lahorensem, **Marcellum Rogerium Buyse.**

Pathensem, **Augustinum Wildermuth.**

Germanicopolitanum, **Iosephum Aurelianum Bilgeri, Vicarium Apostolicum de Eshowe.**

Anthedonensem, **Marcellum Lefebvre, Vicarium Apostolicum de Dakar.**

Lambaesïtanum, **Iacobum Moynagh, primum Vicarium Apostolicum de Calabar.**

Capitoliensem, **Adulphum Noser, primum Vicarium Apostolicum Accraënsem.**

Biltensem, **Ansgarium Canutum Nelson, Coadiutorem cum iure successionis Excnii P. D. Ioannis Evangelistae Müller, Vicarii Apostolici Sueciae.**

Sebastopolitanum, in Armenia, **Georgium Craven, Auxiliarem Emi P. D. Bernardi S. R. E. Card. Griffin, Archiepiscopi Westmonasteriensis.**

Sufetanum, **Carolum Cavallera, Vicarium Apostolicum de Nyeri.**

Patersonensem, **Thomam Aloisium Boland, iam Episcopum Hirinensem.**

Selensem, **Thomam Ioannem Me Donnell, Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.**

Budovicensem, **Iosephum Hlouch.**

Euanucensem, **Theodosium Moreno, iam Episcopum Cajamarcensem.**

Trincomaliensem, **Ignatium Glennie.**

Rawalphidiensem, **noviter erecta dioecesi, Nicolaum Hettinga.**

Rhinocorutanum,, **Hieronymum Adam, Vicarium Apostolicum Libre villensem.**

Polystyliensem, **Ludovicum Augustum Chorin, Vicarium Apostolicum de Bangkok.**

Parlaitanum, **Iacobum Grent, Vicarium Apostolicum Novae Guineae Neerlandicae.**

Mactaritanum, **Franciscum Uamcepu (Wang-tse-pu),** iam Episcopum **TJanscienensem.**

Monasteriensem, **Michaelem Keller.**

Goelenum et Praelatum nullius Bananalensem, **Candidum** Penso.

Trifluviensem in Canada, **Georgium Leonem Pelletier, iam Episcopum Ephaestiensem.**

Nieopolitanum in Bulgaria, **Eugenium Bossilkoff.**

Birthensem, **Ioannem Michaelem Antonium Haussen,** Coadiutorem **cum iure successionis Excmi P. D. Gulielmi Lemmens,** Episcopi **Ruremondensis.**

Aberdonensem, **Ioannem Matheson.**

Cuernavacensem, **Alphonsum Espino.**

Zaparenum, **Hubertum Newell, Coadiutorem** cum iure successionis **Excmi P. D. Patricii McGovern, Episcopi Cheyennensis,**

Slobensem, **Romanum Atkielski, Auxiliarem Excmi** P. D. Moysis **Kiley, Archiepiscopi Milwaukiensis.**

Methonensem, **Iacobum McNulty, Auxiliarem Excmi** P. D. Thomae **Walsh, Archiepiscopi Novarcensis.**

Seteensem, **Aloisium Abel Caillouet, Auxiliarem** Excmi P. D. Iosephi **Rummel, Archiepiscopi Novae Aureliae.**

Taianum, **Hugonem Donohoe, Auxiliarem** Excmi P. D. **Ioannis Mitty, Archiepiscopi Sancti Francisci in California.**

Lycopolitanum, **Alexandrum Habib Skandar.**

Bybliensem, **Danielem Augustinum Lemonnier, Auxiliarem Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Petit de Julleville, Archiepiscopi Rothomagensis, iam vita functi.**

Saitanum, **Stephanum Sidarouss.**

Barcaenm,, **Riifinum Santos, Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis O'Doherty, Archiepiscopi Manilensis.**

Marquettensem, **Thomam Laurentium Noa, iam Episcopum Saloni - tanum.**

Sindensem, **Iosephum Maximilianum Mueller, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Edmundi Heelan, Episcopi Siopolitani.**

Pastopolitanum, **Aemilium Botero González.**

G ajamar censent, **Paulum Ramirez Taboada.**

Montis Albani, **Aloisium de Courrèges d'Ustou, iam Episcopum Grysopolitanum in Macedonia.**

Limburgensem, **Ferdinandum Dirichs.**

Litomericensem, **Stephanum Trochta.**

Apamiensem, **Felicem Guiller.**

Sancti Deodati, **Henricum Brault.**

Hadrianopolitanum in Eonoriade, **Ioannem Baptistam Anselmo, iam Episcopum de Dinajpur.**

Iasensem, **Antonium Durcovici.**

Eepliaestiensem, **Andream Ledere, Auxiliarem Emi P. D. Caelestini S. R. E. Cardinalis Suhard, Archiepiscopi Parisiensis.**

Drepanensem, **Philippum lacolino.**

G elender itanum, **Aloisium Hadrianum Díaz, iam Episcopum Caliensem.**

Tabudensem, **Laurentium Tétrault, Vicarium Apostolicum de Bukoba.**

Maximianensem in Numidia, **Henricum Mariam Dubuc, iam Episcopum Barquisimetensem.**

Comensem, **Felicem Bonomini, iam Episcopum Interamnensem et N ar mensem.**

Cynopolitanum in Arcadia, **Iosephum Ciamgioenpuo (Chang-Iun-po), iam Episcopum Siüenhoavensem.**

Sagalassensem, **Franciscum Joosten, iam Episcopum Tatomensem.**

Tanagraeum, **Henricum Amatum Prunier, iam Episcopum de Salem.**

Ombitanum, **Antonium Ignatium Camargo, Auxiliarem Excmi P. D. Arthuri Oaelestini Alvarez, Episcopi Calabocensis.**

Austiniensem, **dioecesi noviter erecta, Aloisium Eeicher.**

Bellevillensem, **Albertum Rodulphum Zuroweste.**

Sasimensem, **Wendelinum Nold, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Christophori Eduardi Byrne, Episcopi Galvestoniensis.**

Aliphanum, **Iosephum Delia Cioppa, iam Episcopum Tiberiensem.**

Meloënsem in Isauria, **Paulum Busch, iam Episcopum Lycopolitanum.**

Remesianensem, **Franciscum Xaverium Ochoa, iam Episcopum Coeitevensem.**

Gtirbitanum et Praelatum nullius Palmensem, **Carolum Saboia Bandeira de Mello.**

Conanensem et Praelatum nullius ßantaramensem, **Anselmum Pietrulla.**

Colybrassenum et Praelatum nullius Labreanum, **Iosephum Alvarez.**

Modrenum et Praelatum nullius de Foz de Iguassù, **Emmanuelem Konner.**

Bebastenum in Palaestina, **Franciscum Bottino, Auxiliarem Emi P. D. Maurilii S. B. E. Cardinalis Fossati, Archiepiscopi Taurinensis.**

Prusiensem, **Paulum Petrum Pinier, Auxiliarem Excmi P. D. Augustini Laynaud, Archiepiscopi Algeriensis.**

Hieropolitanum, **Benignum Carrara, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Paulini Ioannis Tribbioli, Episcopi Imolensis.**

Magydensem et Praelatum nullius Chapadensem, **Vinibaldum Talleur.**

Lamianum, **Ioannem Duperray, Coadiutorem cum iure successionis Excini P. D. Gabrielis Brunhes, Episcopi Montis Pessulani.**

• *Petropolitanum,* **noviter erecta dioecesi, Emmanuelem da Cunha Cintra.**

Tabenum, **Eduardum Jette, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Papineau, Episcopi Joliettensis.**

Siüenhoavenseni. **Petrum Wang-Mu-To.**

Gotennensem, **Franciscum Gleeson, Vicarium Apostolicum Alaskensem.**

Thuburnicensem, **Attilium Beltramino, primum Vicarium Apostolicum Iringaënsem.**

Vzalensem, **Gerardum Wantenaar, primum Vicarium Apostolicum Basankusuensem.**

Hirinensem, **Aemilium Socquet, Coadiutorem cum iure successionis Excmi** P. **D. Ioannis Thevenoud, Vicarii Apostolici de Ouagadougou in Sudan Gallico.**

Acarassensem, **Aloisium Janssens, iam Episcopum Geoholensem.**

Nazarensem in Brasilia, **Carolum Coelho.**

Lacedaemoniensem et Praelatum nullius Sancti Peregrini Latiosi in Superioribus Aere et Purus, **lulium Mattioli.**

Sebeliensem, **Iosephum Rodgers, Coadiutorem cum iure successionis Excmi** P. **D. Michaelis Fogarty, Episcopi Laonensis.**

Antipadridenum, **Franciscum Lieuchinuen (Liu-Chin-wen), iam Episcopum Feniamensem.**

Rhandensem, **Antonium Ferreira Gomes, Coadiutorem cum iure successionis Excmi** P. **D. Dominici Emmanuelis Frutuoso, Episcopi Portalegrensis.**

Olenensem et Praelatum nullius Xinguensem, **Clementem Geiger.**

Amathusium in Gypro, **Isidorum Borecky, Exarchum Apostolicum pro Ruthenis in Ditione Canadensi Orientali.**

Diospolitanum in Thracia, **Marianum Jankowski, Auxiliarem Excmi** P. **D. Ignatii Swirski, Episcopi Siedlcensis.**

Tabborensem, **Ladislaum Suszynski, Auxiliarem Excimi P. D. Romuald! Jalbrzykowski, Archiepiscopi Vilnensis.**

. *Faustinopolitanum,* **Bernardum Czapliiiski, Auxiliarem Excmi P. D. Casimiri Kowalski, Episcopi Oulmensis.**

Cfandavensem, **Carolum Calewaert.**

Uxellensem et Terralbensem, **Antonium Tedde.**

Alindensem, **Eris Normannum Michaelem O' Brien, Auxiliarem Emi P. D. Normanni S. R. E, Cardinalis Gilroy, Archiepiscopi Sydneyensis.**

Matrisfontis, **dioecesi noviter erecta, Eduardus Douglas.**

Appianum, **Ioannem Murphy, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ambrosii Iacobi Moriarty, Episcopi Solopensis.**

Praenetensem, **Emmanuelem a Iesu Pereira, Auxiliarem Excmi P. D. Emmanuelis Pereira Ribeiro, Episcopi Funchalensis.**

Isauropolitanum, **Ioannem Baptistam Urrutia, Vicarium Apostolicum de Huè.**

Tulliensem, **Iosephum Van den Biesen, Vicarium Apostolicum de Lwangwa.**

Tidditanum, **Iosephum Brendanum Whelan, primum Vicarium Apostolicum Owerriensem.**

Tigavitanum, **Alphonsum Bossart, primum Vicarium Apostolicum Ipamuensem. .**

Serteitanum, **Ubaldum Lehman, primum Vicarium Apostolicum Insularum de Cook.**

Caetitensem, **Iosephum Terceiro de Souza.**

Sancti Caroli de Pinhal, **Rui Serra.**

Tanaitanum, **Andream Roborecky.**

Tymbriadensem, **Dionysium Vismara, iam Episcopum Hyderabadensem.**

Caliensem, **Iulium Caicedo, iam Episcopum Barranquillensem.**

Coadiutorem **cum iure successionis Excmi P.D. Gerardi Shaughnessy, Episcopi Seattlensis, Thomam Arthurum Connolly, Episcopum Silensem.**

Pasletanum, **noviter erecta dioecesi, Iacobum Black.**

Corumb ensem, **Orlandum Cha vez.**

Ghrysopolitanum in Macedonia, **Florentinum Sanz Esparza, iam Episcopum Cuttackensem.**

Prienensem, **Antonium De Castro Mayer, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Octaviani Pereira de Albuquerque, Episcopi Camposini.**

Armidalensem, **Eduardum Ioannem Doody.**

Pachnemunitanum, **Delphinum Des Rosiers, primum Vicarium Apostolicum Basutolandénsem.**

Tadamatensem, **Franciscum Odonem De Wilde, Vicarium Apostolicum de Mangara.**

Tyriaensem, **Angelum Muzzolon, primum Vicarium Apostolicum de Chaco Paraguayano.**

Yagensem, **Victorem Sartre, Vicarium Apostolicum de Tananarive.**

V ermopolitanam, **Ioannem Toohey, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Edmundi Gleeson, Episcopi Maitlandensis.**

Legiensem, **Gulielmum Patritium Whelan, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Davidis 0'Leary, Vicarii Apostolici Transvaalensis, postea Iohannesburgensis nuncupati.**

Desmoinensem, **Eduardum Caelestinum Daly.**

Sareptenum, **Ioannem Franciscum Dearden, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Hugonis Caroli Boyle, Episcopi Pittsburgensis.**

Tpsensem, **Leonem Fahey, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Francisci McGrath, Episcopi Bakeriensis.**

Iliensem, **Leonem Ioannem Steck, Auxiliarem Excmi P. D. Duani Garrison Hunt, Episcopi Lacus Salsi.**

Nictheroyensem, **Ioannem de Matha de Andrade y Amaral, iam Episcopum Amazonensem.**

Bindaeum, **Caelestinum Fernandez, Auxiliarem Excmi P.D. Ianuarii Méndez del Rio, Episcopi Huajuapamensis.**

P esqueir ensem, **Adelmum Machado Cavalcante.**

Satalensem in Armenia, **Salvatorem Herrera y Pinto, iam Episcopum Puniensem.**

Interamnensem et Narniensem, **Ioannem Baptistam Dal Prà.**

Sciocèuvensenij **Michaelem Albertum Arduino.**

Geoholensem, **Iosephum Iulianum Oste.**

Calicutensem, **Aldum Patroni.**

Traculenum, **Ioannem Colburn Garner, primum Vicarium Apostolicum Praetoriensem.**

Stratonicensem in Caria, **Iosephum Cucherousset, Vicarium Apostolicum Banguensem.**

Albensem Maritimum, **Fridericum Hall, Vicarium Apostolicum de Kisumu.**

Syedrensem, **Ioannem Baptistam Bosenthal, primum Vicarium Apostolicum de Queenstown.**

Constantiensem in Arabia, **Oscar Jolliet, Auxiliarem Excmi P. D. Caroli Calewaert, Episcopi Gandavensis.**

Anaeum, **Alphridum Müller** y **San Martín, Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S. B. E. Cardinalis Arteaga y Betancourt, Archiepiscopi Sancti Christophori de Habana.**

Clavarensem, **Franciscum Marchesani, iam Episcopum Cavensem et Sarnensem.**

Zorolensem, **Carolum Homerum Garant, Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Boy, Archiepiscopi Quebecensis.**

Barenum in Pisidia, **Alphridum Leverman, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Thomae McNally, Archiepiscopi Halifaxiensis.**

Boianensem-Campobassensem, **Albertum Carinci, iam Episcopum Aeserniensem et Venafranum.**

Maceratensem et Tolentinum, **Sylvium Cassulo.**

Sebastenum in Phrygia, **Franciscum Rogâcs, Coadiutorem cum iure successionis Excnii P. D. Francisci Virág, Episcopi Quinque Ecclesiensis.**

Eleuthernensem, **Paulum Tkotsch, Auxiliarem Emi P. D. Conradi S. B. E. Cardinalis Von Preysing, Episcopi Berolinensis.**

Liscioeivensem, **noviter erecta dioecesi, Cannicum Rodericum Turner.**

De Vijayapuram, **Marcellinum Araniburu y Arandia.**

Avissensem, **Vincentium Billington, primum Vicarium Apostolicum Kampalensem.**

Botucatuensem, **Henricum Hectorem Golland Trinidade, iam Episcopum de Bon firn..**

üafaelandensem, **Henricum Gelain, iam Episcopum Oajazeirasensem.**

Brianum, **Paulum Rolim Loureiro, Auxiliarem Emi P. D. Caroli Carmeli S. R. E. Cardinalis de Vasconcelos Motta, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia.**

Ceaensem, **Iacobum Thomam 0'Dowd, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Iosephi Mitty, Archiepiscopi S. Francisci in California.**

Providentiensem, **Ruffillum Ioannem McVfnney.**

PRAELATUM ((NULLIUS))

Altamurensem ***et,*** *Aquavivensem,* **Salvatorem Rotolo, Episcopum** Na~ **zianzenum.**

ABBATES « NULLIUS))

Einsiedlensem, **Bennonem Gut.**

Sanctae Mariae Montis Oliveti Maioris, **Roniualduni Mariam Zilianti.**

V - PRAESTATIO IURAMENTI

Provisione. Ecclesiarum peracta, Revmus Cardinalis Pizzardo, Episcopus Albanensis, et Revmus Cardinalis Aloisi Maselia, Episcopus Praenestinus, iuramentum de more praestiterunt.

VI - RELATIO CAUSARUM

Revmus Cardinalis Mica-ra, Praefectus Congregationis Sacrorum Rituum, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita et miraculis Beatae Ioannae de Lestonnac, viduae, fundatricis Ordinis Filiarum Beatae Mariae Virginis, necnon Beatae Vincentiae Gerosa, virginis, alterius fundatricis Sororum a caritate in oppido *Luere* **Brixiensis dioecesis ; ac recensuit acta quae, in causa Beatificationis et Canonizationis earundem Beatarum, Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac approbanda censuit.**

Relatione expleta, Ssmus Dominus Noster Revmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

VII - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde Revmus D. Cardinalis Micara, nomine Emi Cardinalis Marchetti Selvaggiani, postulavit S. Pallium pro Cathedrali Ecclesia Ostiensi.

Personaliter vero institit pro Pallio suae Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopus *Pisanus.*

Per procuratorem autem facta est postulatio Palliorum ab Ecclesiis patriarchalibus : *Alexandrina Coptorum, Babylonensi Chaldaeorum, Antiochena Melchitarum.* Item ab Ecclesiis métropolitains : *Nasiensi, Corcyrensi, Quebecensi, Coltimbensi in Ceylon* (per successionem), *Alborensi, Chamberiensi, Tranensi et Barolensi, Baltimorensis Reginatensi, Tegucigalpensi, Camberriensi et Crulburnensi* (novae erectionis), *Angelorum in California, Omahcnsi, Olomucensi;* atque ab archiepiscopalibus : *Atheniensi* et *Vashingtonensi.*

MOTU PROPRIO

DE INSTITUTORUM SAECULARIUM LAUDE ATQUE CONFIRMATIONE

PIUS PP. XII

Primo feliciter elapso anno a promulgata Apostolica Nostra Constitutione *Provida Mater Ecclesia,*[1] cum ob oculos multitudinem habeamus tot animarum absconditarum « cum Christo in Deo »,[2] quae in saeculo ad sanctitatem adspirant totamque vitam « corde magno et animo volenti »[3] in novis Institutis Saecularibus laetanter Deo consecrant, facere non possumus quin Divinae Bonität! gratias referamus, de novo hoc agmine, quod exercitum consilia evangelica profitentium in saeculo adauxit ; itemque de valido subsidio quo nostris hisce perturbatis luctuosisque temporibus catholicus apostolatus providentissime roboratus est.

Spiritus Sanctus, qui faciem terrae tot tantisque malis in dies desolatam et deturpatami recreat et renovat incessanter,[4] multos dilectissimos filios et filias, quibus peramanter in Domino benedicimus, magna specialique gratia ad se vocavit ut, in Institutis Saecularibus, collecti et

[1] Cfr. *A. A. S.,* XXXIX, n. 4, p. 114.
[2] ***Col.,*** III, 3.
[3] ***II Mac,*** I, 3.
[4] Cfr. ***Ps. CUI,*** 30.

ordinati, insulsi ac tenebricosi mundi, de quo non sunt[5] et in quo tamen ex divina dispositione remanere debent, sal indeficiens sint quod, vocationis ope renovatum, non evanescit ;[6] lux, quae inter ipsius mundi tenebras, lucet et non extinguitur ;[7] ac modicum sed efficax fermentum, quod semper et ubique operans omnibusque civium ordinibus, ab imis ad summos, permixtum, eosdem singulos universos verbo, exemplo cunctisque modis attingere ac permeare nititur, donec integram massam ita informet ut fermentata in Christo sit tota.[8]

Ut ob consolantem eiusmodi Spiritus Iesu Christi[9] effusionem tot Instituta ubique gentium orta, ad normas Constitutionis Apostolicae *Provida Mater Ecclesia* **efficaciter dirigantur, atque eos optimos sanctitatis fructus, qui sperantur, copiosissime ferant; itemque, ut solide et sapienter in aciem ordinata,[10] praelia Domini, fortiter in peculiaribus ac communibus apostolatus operibus praeliari valeant, memoratam Apostolicam Constitutionem magna cum laetitia confirmantes, matura deliberatione adhibita, Motu proprio, certa scientia, ac de Apostolicae plenitudine potestatis haec, quae sequuntur, declaramus, decernimus ac constituimus :**

I. Societates, clericorum vel laicorum, perfectionem christianam in saeculo profitentes, quae elementa ac requisita in Constitutione Apostolica *Provida Mater Ecclesia* **praescripta certa plenaque ratione habere videantur, non debent neque possunt inter communes fidelium Associationes (cc. 684-725) arbitrio, quovis praetextu, relinqui, sed ad propriam Institutorum Saecularium naturam et formam, quae ipsorum character! ac necessitatibus apprime respondet, reducendae atque elevandae necessario sunt.**

II. In hac Societatum fidelium ad superiorem Institutorum Saecularium formam elevatione (cfr. n. I), atque in omnium Institutorum, sive generali sive etiam singulari ordinatione perficienda, illud prae oculis semper habendum est, quod proprius ac peculiaris Institutorum carácter, *saecularis* **scilicet, in quo ipsorum exsistentiae tota ratio consistit, in omnibus elucere debet. Nihil ex plena christianae perfectionis professione, evangelicis consiliis solide fundata et quoad substantiam vere religiosa, detrahendum erit, sed perfectio est** *in saeculo* **exercenda et profitenda ; ac, proinde, cum vita saeculari in omnibus, quae licita sunt et quae**

[5] Cfr. IOAN., XV, 19.

[6] Cfr. MATTH., V, 13; MARC, IX, 49; Luc, XIV, 34.

[7] Cfr. IOAN., IX, 5; I, 5; VIII, 12; *Eph.,* V, 8.

[8] Cfr. MATTH., XIII, 33; / *Cor.,* V, 6; *Colat.,* V, 9.

[9] Cfr. *Rom.,* VIII, 9.

[10] Cfr. *Cont.,* VT, *Ii.*

cum eiusdem perfectionis officiis et operibus componi valent, accommodetur oportet.

Integra vita sodalium Institutorum Saecularium, professione perfectionis Deo sacra, in apostolatum converti debet, qui ita ex puritate intentionis, ex interiori unione cum Deo, ex generosa oblivione fortique sui ipsius abnegatione, ex animarum amore, est perpetuo sancteque exercendus, ut non minus interiorem spiritum prodat, quo informatur, quam ipsum continuo alat et renovet. Hic apostolatus, qui totam vitam complectitur, tam profunde ac sincere in bis Institutis persentiri iugiter solet, ut, Divinae Providentiae ope atque consilio, animarum sitis et ardor non tantum occasionem vitae consecrationis dedisse feliciter, sed magna ex parte suam propriam rationem et formam imposuisse, miramque in modum, finem, quem specificum appellant, genericum etiam finem exigisse atque creasse videatur. Hic apostolatus Institutorum Saecularium non tantum *in saeculo,* sed veluti *ex saeculo,* ac proinde pressionibus, exercitiis, formis, locis, rerum adiunctis saeculari huic conditioni respondentibus, exercendus est fideliter.

III. Quae ad canonicam disciplinam status religiosi spectant Institutis Saecularibus non competunt, nec generatim legislatio religiosa, ad normam Constitutionis Apostolicae *Provida Mater Ecclesia,* ipsis applicari debet aut valet (Art. II, § 1). Illa ex adverso, quae in Institutis inveniantur amice cum ipsorum charactere saeculari coniuncta, dummodo plenae totius vitae consecrationi nullatenus ofiiciant et cum Constitutione *Provida Mater Ecclesia* cohaereant, conservari possunt.

IV. Hierarchica interdioecesana et universalis constitutio ad modum corporis organici Institutis Saecularibus applicari valet (ib., Art. IX), et haec applicatio absque dubio internum vigorem, ampliorem et efficaciorem influxum atque constantiam ipsis conferre debet. Tamen in hac ordinatione, singulis Institutis aptanda, ratio haberi debet naturae finis, quem Institutum persequitur, maioris minorisve ipsius expansionis propositi, eiusdem evolutionis et maturitatis gradus, rerum adiunctorum in quibus versatur, aliorumque id genus. Neque sunt illae Institutorum formae reiiciendae, aut despicieridae, quae confoederatione fundentur et characterem localem in singulis nationibus, regionibus, dioecesibus, retinere ac moderate fovere velint, dummodo rectus sit et catholicitatis Ecclesiae sensu informatus.

V. Instituta Saecularia, quorum membra, etsi in saeculo commorantur, ex plena tamen Deo et animabus consecratione quam, probante Ecclesia, profitentur, et ex interna ordinatione hierarchica interdioecesana et universali, quam diversis gradibus habere valent, inter status

perfectionis iuridice ab Ecclesia ipsa ordinatos et recognitos, ex Apov stolica Constitutione *Provida Mater Ecclesia* **iure meritoque numerantur. Consulto igitur illius S. Congregationis competentiae et curae Instituta adiudicata et commissa fuerunt, quae** *de statibus publicis perfectionis* **regimen et curam gerit. Hinc, salvis semper, ad canonum tenorem et expressum Constitutionis Apostolicae** *Provida Mater Ecclesia* **praescriptum (Art. IV, §§ 1 et 2), iuribus S. Congregationis Concilii circa communes pias sodalitates piasque uniones fidelium (c. 250, § 2) et S. Congregationis de Propaganda Fide circa societates ecclesiasticorum ad seminaria pro exteris missionibus (c. 252, § 3), omnes societates ubique gentium — etsi ordinaria vel etiam pontificia approbatione suffultas —, cum elementa et requisita Institutorum Saecularium propria babere noscantur, ad hanc novam formam necessario illico redigendae sunt, secundum normas supra dictas (cfr. n. I), atque, ut directionis unitas servetur, uni S. Congregationi de Religiosis, in cuius sinu speciale de Institutis Saecularibus Officium constitutum fuit, merito attribui ac devolvi decrevimus.**

VI. Moderatoribus vero et adsistentibus Actionis Catholicae aliarumque fidelium Associationum, in quarum materno gremio ad vitam integre christianam simul educantur, et apostolatus exercitio initiantur tam numerosi atque electi iuvenes, qui ad altiora assequenda sive in Religionibus ac Societatibus vitae communis, sive in Institutis etiam Saecularibus, superna vocatione invitantur, paterno ex animo commendamus, ut sanctas eiusmodi vocationes generose promoveant ; ac non solum Religionibus et Societatibus, sed his etiam vere providentialibus Institutis, adiutricem manum praebeant, atque libenter, salva interna ipsorum disciplina, eorumdem opera utantur.

Horum omnium, quae Motu proprio constituimus, fidelem exsecutionem S. Congregationi de Religiosis aliisque supra recensitis Ss. Congregationibus, Ordinariis locorum ac Societatum quarum interest Directoribus — quatenus ipsa ad singulos pertineant — auctoritate Nostra committimus.

Quae autem his Litteris, Motu proprio datis, statuimus, ea semper valida et firma esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xn mensis Martii, anno MDCCCCXXXXVIIÏ„ **Pontificatus Nostri ineunte decimo.**

PIUS PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

RUTHENORUM EXARCHATUS nr DITIONE CANADENSI

UNICUS HUCUSQUE RUTHENORUM EXARCHATUS APOSTOLICUS IN DITIONE CANADENSI TRIPARTITO DIVIDITUR, ET EXINDE EXARCHATUS CENTRALIS, ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS PRO RUTHENIS CONSTITUUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium cuiusvis ritus christifidelium in quacumque orbis parte degentium suprema cura, Romanis Pontificibus divinitus commissa, exigit ut quae ad animarum salutem necessaria vel opportuna videantur, ea sedulo studio procurentur. - Quo motus consilio Dei Servus Pius Papa Decimus, Praedecessor Noster, percrescentibus ih dies Ruthenis byzantini ritus fidelibus e patriis regionibus in Oanadensem ditionem immigrantibus, libenter excipiens illius regionis Antistitum preces, qui expostulaverant ut spirituali Ruthenorum illorum regimini iuxta eorum ritum et disciplinam adaequate prospiceretur, per Apostolicas Litteras, die quinta decima Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo duodecimo datas, pro Ruthenis in Canadensi ditione commorantibus episcopalem Ordinariatum, seu Exarchatum constituit; cui postea ab Apostolica Sede opportunae normae per Decretum *Fidelibus Ruthenis* **diei decimae octavae Augusti mensis, insequentis anni, atque per Decretum alterum** *Graeci-Rutheni ritus* **diei vigesimae quartae Maii mensis, anno millesimo nongentesimo trigesimo, traditae sunt. Quum vero nunc etiam Rutheni in Canadensi ditione et numero et merito aucti sint, Nos, non minus quam Praedecessores Nostri de eorum spirituali salute solliciti, praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Ildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titularis Synnadensis, in Canadensi ditione Delegati Apostolici, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumat consensu, re mature perpensa ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, unicum hucusque episcopalem Ordinariatum seu Exarchatum pro Ruthenis in Canadensi ditione degentibus in tres dividimus partes, quarum una Exarchatum Apostolicum Ruthenorum** *Ditionis Canadensis Centralis* **efformabit, cuius sedes in** *Winnipeg*

urbe, ubi hucusque erat praefati unici Exarchatus sedes, etiam in posterum manebit; eiusque Exarchus super Ruthenos, in civilibus provinciis vulgo *Manitoba* **et** *Saslcatchewan* **et in finitimis septentrionalibus regionibus commorantes, iurisdictionem habebit; illius vero cathedram in ecclesia SS. Wladimiri et Olgae, in eadem** *Winnipeg* **urbe extante figimús. Altera pars Exarchatum Apostolicum** *Ditionis Canadensis Orientalis* **efformabit ; cuius sedes erit in** *Toronto* **urbe ; eiusque Antistes super Ruthenos, in civilibus provinciis vulgo** *Ontario, Quebec, New Brunswick, Nova Scotia, Prince Edward Island, New Founland* **et** *Labrador,* **extantes iurisdictionem exercebit ; illiusque cathedram in ecclesia S. Iosaphat, in Toronto urbe sita, statuimus. Tertia vero complectetur Exarchatum Apostolicum** *Ditionis Canadensis Occidentalis,* **cuius sedes erit** *in. Edmonton* **urbe; eiusque Exarchi subiecti erunt Rutheni degentes in civilibus provinciis vulgo** *Alberta, British Columbia,* **nec non in regionibus vulgo** *YuJcon* **et in aliis regionibus, quae septentrionem versus Oceanum Arcticum attingunt; atque illis cathedram in ecclesia S. Iosaphat in praefata** *Edmonton* **urbe exstante Agimus. Tres istos Exarchatus Nobis et Sedi Apostolicae immediate subiectos volumus; eorumque pro tempore Praesulibus curam, regimen et administrationem tum in spiritualibus tum in temporalibus suorum cuique Exarchatuum plenarie committimus una cum omnibus iuribus, insignibus, privilegiis, nec non oneribus et obligationibus, ad normam sacrorum canonum et peculiaris Ruthenae Ecclesiae iuris, pastorali eorum ofiicio inhaerentibus. Ut vero Exarchi intra fines sui Exarchatus non iurisdictionis tantum sed ordinis quoque munera exercere valeant, uti Episcopi in suis dioecesibus, charactere ac titulo episcopali insigniendi erunt, eisque propterea aliqua ex titularibus Ecclesiis conferenda. Ecclesias porro quas supra memoravimus Ss. Wladimiri et Olgae in** *Winnipeg* **urbe, S. Iosaphat in** *Toronto* **urbe et S. Iosaphat in** *Edmonton* **urbe ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus eisque idcirco omnia concedimus iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae de iure fruuntur, dummodo iuxta probatum ritum ac legitimas consuetudines exerceantur. Exarchi autem eligendos curabant sex aut saltem quatuor Consultores, qui sint sacerdotes pietate, prudentia ac doctrina commendati et in Ordinarii sede vel locis vicinioribus commorantes, quique Ordinario consilio et opera in Exarchatus regimine et administratione praesto sint, eique sacra solemniter celebranti assistere valeant. Cum autem in Canadensi Ditione nondum habeatur Seminarium pro Ruthenis iuvenibus in spem Ecclesiae instituendis, volumus ut quam primum fieri poterit Exarchorum cura illud erigatur; interim vero Ordi-**

narii Ruthenorum Episcopos latinos rogent ut in sua Seminaria iuvenes in sortem Domino vocatos admittant. Exarchalis mensa, donec stabiles habeantur reditus, constituetur praestationibus ad instar eathedratici, quas, ab Ordinariis, suis auditis Consultoribus, iuxta aequitatem statutas, singulae cuiusque Paroeciae et communitates solvere debent, nec non oblationibus fidelium, in quorum bonum Exarchatus erecti sunt. De ceteris omnibus, utpote de clericorum iuribus et oneribus, de controversiis, si quae exoriantur, inter Exarchos et latinos Antistites, de byzantino ritu in sacris functionibus adamussim adhibendo, servanda iubemus quae sacri canones et normae in quae supra memoravimus Decretis praescribuntur. Decernimus insuper ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsequutionem demandatae fuerint, eo ipso omnes et singuli tum e clero saeculari, tum religiosi animarum curam habentes, Exarchatui illi censeantur adscripti, in cuius territorio actu legitime degunt. Volumus porro ut bona ecclesiastica, si quae sint, pertinere censeantur ad Exarchatum illum, in quo inveniuntur. Mandamus denique ut omnia documenta et acta, quae binos nuper erectos novos Exarchatus respiciunt, ad istorum curias ex veteris unici exarchatus cancellaria quam primum fieri poterit transmittantur, ut in earum archivis diligenter serventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad executionem mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Delegatum Apostolicum in Canadensi Ditione deputamus eique omnes et singulas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras, singulis praefatis Exarchatibus Apostolicis expediendas, quas propterea triplici exarari exemplari iubemus, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etsi specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus ; non obstantibus,

quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione digni quibus omnibus per praesentes derogamus. - Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptas, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem has Litteras Nostras, divisionis, erectionis, constitutionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die tertia Martii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

E. Card. IT S SER ANT
8. C. pro Eccl. Orient, a Secretis.

f **Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc,** *Dec, Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loec ¡Jí Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n.];5 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTUS NICOLAUS BARENSIS,. EI*. ET CONF., CIVITATIS AC DIOECESIS RIOIENSIS, IN REPUBLICA ARGENTINA., PRIMUS AC PRAECIPUUS PATRONUS CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Perennem esse Religionem a Christo Domino revelatam, hoc et de fide est, et a saeculari Ecclesiae historia comprobatum. Christus ipse, qui « usque ad consummationem saeculi » se cum suis fidelibus mansurum promiserat, est « semper vivens ad interpellandum pro nobis » ; neque Ipse solus, sed Sancti quoque Eius, quos suorum donorum gratiarumque supernaturalium in perpetuum

participes fecit. Haud proinde mirum, si etiam in praesens Sanctorum sepulchra gloriosa sint; si eorum « ossa pullulent de loco suo »; si denique fidelibus suis caeleste patrocinium, una cum miraculis, ac tutelam numquam deficientem nunc quoque praebeant benigneque significent. Quorum in numerum celeberrimus ille Sanctus, Deo dilectus et a Christifidelibus ut Thaumaturgus habitus, Nicolaus scilicet, qui, quamvis Myrae Lyciensis in Asia Minori Episcopus fuerit et ibi pie sancteque demortuus sit, Barensis tamen a Bario, Italiae urbe, ubi Eius sepulchrum exstat, appellatus fuit, iure meritoque referendus est. Sanctissimae Trinitatis invictus strenuusque defensor in Myrensi dioecesi nec non, uti fertur, in Sacrosancta Mcaena Oecumenica prima Synodo, ita a Deo miraculorum facultate donatus est, ut in Oriente prius, deinde in Occidente atque in universo catholico orbe nomen Eius in benedictionem evaserit. Paterna igitur animo Nostro quam maxime iucunda pervenit notitia per quam Sanctum Nicolaum Barensem, Episcopum et Confessorem, iam inde a pluribus saeculis, in civitate et dioecesi Rioiensi maximo cultu ac devotissima pietate honoratum esse accepimus. Eidem dicatum peramplum exstat Sanctuarium, quod re. me. Decessor Noster Pius Pp. XI, anno MCMXXXIV, ad dignitatem evexit Ecclesiae Cathedralis dioeceseos vixdum a semet ipso constitutae. Eo quotannis conveniunt ante Eius antiquum Simulacrum, innumerabiles fidelium turmae ex universa Reipublicae Argentinae dicione. In omnibus dioeceseos domibus supra laudati Sancti Nicolai Effigies colitur; in omnibus fere familiis uni saltem e filiis nomen Eius pie inditur ; omnes enim, tamquam praecipuum et dilectum Patronum, divum Nicolaum Barensem tali obsequio ac pietate prosequuntur, ut « Patrem nostrum » familiariter prope atque amice, Eum appellare soliti sint. Quam ob rem nonnulli Pontifices Decessores Nostri Indulgentiis ac privilegiis Rioiensem Sancti Nicolai Ecclesiam benigne ditaverunt, usque ad Decessorem Nostrum Pius Pp. X, fel. rec, qui, anno MCMXIII, aureum diadema, a semetipso benedictum, donavit, ut Eiusdem Simulacro imponeretur ; quod tamen serius factum est, anno MCMXX, Decessore Nostro Benedicto Pp. XV, rec. mem., feliciter regnante. Nos quoque, enixis Venerabilis Fratris Froylani Ferreira Reinafé, Rioiensis Episcopi, supplicationibus, nec non instantibus atque urgentibus Cleri, Procerum universique populi votis libenter obsecundantes, congruum tantae fidei praemium ac publicam luculentamque dilectionis Nostrae testificationem concedere volumus, ut, per Divum Nicolaum, magis magisque in dies honoretur Deus, qui « mirabilis est in Sanctis suis », atque Iesus Christus, Unigenitus Dei Filius ac Redemptor noster, qui est <(fons vitae et sanctitatis ». Quibus omnibus iure me-

ritoque perpensis, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine Sanctum Nicolaum Barensem, Episcopum et Confessorem, civitatis ac dioecesis Rioiensis, in Republica Argentina, primum ac praecipuum Patronum caelestem, omnibus ac singulis liturgicis privilegiis adiectis, quae principalibus locorum Patronis competunt, confirmamus, constituimus ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Decembris, in festo Sancti Nicolai Barensis, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Statu«

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO BE RELIGIOSIS

INSTRUCTIO

DE INSTITUTIS SAECULARIBUS

Cum Ssmus Dominus Noster Constitutionem Apostolicam *Provida Mater Ecclesia* promulgavit, ad ea omnia exsecutioni efficacius mandanda quae sapienter in Constitutione statuta fuerunt, Sacram Congregationem de Religiosis, cuius competentiae Instituta Saecularia commissa sunt *(Lex peculiaris,* Art. IV, §§ 1 et 2), deputare dignatus est, ipsi omnes necessarias et opportunas facultates ad hunc finem concedens.

Inter munera et officia quae ex hac pontificia deputatione, iuxta ipsius Constitutionis expressam definitionem, Sacram Congregationem gravant, illud recensendum quod « prout necessitas ferat atque experientia suffragetur, sive Constitutionem Apostolicam interpretando sive ipsam perficiendo atque applicando », ipsa Congregatio normas edere valeat, quae ad Instituta Saecularia generatim, vel ad aliqua ex eis singillatim necessariae seu utiles reputentur (Art. II, § 2, 2°).

Iamvero, etsi completae atque definitivae normae Instituta Saecularia respicientes, ne hodierna ipsorum Institutorum evolutio periculose coarctetur, in opportunius tempus melius differantur, tamen expedit ut aliqua, quae non ab omnibus in Constitutione Apostolica *Provida Mater Ecclesia* clare perspecta recteque fuerunt interpretata, planius statim declarentur atque in tuto ponantur, adamussim servatis praescriptionibus quae, in Litteris *Primo feliciter,* a Ssmo Domino Nostro Motu proprio, sub die XII decurrentis mensis datis, statuuntur. Hinc Sacra Congregatio, per modum Instructionis, supremas normas colligere et clare digestas edere decrevit, quae merito basilares reputandae sunt ad solide Instituta Saecularia inde ab initio constituenda et ordinanda.

1. Ut aliqua Associatio, etsi perfectionis christianae professioni atque apostolatus exercitio in saeculo impense dedita, nomen et titulum *Instituti Saecularis* assumere iure meritoque valeat, non solum illa omnia atque singula elementa habere debet quae, ad normam Constitutionis Apostolicae *Provida Mater Ecclesia,* ut necessaria et integralia Insti-

tutorum Saecularium recensentur ac definiuntur (Art. I et III), sed praeterea necesse prorsus est ut ab aliquo Episcopo, hac Sacra Congregatione prius consulta, approbata atque erecta sit (Art. V, § 2; Art. VI).

2. Associationes fidelium, quae rationem notasque habent in Constitutione Apostolica descriptas, ab hac Sacra Congregatione de Religiosis omnes ubique, sive in territoriis iuris communis sive in territoriis Missionum, iure ad normam ipsius Constitutionis dependent (Art. IV, §§ 1 et 2) et Constitutionis Legi peculiari subiiciuntur, nec quavis ratione vel titulo ipsis licet, iuxta Litteras *Primo feliciter* (n. V), inter communes Associationes fidelium (C. I. C, L. II, P. III) remanere, salvo n. 5 huius Instructionis.

3. Ad veniam pro erectione novi Instituti Saecularis obtinendam, Episcopus loci, et non alius, hanc Sacram Congregationem adire debet, eam distincte docendo de iis omnibus quae in Normis pro erectione et approbatione Congregationum ab ipsa S. C. de Religiosis editis (6 martii 1921, nn. 3-8) definiuntur, congrua tamen congruis referendo (Art. VII). Mittenda etiam sunt schemata Constitutionum (sex saltem exemplaria), lingua latina vel alia in Curia recepta exarata, et insuper Directoria aliaque documenta, quae ad Associationis rationem atque spiritum dignoscendum inservire valeant. Constitutiones ea omnia continere debent, quae Instituti naturam, genera sociorum, regimen, formam consecrationis (Art. III, § 2), vinculum e Sodalium Instituto incorporatione ortum (Art. III, § 3), communes domos (Art. III, § 4), membrorum institutionis rationem atque exercitia pietatis respiciunt.

4. Associationes quae ante Const. *Provida Mater Ecclesia* legitime, ad normam praecedentis iuris, erectae vel approbatae ab Episcopis erant, vel pontificiam Associationum laicalium aliquam approbationem obtinuerat, ut ab hac Sacra Congregatione qua Instituta Saecularia, sive iuris dioecesani sive pontificii, recognosci valeant, ad ipsam Sacram Congregationem documenta erectionis vel approbationis, Constitutiones quibus hucusque legebantur, brevem relationem historicam, disciplinarem et apostolatus, ac, praesertim si iuris tantum dioecesani sint, etiam testimonia Ordinariorum in quorum dioecesibus sedes habent remittere debent. His omnibus ad normam Art. VI et VII Const. *Provida Mater Ecclesia* perpensis atque attente examinatis, prout casus ferat venia erectionis vel Decretum laudis concedi poterit.

5. Associationes non ita pridem fundatae, vel non sufficienter evolutae iliaeque etiam quae in dies excitantur, etsi. spem bonam de se concipere merito faciant quod si res secunde procedant ex ipsis Instituta Saecularia solida ac genuina exurgere valeant, opportunius erit si non sta-

tim S. Congregationi proponantur ut venia erectionis ab ipsa impetretur. Ex regula generali, quae nonnisi gravibus de causis rigide probatis, exceptionem pati debet, hae novae Consociationes, donec sufficiens specimen dederint, sub paterna Auctoritatis dioecesanae manu et tutela retineantur et exerceantur, prius uti merae Associationes, quae facto potius quam iure existunt, deinde, non quidem per saltum sed pedetemptim atque per gradus, sub aliquibus ex formis Associationum fidelium, ut Piae Unionis, Sodalitii, Confraternitatis, iuxta casus evolvantur.

6. Dum hae praeviae evolutiones (n. 5) perdurant ex quibus clare demonstrandum est, revera de Associationibus agi, quae plenam vitae perfectioni et apostolatui consecrationem sibi proponunt, quaeque alias omnes habeant notas quae in vero Instituto Saeculari exiguntur, attente invigilandum est ne quidquam his Associationibus interne vel externe permittatur, quod praesentem ipsarum conditionem excedat, et specificae Institutorum Saecularium rationi et naturae respondere videatur. Illa praesertim vitentur quae, denegata postea venia pro erectione in Institutum Saeculare, facile auferri vel destrui non possent et Superioribus vim quamdam inferre viderentur ad approbationem concedendam vel nimis facile largiendam.

7. Ad iudicium securum et practicum ferendum de vera natura Instituti Saecularis alicuius Associationis, scilicet an ipsa in saeculari statu et conditione sua membra ad illam plenam consecrationem et deditionem efficaciter ducat quae, etiam in foro externo, imaginem referat status perfectionis completi, et quoad substantiam vere religiosi, haec sunt accurate perpendenda :

a) **an sodales qui, ut membra strictiore sensu sumpta Associationi inscribuntur, « praeter illa pietatis et abnegationis exercitia » sine quibus perfectionis vita vana illusio dicenda esset, tria generalia consilia evangelica una ex diversis formis quae Constitutio Apostolica admittit (Art. III, § 2), practice et solide, profiteantur. Possunt tamen admitti, ut membra latiore sensu accepta, et maiore vel minore vi seu intentione Associationis corpori adscripta, Sodales qui ad evangelicam perfectionem adspirent ipsamque in propria conditione exercere nitantur, etsi non singula consilia evangelica altiore gradu complectantur seu complecti valeant;**

b) **an vinculum, quo membra strictiore sensu sumpta et Associatio inter se ligantur,** *stabile^, mutuum* **ac** *plenum* **sit, ita ut ad normam Constitutionis, Sodalis Associationi se totum tradat et Associatio talis sit vel serio fore praevideatur, quae de Sodali curam gerere atque de ipso iure respondere velit ac possit (Art. III, § 3, 2°) ;**

c) an et qua ratione seu quo titulo sedes communes, quae in Constitutione Apostolica (Art. III, § 4) praecipiuntur, actu habeat seu habere nitatur, ut fines ad quos ipsae ordinantur obtineat.

d) an illa vitentur, quae Institutorum Saecularium naturae ac rationi non essent consentanea, ut ex. gr. : habitus qui non respondeat saeculari conditioni, vita communis ad modum vitae communis religiosae vel huic aequiparatae (Tit. XVII, L. II, C. I. C.) externe ordinata (Art. II, § 1 ; Art. III, § 4).

8. Instituta Saecularia, ad normam Art. II, § 1, 2°, Constitutionis Apostolicae *Provida Mater Ecclesia,* salvisque eiusdem Constitutionis Art. X, et Art. II, § 1, I°, Religionum aut Societatum vitae communis proprio peculiarique iure non obligantur neque ipso uti possunt. Sacra tamen Congregatio, aliqua particularia praescripta iuris religiosi Institutis Saecularibus etiam convenientia, per exceptionem, ad Constitutionis tenorem (ibidem, Art. II, § 1, 2°), accommodare et applicare, immo et criteria quaedam plus minusve generalia, experientia comprobata et rerum intimae naturae respondentia, prudenter ex illo iure requirere poterit.

9. In particulari : *a)* Etsi praescripta can. 500, § 3, stricte Instituta saecularia non respiciant, nec prout iacent eisdem applicare necesse sit, tamen ex eis solidum criterium et clara directio pro approbandis et ordinandis Institutis Saecularibus deduci consulto potest.

o) Etsi nihil impediat quominus, ad normam iuris (can. 492, § 1), Instituta Saecularia Ordinibus aliisque etiam Religionibus, ex speciali concessione, aggregari, et ab ipsis diversimode adiuvari et etiam aliquo modo moraliter dirigi valeant, tamen aliae strictioris dependentiae formae, quae Institutorum Saecularium regiminis autonomiae detrahere viderentur ipsamve tutelae plus minus strictae subiicere, etiamsi ab ipsis Institutis, mulierum speciatim, desiderentur et invocentur, non nisi diificulter, bono Institutorum attente considerato, atque spiritu et apostolatus cui incumbere debent natura ac ratione ponderatis, opportunisque adhibitis cautelis, concedi poterunt.

10. Instituta Saecularia, *a)* ex statu plenae perfectionis, quam profitentur, et ex totali apostolatui consecratione, quam imponunt, in hoc eodem genere perfectionis et apostolatus, ad maiora evidenter vocantur, quam ea quae fidelibus, optimis etiam, in Associationibus mere laicalibus aut in Actione Catholica aliisque piis operibus laborantibus sufficere viderentur; *b)* ita tamen propria apostolatus exercitia et ministeria, quae peculiares fines ipsorum Institutorum constituant, suscipere debent, ut eorum Sodales — vitatis accurate confusionibus — praeclarum abnega-

tae, humilis, constantis collaborationis cum Hierarchia exemplum, aliis fidelibus qui eos vident et observant, pro viribus praebere possint, salva semper interna eorum disciplina (cfr. Motu proprio *Primo féliciter,* n. VI).

11. *a)* Ordinarius, dum obtenta venia Sanctae Sedis erectionem Instituti Saecularis peragit, quod prius ut Associatio vel de facto vel ut Pia Unio seu Sodalitium exsistebat, definire poterit an expediat, relate ad conditionem personarum figendam et ad requisita in Constitutionibus Instituti computanda, rationem habere illorum quae prius facta fuerunt, ex. gr. probationis, consecrationis, etc.

b) In primis decem annis Instituti Saecularis, ab ipsius erectione computandis, Episcopus loci a requisitis aetatis, temporis probationum, annorum consecrationis aliorumque similium, quae pro omnibus Institutis generatim vel pro aliquo praescripta sint, dispensare potest in ordine ad officia, munera, gradus aliosque iuridicos effectus.

c) Domus seu centra ante canonicam erectionem Instituti fundata, si ex venia utriusque Episcopi ad normam can. 495, § 1 fuerunt constituta, ipso facto erectionis partes fiunt Instituti.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die XIX mensis Martii, Sancto Iosepho, Sponso Beatae Mariae Virginis, sacra, anno MDCCCCXXXXVIII.

ꝟ ALOISIUS Card. LAVITRANO,, *Praefectus.*

L. © S.

f Fr Lucas Hermenegildus Pasetto, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PAEAKUEN.-DE DAHOMEY (OUIDAHEJSfSIS)

DECRETUM

DE VICARIATUUM FINIUM IMMUTATIONE

Cum in Audientia diei 13 mensis Maii vertentis anni Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XII erexerit Praefecturam Apostolicam Parakuensem, idem Summus Pontifex in eadem Audientia, audita relatione sen-

tentiae Eminentissimorum Patrum huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, qui negotium, de quo agitur, in plenariis comitiis diei 10 eiusdem mensis et anni tractarunt, decrevit ut fines inter Praefecturam Apostolicam Parakuensem et Vicariatum Apostolicum de Dahomey, in posterum appellandum Ouidahensem, ita immutarentur, ut iidem essent ac fines civiles inter circulum civilem de Savalou, cuius territorium totum pertineret ad Vicariatum Apostolicum Ouidahensem, et circulum civilem de Parakou, cuius territorium cum pago Tchaourou totum pertineret ad Praefecturam Apostolicam Parakuensem, et insuper mandavit ut praesens ad rem Decretum in vulgus ederetur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 13 mensis Maii a. D. 1948.

P. Card. FTJMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

COLLEGIUM LITUANUM A SANCTO CASIMIRO IN URBE ERIGITUR

Feliciter peracta Visitatione Apostolica Seminariorum Reipublicae Lituanae anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, consilium initum est Ecclesiasticum Collegium Romae condendi, quo Clerici exciperentur mentis voluntatisque qualitatibus praestantes, ab Episcopis Lituanis mittendi, ut prope Supremam Magisterii Catholici Cathedram plenius excolerentur.

Immane tamen bellum rem infectam reddidit, quoad catholica Lituanorum gens penitus eversa eheu ! iacuit, clericalibus Seminariis ademptis ecclesiasticisque viris ex Patria profugientibus. Pauci quidem nunc praesto sunt iuvenes qui in sortem Domini instituantur, « quomodo si paucae olivae, quae remanserunt, excutiantur ex olea, et racemi cum fuerit finita vindemia)).[1] Hisce tamen nequissimis annis summopere ne-

[1] ***Is.,*** 24, 13.

cessitas urgebat Romam ex omnibus orbis plagis arcessendi omnes Lituaniae filios, qui Christi milites in animarum salutem fieri exoptent.

Quamobrem Lituanae Nationis Episcopi omnes, praeeunte Excmo Metropolita Kaunensi, suppliciter ab Apostolica Sede flagitaverunt ut Romae Collegium pro lituanis clericis iunioribusque sacerdotibus, qui sacris studiis operam navant, benigne conderet.

Unde factum est, favente in primis hac Sacra Congregatione, ut in Urbe congregaret nr clerici qui patriam dereliquerant terram, quibus nonnulli additi sunt sacerdotes, qui altiorem institutionem ecclesiasticae doctrinae assequi cupiunt. Consilio et opera Lituaniae Praesulibus adstantibus, qui constanter sollicitudinem manifestant, quam pro eis coram Deo habent,[2] anno Domini 1946 faustissimis auspiciis dicatum est « Collegium a Sancto Casimiro », aptissimis comparatis aedibus atque solertibus moderatoribus praepositis.

Nuper autem inchoati Collegii moderatores « Regulas » ad disciplinam, pietatem, studia fovenda huic Sacro Dicasterio protulerunt probandas, quas optimo spiritu imbutas libentissime comperimus.

Nunc vero, cum initia prospere cesserint, postulante Excmo Archiepiscopo Metropolita Kaunensi cum omnibus Suffraganeis suis, Augustus Pontifex, in Audientia diei 25 mensis Aprilis h. a., infrascripto Cardinali eusdem Sacrae Congregatons de Semnariis et Studiorum Universitatibus Praefecto referente, benigne annuere dignatus est ut canonice erigeretur in Urbe Collegium Lituanum *a Sancto Casimiro* nuncupatum.

Quapropter Sacra haec eadem Congregatio, auctoritate a Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII sibi concredita, erigit atque erectum declarat *Collegium Lituanum a Sancto Casimiro,* cum omnibus iuribus, officiis atque privilegiis, quae ad Ecclesiastica Collegia Romae condita pertinent. Servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Callisti, die 1 mensis Maii, in Festo Ss. Philippi et Iacobi App., a. D. 1948.

IOSEPH Card. PIZZARDO, *Praefectus.*

L. *rB* S.

f Ioseph Rossino, Archiep. tit. Thessalonicen., *Secretarius.*

[2] *II Cor.,* ***1,*** 12.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA E OTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (PIOTROWSKA-OROSZ)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Stanislai Orosz, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 9 Octobris 1948, hora undecima, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti domini Stanislai Orosz, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Henricus Caiazzo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 15 Iunii 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Stanislas Orosz, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 9 octobre 1948, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cast

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Stanislas Orosz devront, dans la mesure du possible, Pavertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM
OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CAMNES AUTHENTICE INTEEPBETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I

De iure Superioris religiosi inspiciendi subditorum litteras

D. **An religiosi exempti, in casibus in quibus Ordinario loci subiiciuntur, libere possint, ad normam can. 611, litteras nulli obnoxias inspectioni ad eundem Ordinarium mittere et ab eodem recipere.**

R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 27 m. Novembri a. 1947.

II

De privilegio fori

D. I. **Utrum, ad incurrendam excommunicationem vel suspensionem de quibus in can. 2341, sufficiat ut quis, ausu temerario, personam ex recensitis in eodem canone conveniat coram laico iudice ; an requiratur ut persona conventa re a iudice citetur.**

R. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

D. II. **An interpretatio data in responso ad dubium primum valeat retrorsum.**

R. Negative ; et vim exserit a die publicationis in *Actorum Apostolicae Sedis Commentario Officiali.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 m. Aprili a, 1948,

III

De matrimonio per procuratorem

D. **Utrum procuratorem, de quo in can. 1089 § 1, mandans ipse designare debeat ; an eiusdem designationem alii committere valeat.**

R. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 31 m. Maio a. 1948.

M. **Card.** MASSIMI, *Praeses.*

L. © S.

A. Coussa, Ordinis Basilianorum Aleppen., *a Secretis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

La Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata d'istituire il Comitato Centrale per il prossimo Anno Santo, compiacendosi in pari tempo di nominarne, con Biglietti della Segreteria di Stato in data 28 giugno 1948 :

Presidente Onorario : PEminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, Vescovo suburbicario di Ostia e di Frascati, Decano del Sacro Collegio, Vicario Generale della medesima Santità Sua per la città di Roma e distretto;

Presidente Effettivo : Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Valerio Valeri, Arcivescovo titolare di Efeso, Nunzio Apostolico;

Vicepresidente : Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Ludovico Kaas, Economo e Segretario della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di San Pietro;

Membri : Le Loro Eccellenze Reverendissime i Monsignori : Alberto di Jorio, Uditore Generale della Reverenda Camera Apostolica, Segretario dell'Istituto per le Opere di Religione; Celso Costantini, Arcivescovo titolare di Teodosiopoli di Arcadia, Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide; Giuseppe Rossino, Arcivescovo titolare di Tessalonica, Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi; Antonino Arata, Arcivescovo titolare di Sardi, Assessore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale; Luca Ermenegildo Pasetto, Arcivescovo titolare di Iconio, Segretario della Sacra Congregazione dei Religiosi; Alfonso Carinci, Arcivescovo titolare di Seleucia di Isauria, Segretario della Sacra Congregazione dei Riti; Alfredo Ottaviani, Assessore della Suprema Sacra Congregazione del Santo Offizio; Benedetto Renzoni, Assessore della Sacra Congregazione Concistoriale; Francesco Bracci, Segretario della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti; Francesco Roberti, Segretario della Sacra Congregazione del Concilio; Beniamino Nardone, Segretario della Sacra Congregazione Ceremoniale; Domenico Tardini, Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari; Giovanni Battista Montini, Sostituto della Segreteria di Stato di Sua Santità; Martino Giovanni O'Connor, Vescovo titolare di Tespia, Rettore del Pontificio Collegio Americano del Nord; Giovanni Urbani, Vescovo titolare di Assume, Assistente Ecclesiastico Generale dell'Azione Cattolica Italiana; gl'Illustrissimi e Reverendis-

sinu Monsignori: Federico Gallori di Vignale, Cameriere Segreto Partecipante di Sua Santità; Enrico Dante, Prefetto delle Cerimonie Pontificie; Carlo Grano, Capo del Protocollo della Segreteria di Stato di Sua Santità; Renato Fontenelle, Canonico Vaticano; il Reverendissimo Padre Anselmo M. Albareda, O. S. B., Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana;

Le Loro Eccellenze : il Principe Don Aspreno Giuseppe Colonna, Principe Assistente al Soglio Pontificio; il Principe Don Carlo Pacelli, Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano; il Marchese Don Giovanni Battista Sacchetti, Foriere Maggiore dei Sacri Palazzi Apostolici; il Principe Don Francesco Chigi della Rovere, Comandante della Guardia Nobile Pontificia; l'Illustrissimo Signor Conte Dott. Ing. Enrico Pietro Galeazzi, Direttore Generale dei Servizi Tecnici ed Economici dello Stato della Città del Vaticano;

Segretario **: il Reverendissimo Monsignor Sergio Pignedoli, a cui è pure affidato l'incarico dell'« Ufficio per l'Anno Santo », istituito presso la Segreteria di Stato di Sua Santità.**

NECROLOGIO

G	**aprile**	**1948.**	**Monsig.**	**Vargas Giovanni Domenico, Vescovo tit. di Gerara.**
19	»	»	**Monsig.**	**Chiolino Martino, Vescovo tit. di Calama.**
1	**maggio**	»	**Monsig.**	**Fourcadier Stefano, Vescovo tit. di Ippona Zàrito.**
2	»	»	**Monsig.**	**Joosten Francesco, Vescovo tit. di Sagalasso.**
11			**Monsig.**	**Tagliapietra Pietro, Arcivescovo di Spoleto.**
13		»	**Monsig.**	**Takach Basilio, Vescovo tit. di Zela, Esarca Apostolico dei Ruteni Subcarpatici in U. S. A.**
20	»	»	**Monsig.**	**Marsiglia Domenico, Arcivescovo di Rossano.**
21	»	»	**Monsig.**	**Faure Ramberto, Vescovo di Saint-Claude.**
29	»	»	**Monsig.**	**Ehrenfried Mattia, Vescovo di Würzburg.**
7	**giugno**	»	**Monsig.**	**Alvarez Gonzalez Enrico, Vescovo tit. di Sciro, Vicario Apost, di Urubamba e Madre di Dio.**
12	»	»	**Monsig.**	**Heavey Giovanni, Vescovo di Oairns.**
1	**luglio**	»	**Monsig.**	**Salman Paolo, Arcivescovo di Transgiordania dei Melchiti.**
[illegible]		»	**Monsig.**	**Arrigoni Luigi, Arcivescovo tit. di Apamea di Siria, Nunzio Apostolico nel Perù.**
t	»	»	**Monsig.**	**Righetti Pasquale, Vescovo di Savona e Noli.**

An. et vol. XL 16 Augusti 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

MOTU PROPRIO

ABROGATUR ALTERUM COMMA PARAGRAPHI SECUNDAE CAN. 1099

PIUS PP. XII

Decretum *Ne temere,* **decessoris Nostri fel. rec. Pii X iussu latum, statuerat (art. XI) omnes in Ecclesia catholica baptizatos, etiamsi ab eadem postea defecissent, teneri ad servandam matrimonii formam in Concilio Tridentino definitam.**

Verum ne irrita evaderent matrimonia eorum qui, ab acatholicis nati et in Ecclesia catholica baptizati, ab infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate vel sine ulla religione adolevissent, in Codice Iuris Canonici statutum fuit huiusmodi baptizatos non teneri ad canonicam matrimonii formam servandam.

At experientia triginta annorum satis docuit exemptionem a servanda canonica matrimonii forma, huiusmodi in Ecclesia catholica baptizatis concessam, bono animarum haud emolumento fuisse, immo in solutione casuum saepe saepius difficultates multiplicasse ; quamobrem Nobis visum est expedire ut memorata exemptio revocetur.

Et ideo Nos, auditis Emis ac Revmis Patribus Supremae S. Congregationis S. Officii, Motu Proprio ac de plenitudine Apostolicae potestatis, decernimus ac statuimus omnes in Ecclesia catholica baptizatos teneri ad canonicam matrimonii formam servandam ; abrogamus itaque alterum comma paragraphi secundae can. 1099, et iubemus ut verba *item ab acatholicis nati, etsi in Ecclesia catholica baptizati, qui ab infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate aut sine ulla reli-*

gione adoleverunt, quoties cum parte acatholica contraxerint **ex can. 1099 expungantur.**

Hac autem arrepta occasione, Missionarios ceterosque Sacerdotes admonemus ut iidem praescripta canonum 750-751 sancte servent.

Mandamus igitur ut hae Litterae Apostolicae Motu Proprio datae in *Acta Apostolicae Sedis* **referantur, ac statuimus ut, quae in iisdem iussa sunt, vim suam exerant a die 1 Ianuarii anni** MCMXLTX.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die i mensis Augusti, in festo S. Petri in Vinculis, anno MCMXLVIII, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE IRINGA
(IRINGAËNSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE IRINGA, IN AFRICA ORIENTALI BRITANNICA, AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Digna sane habetur quae ad maioris dignitatis gradum evehatur quaevis enascens inter infideles gentes Ecclesia, si catholica res non mediocre illic incrementum susceperit. Cum itaque in Africa Orientali Britannica Praefectura Apostolica de Iringa, per sedulas potissimum Evangelii praeconum Instituti Missionum a Consolata, cui Praefectura illa concredita est, curas, Deo adiuvante, laetos retulerit fructus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem illam provehere visum est. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Christiano Nomini Propagando regimini praepositorum consilio, attento venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni, in Bithynia et Apostolici Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae Delegati, favorabili voto, suppleto quatenus opus sit,

quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia Praefecturam Apostolicam de Iringa, eius servatis finibus, in Vicariatum Apostolicum, Iringaënsem nomine, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, erigimus et constituimus; et eum praefato Missionum a Consolata Instituto, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam in posterum concreditum volumus. Novo autem huic Vicariatui Apostolico Iringaënsi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die octava Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E, Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI — **P. Card. FUMASONI BIONDI**

S. *Collegii Subdecanus.* — *S. C. de Propaganda Fide Praefectus.*

† Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost.*

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

EXPEDITA

die quartadecima Februarii, anno nono

Alfridus Marini, *Plumbator.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIV, n. 98. — Al. Trussardi.

II

DE BASANFKUSU (BASANKUSUENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BASANKUSU IN CONGO BELGICO AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM^ BASANKUSUENSIS NOMINE, EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad potioris dignitatis gradum solent Romani Pontifices, pro supremo sibi divinitus concredito universalis Ecclesiae regimine, quamvis inter infideles Missionem extollere, si insignes illic assidue fructus retulerit vera Christi religio. Quum itaque Praefectura Apostolica de Basankusu in Congo Belgico per sedulas Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill sodalium curas, quibus illa concredita est, laetos, praesertim postremis hisce temporibus, evangelizationis fructus, opitulante Deo, retulerit, digna visa est quae ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehatur. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento favorabili voto venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani et Apostolici in Congo Belgico Delegati, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia atque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine Apostolicam illam Praefecturam de Basankusu, eius servatis territorii finibus, in Vicariatum Apostolicum, Basankusuensem nomine, erigimus et constituimus; quem Apostolicis praefatae Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill sollicitudinibus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, adhuc commissum volumus ac decernimus. Novo itaque huic Vicariatui Apostolico Basankusuensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici sub-

scriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die octava Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

P. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
&. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die vicesimasexta Februarii, anno nono
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIV, n. 96. — Al. Trussardi.

III

MASSILIENSIS

CATHEDRALIS ECCLESIA MASSILIENSIS A METROPOLITICO IURE AQUENSIS ECCLESIAE EXIMITUR, ATQUE AD ARCHIEPISCOPALIS ECCLESIAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter conspicuas Galliae dioeceses iure meritoque recensetur Massiliensis. Ipsa enim nedum vetustate praefulget, quippe quae aevum ipsum Apostolicum censeatur attingere, sed firmitate gloriatur in catholica fide, necnon perpetua fidelitate atque omnimoda erga Romanos Pontifices devotione, qui ideo Massilienses Episcopos singulari Pallii privilegio donavere. Quae quidem perpendentes atque prae oculis habentes civile, quo in praesentiarum Massiliensium civitas potitur, momentum, Nos, cupientes venerabili Fratri Ioanni Delay, hodierno Antistiti Massi-

liensi, clero et populo christiano aliquod benevolentiae Nostrae testimonium praebere, Iubenti animo excipere censuimus preces, quibus ab illius dioecesis Capitulo Cathedrali enixe postulatum est ut Episcopalis Sedes Massiliensis ad Archiepiscopalis dioecesi? honorem et fastigium evehere dignaremur. Quapropter, habito favorat ii voto venerabilis Fratris Angeli Ioseph Roncalli, Archiepiscopi titularis Mesembriani et in Gallia Nuntii Apostolici, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Ecclesiam cathedralem Massiliensem, hactenus metropolitanae Ecclesiae Aquensi suffraganeam, ab istius metropolitico iure eximimus et Nobis et Apostolicae Sedi immediate subiicimus, eamdemque ad Ecclesiae Archiepiscopalis gradum et dignitatem, sine ulla tamen dioecesium suffraganearum adsignatione, evehimus et extollimus ; et illi simul omnia et singula tribuimus iura et privilegia, quibus ceteras in catholico orbe archiepiscopales Ecclesiae fruuntur et gaudent. Massiliensem exinde Antistitem pro tempore exsistentem Archiepiscopi titulo ac dignitate posthac auctum declaramus; eidemque indulgemus ut, una cum ceteris archiepiscopalibus insignibus et honoribus, praeter Pallii usum, quo iam gaudet, Crucis quoque prae se ferendae privilegio cohonestari queat ad legum liturgicarum normam et intra fines tantum suae archidioecesis. Canonicorum porro ordinem maximi templi, cathedralis nempe ecclesiae Massiliensis, ad archiepiscopalis Capituli honorem ac fastigium evehimus cum omnibus pariter iuribus et privilegiis, quibus Archiepiscopalia Capitula iure communi fruuntur et gaudent. Iisdem insuper praesentibus Litteris venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Ioannem Delay, in praesenti Episcopum Massiliensem, pro aucta suae dioecesis dignitate, in Archiepiscopum Massiliensem promovemus et constituimus atque talem ab omnibus haberi volumus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem diximus Fratrem Angelum Ioseph Roncalli, in Gallia Nuntium Apostolicum, deputamus et ei necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad efectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum actorum peractae exsecutionis exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac declaramus,

contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem fides tribuatur ac praesentibus. Nemini autem hanc paginam exemptionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contradicere liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die trigesima prima Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAOGIANI
S. Collegii Decanus.

Fr. R. C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis.

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apos.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cano. Ap., vol. LXXV, n. 86 - Al. Trussardi.

IV

QUITENSIS
(AMBATENSIS)

EX QUITENSIS ARCHIDIOECESIS TERRITORIO PARS DISMEMBRATUR ET NOVA EXINDE AMBATENSIS DIOECESIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad maius spirituale christifidelium bonum procurandum, eorum denique regimen facilius reddendum conducere videantur, ea Nos, pro omnium Ecclesiarum qua urgemur sollicitudine, studiose praestare satagimus. Novas hinc dioeceses erigendas curamus, illas praecipue dismembrando, quae et territorii vastitate et fidelium numero redundare censeantur. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, suffragante venerabili Fratre Ephrem Forni, Archiepiscopo titulari Darnitano et in Republica Aequatoriana Nuntio Apostolico,

annuente venerabili Fratre Carolo Maria De La Torre, Archiepiscopo Quitensi, lubentissime excipiendas duximus preces, quibus a Nobis expostulatum est ut a latissimo Quitensis archidioecesis territorio partem separare velimus et novam exinde dioecesim constituere. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine, ex archidioecesis Quitensis territorio partem illam distrahimus, quae provinciam civilem complectitur, cui nomen vulgo *Tunguragua,* et ex ea novam erigimus et constituimus dioecesim *Ambatensem* appellandam. Istius proinde fines attingent : in parte septentrionali Archidioecesim Quitensem; in meridionali et occidentali dioecesim Bolivarensem atque in orientali Vicariatum Apostolicum Napensem et Praefecturam Apostolicam de Canelos. Nova itaque haec dioecesis quae sequuntur habebit paroecias : *Ambato, J zamba, Atocha, S. Bartholomaei, Quisapincha, Pasa, Pilahuin, Tisaleo, Mocha, Gemllos, S. Rosae de Minarica, Picaihua, Pelileo, Huambalo, Baños, Patate, Quero, Pillaro, 8. Andreae, $. Migueliti.* Dioecesim hanc, ita erectam et limitibus circumscriptam, suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Quitensi, eiusque pro tempore Antistites Quitensium Archiepiscoporum metropolitico subiicimus iuri. Sedem episcopalem in « Ambato » urbe, a qua dioecesis mutuatur nomen, constituimus, quam proinde, civitatis episcopalis titulo ac dignitate insignitam, iuribus et privilegiis, quibus ceterae episcopales sedes iure communi fruuntur, exornari decernimus. Parochialem autem ecclesiam, Deo in honorem S. Ioannis Baptistae dicatam, ibidem exstantem, in qua Episcopi cathedram Agimus, ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, cui propterea et Ambatensibus pro tempore Episcopis insignia, privilegia, honores iuraque omnia et singula tribuimus, quibus ceterae per orbem cathedrales ecclesiae earumque Praesules fruuntur; illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri Episcopi adstringuntur. Mensam Episcopalem, praeter curiae emolumenta et fidelium oblationes, constituet dos ab Aequatoriano Gubernio adsignata. Ad Ambatensis insuper huius Ecclesiae decus et Episcopi senatum constituendum, per alias Apostolicas Litteras Capitulum Cathedrale erigendum decernimus; indulgemus vero ut, donec canonicorum hoc coetu dioecesis carebit, eorum loco ad iuris tramitem Consultores dioecesani eligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut quamprimum fieri poterit iuxta Codicis iuris canonici et S. Congregationis de Seminariis et Universitatibus praescripta, parvum saltem Seminarium erigatur et ex eo duo selecti iuvenes aut modo saltem unus, non intermissa vice ad Collegium Pium Latinum America-

num in Urbem instituendi mittantur. Quod vero ad dioecesis attinet administrationem, regimen, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, aliaque iura et officia, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Ad clerum vero quod peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici novae censeantur adscripti dioecesi, in provinciae Tunguragua territorio domicilium habentes. Mandamus denique ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, quantocius a Cancellaria Quitensis archidioecesis ad Ambatensis mittantur Cancellariam ut in huius archivo diligenter asserventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Nuntium Apostolicum in Aequatoriana Republica deputamus, cui necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actorum peractae exsecutionis quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, delegationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die vicesima octava Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

Fr. R. C. Card. ROSSI
S. *C. Consistorialis a Secretis.*

Ludo vicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Conc. Ap., vol. LXXV, n. 66 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI FAMULA IOANNA A CRUCE, IN SAECULO IOANNA DELANOUE, VIRGO, INSTITUTI SANCTAE ANNAE A PROVIDENTIA FUNDATRIX, BEATA RENUNTIATUR.

. PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Divini Redemptoris exempla ac praecepta, in sacris Libris et per Ecclesiae magisterium tradita, beroice sequi atque ad ea intellectum, voluntatem sensusque omnes, vitam denique totam, effingere, Sanctorum proprium est, adeo ut ipsis recte proprieque illud aptari possit quod de se dixit Apostolus : « Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus)).[1] Sapientissimus tamen Deus, cum ad perfectionem, vel summam, aliquam animam vocat et suaviter trahit et dulciter impellit, eius dotes naturales neque supprimit neque aufert, sed potius confirmat et gratia sua replet, et ad supernaturalem elevat ac rapit mysticam unionem. Accidit proinde ut quivis Sanctus animi ingeniique indolem suam, etsi divina gratia mutatam, conservet, et quod magis sibi consentaneum in Evangelio Christi inveniat, hoc tantum ad propriam sanctificationem convertat suamque vivendi formam efficiat. Haud aliter evenit, divino sane consilio, Venerabili Servae Dei Ioannae Delanoue, cuius sanctitas firmatur ac solidatur in Christi praecepto : « Quaerite primum Regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis ».[2] Quibus verbis Veritatis Magister Apostolos discipulosque suos exhortatus fuerat ut nullo cibi aut vestium defectu nullaque bonorum terrestrium inopia turbarentur, sed potius in Deum solum in Eiusque paternam providentiam omnino confiderent ; ita ut « Divinae Providentiae Sancta » vocari possit ipsa Dei Famula, quae, cum, se totam Christi pauperibus, et aegrotis, et relictis ab omnibus dicando, « Regnum Dei » esset interpretata et quaesivisset, « Mater pauperum » a suis civibus tunc habita est, et etiam nunc a fidelibus sibi devotis iure meritoque dulci hoc nomine appellatur. Orta Salmurii, parva in civitate dioeceseos Andegavensis in Gallia, anno supra millesimum sexcentésimo sexagesimo sexto, mense Iunio, die decima octava, quae in feriam incidit sextam, Domini Passioni mortique salutiferae sacram, Ioanna duodecimum fuit honesti coniugii pignus Petri Delanoue et Franciscae Hureau, qui minorem exercebant mercaturam

[1] *Cal.,* II, 20.

[2] MATTH., VI, 33.

in vico « Fenêt », ad sanctuarium Beatae Mariae Virginis Perdolentis « des Ardilliers ». Citius amisso patre, matre autem verbis et exemplis hortante, Ioanna Religioni ac piis operibus dicatam pueritiam transegit, mariale Rosarium cotidie perdiscendo. Sed, cum de Angelico Pane haud bene primitus libato anxia dubitasset, atque idoneum suae conscientiae moderatorem invenire non potuisset, a pristino pietatis fervore, in sua iuventa, paulatim adeo descivit, ut, parentum mercaturam exercens, quamvis festivo Missam audiendi praecepto nunquam praetermitteret, tamen, sicut tunc ibi mos erat, tabernam conducere solita esset. Deus vero, super Eam paterne vigilans, securum ac prudentem confessarium ut Ipsa inveniret provide disposuit, pariterque viduam quandam piissimam, sanctitatis fama iam celebrem, Franciscam Souchet, a qua pluries divinitus monita, ad meliorem altioremque vitae spiritualis frugem se recepit. Nisi enim Dei Famula, haud sine divino consilio, sive sacerdotem illum, Geneteau nomine, sive piam illam foeminam rhedonensem invenisset, qui in Eiusdem cor et fiduciam et amorem erga Deum excitarent, in vaferrimam illam et omni spe carentem haeresim, Iansenisticam dicimus, incidere potuisset, quam Ipsa constanter firmiterque oppugnaverat. Optimis autem eorum consiliis docilis obtemperans, et a mercatura diebus festis se abstinuit, et ad flagrantiorem pietatem se disposuit. Enimvero, circa Pentecosten, uno vix elapso anno post matrem amissam, ad pedes Virginis Perdolentis corde concepit evangelicum illud : « Vade, vende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo ».[3] Raptum spiritus triduanum, feria sexta post Corporis Christi festum, passa, ad Sanctum Martinum Turonensem peregrinata est, coepitque exinde orphanas, vetulas, aegrotas perditasque mulieres in suam colligere domum, quae per iocum « Providentia » iam tum audiebat. Quam domum cum praeceps de monte saxum obruisset, in aliam cum hospitibus suis Dei Famula confugit. Deinde, acceptis e dioecesi Turonensi duabus virginibus, anno novi saeculi quarto, in festo Sanctae Annae, matris Beatae Mariae Virginis, Dei Famula, cum tribus sociabus eisdem habitu sumpto, Instituti Sororum Sanctae Annae Servarum pauperum fundamenta iecit ; cuius Instituti Andegavensium Episcopus quinque post annos, die vicesima nona mensis Septembris, Statuta probavit, maxima cum sapientia concinnata, caritate Dei et proximi flagrantia ac divinae Providentiae praesidio penitus innixa. Interea spiritum Ioannae, quae et Ioanna de Cruce religioso nomine et « Prima Serva » appellata est, probaverat Ludovicus Grignion de Montfort, quem Nosmet

[3] MATTH., XIX, 21.

ipsi inter Sanctos nuperrime adnumeravimus. Ipse tunc erat ex Urbe redux atque ad sanctuarium « des Ardilliers » peregrinus. E domo « Fontis », in qua Sanctus hospitio exceptus fuerat, decem post annos Dei Famula transmigravit in domum « Trium Angelorum » ; et apud eam, anno postero, millesimo septingentésimo decimo septimo, pauperum et degentium aucto numero, nova sedes « Magnae Pravidentiae » aedificari coepta est. In qua fulgidas exercuit virtutes Ioanna, videlicet : evangelicam paupertatem, summam humilitatem, asperam paenitentiam, frequens ieiunium, sensuum corporisque totius heroicam mortificationem, diu nihilominus sana et valida permanens ; demum, uno circiter ante mortem anno, in febrim incidit vehementerque ex capite laboravit. Quattuor insuper menses in spiritus angustiis versata est; pacem deinde « quae exsuperat omnem sensum »,[4] recuperava. Tum in Deum rapta, Deum anhelans, Deum more sponsae Canticorum allocuta, sacro roborata Viatico, filias hortata ut et Providentiae plane fiderent et pauperes curarent, obdormivit in Domino postridie Festum Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae, anno supra millesimum septingentésimo trigesimo sexto, Salmurii, in vico « Fenêt », in domo « Providentiae », in ipsis, in quibus diu meruerat, castris christianae caritatis. « Obiit illa Sancta », secundum populi vocem, ad virgíneas exuvias accurrentis, quasi sacras veneraturi reliquias. Quae, primum in sacello «Providentiae » depositae, sexaginta post annos ad sanctuarium « des Ardilliers » translatae sunt, ad quod et religiosae sorores et hospites transmigrarunt. Centesimo post eius obitum anno decentius in sacello chori religiosarum collocatae sunt ; ab anno denique millesimo octingentesimo primo in Ecclesia apud domum Congregationis principem requiescunt, ubi olim abbatia Benedictina exstabat Sancti Florentii ; ibique magna coluntur veneratione. Sunt enim velut evangelicum illud « granum frumenti », quod non ipsum solum manet, sed, cum in terram cadens mortuum fuerit, ((multum fructum affert ».[5] Etenim Institutum « Sororum a Sancta Anna de Providentia », seminatum in benedictionibus, de benedictionibus et metitur.[6] Quae vero bonum semen iecerat, iure meritoque clarificanda erat. Propterea, ob virtutum famam, qua, vitam adhuc mortalem agens, Dei Serva inelaruerat, nec non ob prodigia quibus tum ante tum post eiusdem mortem Deus Famulae suae sanctitatem confirmasse dicebatur, de Beatorum Caelitum honoribus ipsi Venerabili decernendis, processibus Ordinariis iam de more confectis, penes Sacrorum Rituum Congre-

[4] *PMI.*, IV, 7.

[5] IOANN., XII, 24.

[6] Cfr. ***n Cor.***, IX, 6.

gationem Causa agitari coepta est, ita ut per Decretum, die decima secunda mensis Decembris anno millesimo octingentesimo nonagésimo octavo editum, rec. mem. Leo Pp. XIII, Decessor Noster, Introductionis Causae Commissionem manu propria signaverit. Postea, Apostolicis inquisitionibus legitime peractis, de Ioannae Delanoue virtutibus disceptatio inita est. Porro, die vicesima mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo vicesimo, Congregatio Antepraeparatoria, coram cl. mem. Cardinali Andrea Frühwirth, ex Ordine Praedicatorum, tunc temporis Causae Ponente seu Relatore, habita fuit. Praeparatoria vero, Cardinali Camillo Laurenti, rec. mem., Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, Cardinalibus adstantibus, die vicesima quarta mensis Maii anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo, subsecuta est. Congregatio demum Generalis coram Pio Pp. XI, fel. rec, Decessore Nostro, habita est die vicesima octava mensis Maii anno millesimo nongentesimo vicesimo nono. In ea a supra memorato Cardinali Ponente propositum est dubium de heroicitate virtutum sive theologalium sive cardinalium Venerabilis Dei Famulae Ioannae Delanoue : disceptationi aderant tum Eminentissimi Cardinales tum Patres Consultores, qui suffragia sua ediderunt. Idemque Decessor Noster virtutes ipsius Venerabilis heroicum attigisse fastigium Decreto suo sancivit eodem anno, die septima mensis Iunii. Agitata dein quaestione de tribus miraculis, quae, ipsa Virgine intercedente, a Deo patrata ferebantur (quum a quarto, ex apostolica benignitate, dispensatum sit) tres Congregationes habitae sunt : Antepraeparatoria scilicet, die trigesima prima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo trigesimo nono, coram S. R. E. Cardinali Carolo Salotti, tunc Sacrae Rituum Congregationis Praefecto atque Causae Ponente, quem Deus ad caelestem patriam nuperrime vocavit ; Praeparatoria autem, adstantibus eiusdem Sacrae Congregationis Cardinalibus, die decima octava mensis Iunii anno millesimo nongentesimo quadragesimo. In Generali demum Congregatione die decima prima mensis Novembris anno supra millesimum nongentesimo quadragesimo primo coram Nobis habita, dubio de miraculis ab eodem complorato Cardinali Ponente proposito, omnes Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores, pro sua quisque conscientia, responderunt ; Nosmet ipsi, per Decretum die decima sexta eiusdem mensis editum, de tribus miraculis constare declaravimus, proindeque in casu ulterius procedi posse. Illud tantum supererai discutiendum, num Venerabilis Dei Famula inter Beatos Caelites tuto foret recensenda. Hoc dubium propositum est a desideratissimi memorato Cardinali Carolo Salotti in Generalibus Comitiis coram Nobis habitis die sexta mensis Decembris ipsius anni quadragesimi primi; omnesque qui aderant tam

Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, quam Praelati Officiales Patresque Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus atque iterandas esse preces censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem decima prima die mensis Ianuarii anno supra millesimum nongentesimo quadragesimo secundo, nempe Dominica infra octavam Epiphaniae,'Eucharistico Sacro rite litato, accitis laudato Cardinali Ponente atque Dilectis Filiis Alfonso Carinci, Congregationis Rituum a Secretis hodieque Seleuciensi in Isauria titulari Archiepiscopo, et Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, *tuto* procedi posse ad Venerabilis Dei Servae Ioannae Delanoue Beatificationem ediximus. Quae cum ita sint, Nos, precibus etiam permoti Instituti Sororum « Sanctae Annae a Providentia », Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, facultatem facimus ut eadem Venerabilis Famula Dei Ioanna Delanoue, idest Soror Ioanna a Cruce, praefati Instituti Sororum « Sanctae Annae a Providentia » Fundatrix, *Beatae nomine in posterum nuncupetur,* eiusdemque corpus et reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae Christifidelium venerationi proponantur; ac praeterea permittimus ut ipsius Beatae imagines radiis in posterum decorentur. Eadem quoque Nostra auctoritate concedimus ut de Beata ipsa quotannis Officium recitetur et Missa celebretur de Communi Virginum, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri tantum largimur in Andegavensi dioecesi, ubi nata est Famula Dei et migravit ad Dominum ; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum « Sanctae Annae a Providentia » utitur, ab omnibus Christifidelibus qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a Sacerdotibus omnibus tam e saeculari quam e religioso clero ad templa seu sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Facultatem denique impertimur ut Beatificationis Venerabilis Servae Dei Ioannae Delanoue sollemnia, servatis servandis, supradictis in templis, seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum postquam in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint sollemnia eadem peracta. Constitutionibus non obstantibus atque Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint, eiusdemque Congregationis sigillo munita, in discepta-

tionibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die nona mensis Novembris, xxiv Dominica post Pentecosten, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

VENERABILIS DEI FAMULUS FRATER BENILDUS, IN SAECULO PETRUS ROMANÇON, INSTITUTI FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM SODALIS, BEATUS RENUNTIATUR.

PIFS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Admirabilis Dei Providentiae illud semper fuit Sanctae Christi Ecclesiae ea largiri adiumenta quae temporum ac rerum adiuncta postularent atque e Christifidelibus opportuno tempore viros et mulieres excitare omnibus quidem virtutibus ornatos, illis vero potissimum, quibus magis opus esset. Quod etiam de Venerabili Dei Famulo evenit Fratre Benildo e Religiosa Familia Fratrum Scholarum Christianarum, a Sancto Ioanne Baptista de La Salle fundata, qui in Gallia, foecundissima sanctorum terra, eo tempore floruit, quo, ob continuas et graves rei publicae perturbationes, recta puerorum et adolescentium institutio magis necessaria simulque difficilior evaserat; et eiusdem Famuli Dei praeclara virtutum exempla fidelibus omnibus, educatoribus praecipue, sectanda proponuntur hac nostra aetate, qua, optatissima, post teterrimum bellum, vera pace nondum hominibus arridente, non minus necessarium quam arduum videtur adolescentium et iuvenum recte fingere mores. Claromontensis Dioeceseos intra fines, *Thureti* in humili oppido, natus est Dei Servus anno reparatae nostrae salutis millesimo octingentesimo quinto, die decima quarta mensis Iunii, ex Ioanne Romançon et Anna Chanty, non fortunae bonis annuentibus sed christiana pietate praestantibus. Susceptum a Deo infantem parentes Sacri Baptismatis undis regenerandum festine curarunt, eidemque Petri nomen indiderunt. Ceterum de eius familia, pauca nobis innotuerunt cum ipse de se aut de suis rebus perraro et parce loqueretur : id unum constat instituendi ad omnem pietatem pueri matris praecipuam fuisse curam, quae ad

sacram aedem saepe eum adducebat ut inibi secum oraret et adstaret sacris. Impensae matris sollicitudini puer optime respondebat qui pius, docilis, oboediens et ad virtutem pronus crescebat. Neque omiserunt parentes eum primis litterarum rudimentis excolere, ideoque in disciplinam datus est cuidam Ioanni Délais memorati oppidi ludimagistro. Cum autem, rustici nimis tardique ingenii habitus, ab aequalium consuetudine et ludibus esset alienus, eorum iocis et irrisionibus obiectus, non modo patientiam praesetulit supra aetatem, sed celérrimo in studiis profectu quo omnes anteivit, quantum iidem deciperentur clare demonstravit. Interea tamen, cum essent parentes eius agrorum culturae addicti, gregem custodiedum identidem puero tradebant, qui agrorum solitudine utebatur ut pios legeret libros, atque animum liberius coram naturae conspectu ad Deum attolleret. Mirum autem erat, et veluti futurae eius vitae praesagium, puerum conspicere aequales congregantem ut eos christianae cathechesi.? rudimenta doceret. Admiratione correptus erga Fratres a Scholis Christianis, quos Claromontensi in civitate viderat singulari modestia Beatae Virginis Rosarium recitantes, ad idem Institutum sensit se quodammodo abripi, quod suis parentibus sine mora aperuit. Qua in vocatione mire sese confirmari expertus est quo die primum ad Sacras Agni Dapes suscipiendas accessit. Faciles obsecundarunt parentes qui ad finitimum pagum Rigodunum, ubi scholas praefati Fratres habebant, eum miserunt. In sancto proposito obfirmatus, inter tyrones ut cooptaretur postulavit, at ob pusillam corporis staturam eius petitioni satis non est factum, donec, decimum sextum agens aetatis annum, paulo procerior effectus fuit. Claromontensi in urbe tyrocinium inivit, cui qui tunc praeerat sapiens moderator, Frater Aggaeus, quasi superno lumine illustrata, vaticinatus est adolescentem illum aliquando Lasalliani Instituti gloriam futurum esse. Beni!di nomine accepto ac tyrocinio egregia laude expleto, ad suscipiendam puerorum institutionem accessit, ut eis vicissim omnia bona redderet quae per sodales religiosos primus receperat. Mortua interim piissima eius mater est, quapropter, habita Superiorum venia, parumper rediit ad suos rursusque ad religiosam familiam quam cito reversus est. Nuncupatis votis ad tempus primum, deinde perpetuis, in uno semperque eodem Benildus ministerio vixit, erudiendae et sanctificandae pueritiae intentus, nisi quod interdum, ut erat obedientiae et humilitatis studiosissimus, viliora etiam officia, necessitate postulante, obivit, exempli gratia coqui, ianitoris, olitoris et hisce similia. Multa memorantur sive civitates, sive oppida in quibus Dei Servus praenobile sed gravissimum puerorum magistri munus sancte et fidelissime semper explevit : Rigodunum, Aureiiacum, Claroniontium, Lemovicum,

Molinae, Billiomagus, aliaque passim, quae breviore vel diuturniore commoratione suae virtutis exemplis aedificavit et quarum succrescenti soboli, Divini Magistri vestigiis inhaerens et Sancti Fundatoris suae Congregationis monita sequutus, mirabiliter docendo profuit. Anno vero millesimo octingentesimo quadragesimo primo, aetatis suae sexto supra trigesimum, a Billiomago, ubi erat scholarum praefectus, Saguium in urbem, vulgo « Saugues », ad Ligerim, translatus est ut novam ibi domum Sodalibus constitueret et novas scholas, quibus civitas carebat et quibus, ob peculiares temporis, loci et incolarum conditiones maxime opus habebat, iuventuti incultae et ab omni fere disciplina alienae, procuraret. Eius adventus mira populi frequentia et laetitia celebratus est adeo ut speciem quamdam triumphi retulerit. Gravia nihilominus, saltem initio, perferre debuit ille, una cum Sodalibus suis, non solum a civibus sed et a Parocho loci, qui aliam Congregationem optaverat; quos tamen flexit spectata Fratris Benildi virtus, flexerunt uberrimi fructus quos Sodalium institutio progenuit. Per annos viginti et amplius, id est usque ad obitum, Famulus Dei in memorata urbe commoratus est, Scholarum Praesidis gravi munere fungens, pietate, prudentia, doctrina, caritate in Deum et proximos, omnibus uno verbo virtutibus, iis praecipue quae Religiosi Sodalis et christiani magistri propria esse debent, in exemplum praefulgens. Talis enim fuit eius pietas in Deum, ut numquam docere pueros aggressus sit, quin antea animum suum oratione firmaverit et lumen coelitus petierit. Filialis autem eius amor in Beatissimam Virginem Mariam, quae quodammodo eum ad religiosam vitam vocaverat, eluxit praesertim cum nonnullos variae aetatis et varia ex classe suos alumnos selegerit qui vicissim ante Deiparae signum, ipso verbo et exemplo praeeunte, singulis horis Mariale Rosarium recitarent. Prudentia claruit tum in Sodalibus suis moderandis tum in alumnis eorumque parentibus monendis et in viam salutis iugiter dirigendis. Caritas vero qua tamquam ministerio utebatur mira erat in eo pariter et omnino eximia: omnium enim discipulorum suorum curam ita suscipiebat, ut nullus pater melius fecisset in filios, illa Divini Magistri semper prae oculis habens verba: « Sinite parvulos venire ad me; talium est enim regnum coelorum » (Mar., X, 14). Quapropter praecipua ei cura fuit catechismum docendi, quod munus obibat summa patientia et maxima benignitate: neque eum tardiora ingenia taedebant, neque rudiores habitus turbabant. Quinimmo quo magis tardi erant aut rudes alumni eo videbantur ipsi cariores. Omnes vero, Sodales qua Superior, alumnos qua Magister, regebat aequo animo semper, nec Severus nimis, etsi firmus, nec nimis remissus. Quod si interdum, ut consuetudo loci et temporis

ferebat, ferula uteretur, numquam irae indulgebat sed muneri inserviebat tantum, atque nonnisi post Crucis signum castigationem impertiebat. Ea sane aequanimitas atque constans benevolentia causa fuit una omnium maxima cur pueri magistrum suum diligerent eique plenam atque promptam docilitatem praestarent. Nec silentio praetereundum, immo peculiari notatione dignum ducimus, humilem hunc ludimagistrum, institutione sua sancta, auctorem fuisse ut plurimi ex eius alumnis sacerdotalem vel religiosam vitam amplecterentur. Nil mirum proinde si omnes cives Saguienses, praecipue discipulorum parentes, qui de praeceptoris virtutibus deque eiusdem salutaris educationis uberrimis fructibus quotidie testes erant, ipsum singulari prosequerentur amore et adhuc viventem sanctum appellare consueverint. Cuius christianae perfectionis praecipua causa in adsidua et plena eius Congregationis Regulae observantia procul dubio ponenda est. Testati sunt enim coaevi eum felicem se futurum dixisse si in adimplendo aliquo Regularum praecepto mortem obiret et, cum iam mors revera immineret, eum adstantes amare flentem aspexisse eo quod, uti ipse aiebat, non adeo fideliter regulas observasse ut optaverat, sibi videretur. Quare Venerabilis Frater Benildus omnibus Religiosis Sodalibus, suis vero praecipue, regularis observantiae praeclarissimum est exemplar. « Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas aeternitates fulgebunt » legitur in libro Danielis Prophetae (XII, 3). Nil mirum proinde si, postquam, quinquagesimum septimum annum agens, laboribus et gravi atque diuturna aegritudine fractus, die xiii mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, in memorata urbe « Saugues », omnibus Ecclesiae sacramentis, ut ardenter optaverat, rite munitus, piissimam effiaverit animam, omnes unanimiter sanctum eum habere et appellare coeperint, eiusque intercessionem apud Deum quarerent. Mortales Servi Dei exuviae in Ecclesiam oppidi, quod diximus, delatae magnam populi multitudinem ad funus et ad tumulum attraxerunt. Certatim quisque studebat aliquas sibi eripere eius vestium particulas eiusque virtutes publica testificatione notare. Haec sanctimoniae fama ante et post mortem Servi Dei in dies perseverans adeo inclaruit, ut super ea Processus Ordinarius Informativus in ecclesiastica curia Aniciensi adornatus et in hanc Almam Urbem delatus, Sacrorum Rituum Congregationi exhibitus sit. Die vero vigesima prima mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo tertio, sedente Leone decimotertio, Decessore Nostro, de Causa Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Famuli Dei Fratris Benildi introducenda disceptatum est feliciter signataque fuit Commissio, quae introductionis causae nuncupari solet. Absolutis iis omnibus, quae in huiusmodi iudicio pertractanda

erant, disputari coeptum est de Venerabilis Dei Famuli virtutibus, quae tamquam beroica qualitate praeditae et exornatae, sollemni Apostolicae Cathedrae sententia, a fel. rec. Decessore Nostro Pio Pp. XI, octavo idus Ianuarii, anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo, adprobatae et declaratae fuerunt. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Fratris Benildi intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, necnon aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die vigesima octava mensis Ianuarii anni millesimi nongentesimi quadragesimi septimi habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi die decima sexta mensis Februarii eiusdem anni, proposita miracula constare sollemniter declaravimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum propterea nihil, secundum sacri fori instituta, iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacrae Rituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur, num *tuto* **procedi posse censerent ad sollemnem Venerabilis Famuli Dei raatificationem, in generali conventu, die vigesima quinta mensis Martii j raeteriti anni, coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu *tuto* procedi posse responderunt. Nos vero in re tanti momenti mentem Nostram aperire cune oti sumus, ut enixis precibus supernum antea auxilium posceremu . Quod quidem cum fecissemus, die quinta mensis Iunii eiusdem anni millesimi nongentesimi quadragesimi sep tin i, in sollemnitate Sacratissimi Corporis Christi, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibus bo. me. Venerabili Fratre Nostro Carolo Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, necnon Dilecto Filio Nostro Alexandro S R. E. Presbytero Cardinali Verde, Causae Relatore, necnon Venerabili Fratre Alphonso Carinci, Archiepiscopo tit. Seleuciensi, eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis a secretis, et R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Fratris Benildi beatificationem. Quae cum ita sunt, precibus permoti plurium Episcoporum, necnon universae Religiosae Familiae Fratrum Scholarum Christianarum, auctoritate Nostra Apostolica concedimus ut idem Venerabilis Frater Benildus *Beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana seu reliquiae, publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda ; itemque permittimus ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorentur. Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus ut de eo quotannis officium recitetur de Communi Confessorum non Pontificum cum Lectio-**

nibus propriis, per Nos adprobatis, et Missa propria, per Nos pariter adprobata, celebretur, servatis rubricis, sed tamen in dioecesibus dumtaxat Aniciensi et Olaromontana, necnon in ecclesiis ac publicis sacellis Congregationis seu Instituti Fratrum Scholarum Christianarum ubique existentibus. Denique largimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Dei Famuli Fratris Benildi, servatis servandis, in dioecesibus supra dictis celebrentur, nec non in ecclesiis sive publicis sacellis memoratae Congregationis, intra annum ab iisdem sollemnibus in Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significatione hisce Litteris ostensis, habe^tur.

Daturi Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi m nudato
Pro Domino Cardinali a Secrt 's Status

DOMINICUS SPADA,
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULAE

I

AD EMOS PP. DD. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM, ADAMUM STEPHANUM TIT. S. MARIAE NOVAE S. R. E. CARDINALEM SAPIEHA, ARCHIEPISCOPUM CRACOVIENSEM CETEROSQUE POLONIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS : OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET AB EPISCOPALI COETU CZESTOCHOVIENSI DATIS.

PIUS PP. XII

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Flagranti semper animi Nostri commotione et sollicitudine haurimus notitias, quae Nobis afferuntur ex tam selecta portione gregis universi, Apostolicis curis Nostris divinitus traditi, quae

quidem est Polonia fidelis. Praeclara enim eiusmodi natio in decursu tot saeculorum, inter alternas laetarum tristiumque rerum vicissitudines, actuosae vitae suae et renovatae pluries post interitum resurrectionis fundamentum posuit constanter in fide intrepida inque indissolubili cum Apostolica hac Sede coniunctione. Non miramur itaque, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, quae vos, haud ita pridem ad sacrarium Mariale Czestochoviense una simul collecti, Nobis referenda perhumaniter censuistis. Namque apud celeberrimum hoc templum, caelesti Poloniae Reginae dicatum, vos profecto singulis fere annis convenitis, ut benigna Mater vobis lumina et consilia suumque praesidium nunquam deficiens praebeat tempore opportuno. Sed postremus hic coetus episcopalis incidit in primam anniversariam diem, ex quo universa Polonorum natio Cordi Immaculato Mariae est consecrata, adeo ut hodie necessitas quaedam exinde percipiendi robur in eoque refugium inveniendi instantior plane videatur. Ipsa quidem superna Mater non modo sicut stella matutina mite refulget, verum etiam est illa Mulier fortis, quae in tuendis Filii sui divini iuribus haud raro exstitit in Ecclesia « terribilis ut castrorum acies ordinata » (Cant. VI, 3). Praeterea, dum studia inter vos conferebatis ad bonum animarum tantopere dilectarum omni ope servandum fovendumque, pro vidistis quoque ut fideles ipsi ad pedes Mariae pie peregrinantes accederent. Ita sane fervidae eorum supplicationes cum vestris apte coniunctae effecerunt, ut salutaria vobis divini Paracleti munera ac praesidia validius satiusque impetrarent. Laetati pariter sumus, quum audivimus quo studio, quanta pietate fidelium agmina ad suum sanctuarium confluxerint, ut preces ac poenitentias, tamquam propitiationis et impetrationis holocaustum, Deo suppliciter offerrent, veluti exemplum secuti priscorum Christi discipulorum, qui in Ecclesiae primordiis, ad proelia Domini se exacuentes, « erant... perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationis » (Act. Ap., II, 42). Etenim, si in patria vestra non desunt iustae laetitiae et consolationis causae, plures tamen passim densantur nubes, quae lumen e Czestochova longe lateque effulgens inumbrare et obfuscare mittantur. Itaque Ecclesia in praesens, non secus atque in praeteritis aetatibus, arcano Dei consilio, secunda et adversa alterna vice experitur, « miscens gaudia fletibus » (Hymn. in festo S. Ioseph). At vero estne opus vobis significare, Nosmet ipsos, quibus Ecclesiae regimen divinitus traditum est, ut eandem moderemur et persequamur in omni natione, ((quae sub caelo est » (Act. II, 5), ibique praesertim ubi ipsa frequentiores triumphos retulit, vobiscum intime condolere vestrisque anxietatibus in crastinum vehementer premi? Namque, vobis testibus, dum anteactis tem-

poribus totius fere Polonicae gentis firmas de religione persuasiones veriti sunt omnes et nemo praescripta catholicae fidei publice oppugnare est ausus, nunc vero ludibrio palam habentur. Itaque in uberi agro curis vestris demandato inimicus homo conatur seminare zizania et boni germina suffocare contendit. Quod quidem bonum non est caducum, non potest substitui, idemque cunctis rebus mortalibus longe antecellit, de quo dixit divinus Magister : « Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? » (Matth. XVI, 26). Attamen scripta quaedam typis impressa, favore immodicae libertatis vel potius merae licentiae, ipsas veritates, quae religionis vestrae exstant fundamenta, revocant in dubium, quod quidem ut pestiferum virus in corpus sociale insinuatur, quin immo interdum fidei dogmata vel pia christianae vitae exercitia pro deridiculo aperte ducit. Curnam haec ausa patrantur, nisi ut, penitus exstincta;, si fieri possit, flamma fidei illius, quam infantes Poloniae hactenus paene cum laete materno suxisse videbantur, quolibet supernaturali ordine subverso, solius rationis inventis seu potius deliramentis aditus pateat, qui omnis generis cupiditatibus laxet habenas? Principiis catholicae fidei a nonnullis impugnatis et reiectis, a domiciliis quoque et asylis puerorum, plerumque orphanorum, apud vestrates ipsum Dei nomen, ut vos memorastis, et quodcumque aliud religionis signum exulare coguntur. Haec sunt sane tristia duriorum in dies temporum indicia ; si enim ipsa ethnicorum sapientia docuit : « maxima debetur puero reverentia » (luven. XIV, 47), quid dicendum de hodierna hominum societate, quae auspice et adiutrice christiana religione tantum civilis cultus progressionem est consecuta? Eodem tempore imminet periculum, ne religionis in scholis traditio coarctetur, ita ut ea perficere nequeat alumnorum educationem, quam ipsi domi perceperint. Haec rerum condicio, ut vos animadvertitis, gravior quotidie efficitur ex eo, quod datur utique licentia fidei patrimonium avitum doctrinamque de moribus catholicam oppugnandi, dum contra non eadem libertas conceditur utramque defendendi, adeo ut negetur veritatis tuitioni illud ius, quod erroris propagationi ultro tribuitur. Sunt profecto istae publicarum rerum inclinationes et pericula, quae vos atque animum Nostrum afficiunt moestitia temperantque illa gaudia, quae ex celebrationibus Czestochoviensibus profecta sunt. At vero pro certo habemus, temporum iniquitates non infirmare, sed exacuere spiritus vestros, quum probe noveritis, Ecclesiam frequenter, historia teste, post contentiones et certamina adversus tenebrarum potestates triumphos egisse, et Sacras Litteras aperte docere : « militia est vita hominis super terram (Iob VII, 1), pariterque : « qui certat in agone, non coronatur,

nisi legitime certaverit » (II Tim. II, 5). Manifesta equidem sunt Nobis vestra proposita, vestrae sollicitudines vestrique labores. Ipsi enim decrevistis descendere in certamen contra impietatis iniurias ac minas fidelesque opportune admonere, ut sedulo caveant ab erroribus fallacem veritatis speciem praesef er entibus et a bonorum fluxorum illecebris atque irritamentis. Neque vero desunt nonnullae acatholicorum sectae, ut Nobis significastis, quae, nactae opportunitatem tot in re oeconomica difficultatum, quibus tenuiores infandi belli causa vexantur, eosdem blanda spe cuiusdam lucri temporalis ad se allicere conantur. Quapropter vos potissimum exhortamur, ut veritas fidelibus omni ope studioque illustretur, ut adversariorum artes et calumniae detegantur, quibus ipsi detrahere de Ecclesia eiusque magisterio deque ministris nituntur. Insignita sane est huius saeculi nota, verum quoquo modo deformare et errorem fucato splendore adulterare, ita ut mentem subeat illa Apostoli admonitio : « Ipse enim Satanás transfigurât se in Angelum lucis » (II Cor. XI, 14). Fideles autem referent gratiam vobis pastoribus, quod ipsi servaverint aut vindicaverint sibi libertatem, qua Christus nos donavit, et verba sacri auctoris repetere quisque poterit : « Liberasti me... a lingua coinquinata et a verbo mendacii» (Eccli. LI, 4, 7). At vestrae sollicitudini vestroque indefesso apostolatui oportet peraucto studio alacrique animo omnes fideles respondeant. Officium eorum est instrui, ut parati evadant atque expediti ad infringendas adversariorum difficultates, ut testimonium perhibeant de lumine ac veritate, quae a Christo diffunditur ; neque solum verbis, sed praecipue bonis operibus, adeo ut christiani nominis inimicus nihil de iis mali queat dicere. Sint ergo adsidui in legibus divinis observandis, generosi in sui abnegatione, irreprehensibiles in iustitia et caritate erga proximos exercenda. Quo autem melius satiusque fideles catholicae religionis veritatibus doceantur simulque ut debitum Deo cultum referant, sollemnis dies memoretur singulis hebdomadis celebrandus, quem Ipse usque ab antiquae Legis tempore voluit sibi reservare : « Quia sanctus dies Domini est » (II Esdr. VIII, 10). Profanatio itaque huius diei caelestes benedictiones e populis avertit eademque obstat ipsi huius vitae prosperitati. Antequam vero hisce litteris finem faciamus vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, gratulationes ex animo declaramus de omnibus iis, quae concordi consiliorum voluntate peregistis, ut peculiaribus subveniatur necessitatibus, in re praesertim religiosa et sociali, earum gentium, quae ex orientalibus regionibus istuc miserandum in modum commigravere. Hoc profecto caritatis est maximi pretii opus et sacerdotes illi, qui fratribus derelictis praesto fuerunt vel sunt, pro certo habeant apud Patrem, qui omnia corda

scrutatur, egregiam meritorum coronam sibi ipsos comparasse. Nos interea non desistemus iisdem pro viribus auxiliari, ut praesentes eorum angustiae quodammodo mitigentur. Denique ex corde ominati, ut familiarum consecratio divino Cordi Iesu, a vobis in annum vertentem indicta, « per Mariam ad Iesum » feliciter perficiatur auspiciumque exstet solemnioris illius consecrationis totius Poloniae nationis, quam in animo habetis aliquando peragere, Apostolicam Benedictionem vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, cunctisque vestris gregibus effusa in Domino caritate impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Ianuarii, in Cathedra S. Petri Apostoli, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMOS PP. DD. INDIARUM ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM ORDINARIOS : DE ACTIONE CATHOLICA IN INDIIS PROMOVENDA.

PIUS PP. XII

Düring recent years We have been following with special interest the outcome of the efforts which you, Venerable Brethren, have been making to promote and foster Catholic Action, in your respective diocèses in India. That thèse efforts have achieved a large measure of success in abundantly evident from the fact that, in 1945, you deemed it opportune to found, under your authoritative direction, the Committee of Catholic Action whereby Catholic Action was formally established on a national basis in India. We welcomed therefore, with particular gratification, the letter which, as National Director, the Archbishop of Madras, mindful of Our Apostolic onice and of Our paternal interest in such matters, recently communicated to Us ; and gladly acceding to the filial request therein contained, We have deemed it good to share your joy and prosper your undertaking by addressing you on the subject of Catholic Action.

Your beloved country has reached a turning-point in its history : a new era has dawned : the flaming torch of liberty with justice has warmed the hearts and fired the minds of your beloved people and, in the burning fervour of newly-won national independence, the destiny of your great nation is being shaped. At this juncture in your history, when problems of national importance have to be faced and solved, it is of great conséquence that the faithful committed to your care should

be in a position to make a wortbwbile contribution to the future of your nation, by sharing with their brothers in blood that héritage of sound doctrine which as Oatholics they possess and cherish.

Catholic Action, wherein the first and essential duty of personal sanctification is combined with an intense apostolic activity under the mandate and encouragement of the hierarchy, provides an excellent means whereby the faithful, intensifying their own spiritual life and deepening their religious convictions, may confer on the nation those blessings which accrue to civil society from the due observance of the divine law and the zealous fulfilment of Christian duties. This high purpose has been aptly stated in these words of Our Predecessor of blessed memory : « It is the function of this type of Action to form, as it were, a great army of good Citizens, men and women, and especially young people of both sexes, whose first and dearest desire is to take some part in the sacred ministry of the Church, and to strive valiantly under her leadership and guidance to spread the Kingdom of Christ in private and public life »[1] the promotion of which is the acquisition for human society of the highest of ali goods.

Wherefore We rejoice with you, Venerable Urethren, that under your pastoral direction and encouragement, this active and militant form of Catholic life is being firmly established in your diocèses, and it is Our fervent prayer that all those who enrol in its apostolate, so necessary in these days, « may walk worthy of God, in all things pleasing : being fruitful in every good work and increasing in the knowledge of God ».[2]

Having as its aim and purpose the promotion of the Kingdom of Christ it is obvious that Catholic Action transcends the aims of politicai parties and provides an apostolate whereby Catholics, without distinction of age, or sex, or class, or party, may promote whatever pertains to religion and morality. In so far as such activity is a direct collaboration of the laity in the spiritual and pastoral work of the Church, clearly it must be subordinated to the authority of the Bihops whom, under the Jurisdiction of the Vicar of Christ, « the Holy Ghost hath placed to rule the Church of God »,[3] in their respective dioeceses. In its social aspects also, where it may exert an impact on civil society, this sharing of the laity in the apostolic work of the Church must likewise be guided and directed by the Hierarchy, which is, for Catholics, the compétent authority regarding the moral implications of questions arising in the social-

[1] Letter to the Cardinal Archbishop of Toledo, November 6th, 1929.

[2] *Col.,* I, 10.

[3] *Acts,* XX, 28.

economic order. For these reasons, Venerable Brethren, it is most opportune that one of the sections of the Catholic Bishops' Conference of India should be charged with the direction of the All India Catholic Action Organization. This « Committee of Catholic Action », under its episcopal director, will be an effective means to coordinate the various Catholic Action groups, to acquaint them with the mind of the Church and ensure that in serried ranks they act in close coopération with you in the matters of national interest requiring definite Catholic leadership and a precise statement of Catholic thought and teaching. Moreover it will be in a position to facilitate and encourage a cordial collaboration between Catholic Action groups and the existing associations, whose labours, whether in the field of personal sanctification or social service, deserve so well of the whole Church, to that, though retaining their autonomy, ali may yet rejoice in the blessed bond of fraternal solidarity, which, according to the mind of Our Predecessor of happy memory, should unite all who dedicate themselves, each in his own measure, to the up—building of the Body of Christ.[4]

The guiding principie therefore of ali those who collaborate in this apostolate should be « sentire cum Ecclesia », to have the mind of the Church, to be intimately acquainted with the doctrine of the Church which is « the pillar and the ground of truth ».[5] Wherefore We commend to you, Venerable Brethren, in a special manner, the necessity of the sound religious training and moral formation of all who undertake this apostolate. They must be « nourished up in the words of faith and of good doctrine » and <(exercise themselves unto godliness ».[6] In a word, they must undergo a training which embraces the whole man, and which brings mind and heart and will into subjection to Christ, so that each apostle of Catholic Action may show himself « an exemple of good works in doctrine, in integrity ».[7] It is this integrity of Christian life, solidly grounded in doctrine, nourished by the fréquent reception of the Sacraments, supported by prayer and the practice of Christian virtue, that characterises the Catholic Actionist and makes him a faithful soldier of Christ in his home, in his work or profession and in every phase of bis social life. Thise task of training falls primarily on the clergy and religious who, by the zealous fulfillment of this sacred duty, will provide an ever-increasing number of fervent men and women, and of youth who,

[4] *Eph.,* 4, 12.
[5] *I Tim.,* III, 15.
[6] *I Tim.,* IV, 6-7.
[7] *Tit.,* II, 7.

obedient to the voice of the Supreme Pastor and to the directions of their bishops, will become devoted and earnest .co-workers in leading others to God and to His Holy Church. Here then is the special field for your zealous collaborator, for those generous souls consecrated to Catholic Action, whose one great desire is to devote themselves to the spreading of theliingdom of Christ. As apostles of their brothers in blood they may win countless souls to Christ and, enlarging His Kingdom in India, may effect and ever wider extension of the inestimable blessings of that Kingdom of truth and life, of holiness, of justice, of love and of peace. What greater blessings could We wish your nation, what nobler ambition could inspire the Catholics of all India than the réalisation of such a divine plan?

With all Our heart therefore We commend to the clergy and faithful committed to your care this admirable apostolate, which corresponds so effectively to the needs of the Church in thèse days. And as an earnest of Our paternal interest, as an incentive to still greater effort, as a pledge of abundant celestial favours. We cordially impart to you, Venerable Brethren, and to ail those who, under your guidance, may collaborate with you in the noble work of spreading the Kingdom of God, the fullness of Our Apostolic Bénédiction.

Given at the Vatican on the thirtieth of January, nineteen hundred and forty eight, the ninth year of Our Pontificate.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

*Ad adscriptos Societatibus Christianis Operariorum Italicorum, ex Italiae Diocesibus Romae coadunatos.**

Eccovi ancora di nuovo adunati intorno a Noi, diletti figli di Boma e d'Italia, lavoratori cattolici di ogni categoria ; la vostra presenza ravviva oggi nell'animo Nostro il ricordo del primo incontro con voi. Era PII Marzo 1945, quando Noi salutavamo i rappresentanti delle nascenti « Acli » : giorno di grande, ma anche, quasi, di sola speranza. La vostra Associazione moveva franca e fiduciosa i suoi primi passi; ma il cammino era lungo e la mèta lontana. Oggi, nel contemplare la vostra gran-

* Habita die 29 Iunii mensis a. 1948.

diosa schiera, dobbiamo riconoscere che la benedizione del Signore, da Noi invocata sull'opera vostra, era potente e che il Patrono celeste, che allora vi demmo, S. Giuseppe, l'uomo fedele e giusto, il lavoratore per eccellenza, vi ha prodigiosamente protetti. Con gioia voi potete esclamare : siamo cresciuti, abbiamo progredito nella nostra via, ci avviciniamo ogni giorno più alla mèta. Allora Ci sentimmo spinti ad attingere dalla ricchezza della dottrina sociale della Chiesa, dalla pienezza della sua sollecitudine pastorale le istruzioni che dovevano esservi di guida in un sentiero ben difficile ed ancora oscuro. Esse hanno dato buona prova e debbono ancora accompagnarvi nel proseguire il camminò. Avanti, dunque ! Ciò che oggi Ci proponiamo di dirvi, non mira che ad incoraggiare la fermezza e l'ardimento dei vostri passi.

1 - L'ACCRESCIMENTO ESTERIORE

Voi siete cresciuti; siete grandemente aumentati di numero; avete esteso la vostra organizzazione, moltiplicato le sedi, i circoli locali, i corsi d'insegnamento, i patronati, ampliato i mezzi di propaganda, con giornali, periodici, opuscoli largamente diffusi. Ottimamente, e con voi ringraziamo tutti quelli che vi hanno prestato e continuano a prestarvi il loro contributo nel compimento di questa provvidenziale azione. Attenti però! Le istituzioni, come gl'individui, sogliono passare per una crisi di crescenza, che può avere i suoi pericoli e le sue delusioni. Non lasciatevi troppo esaltare o illudere dal crescente numero dei nomi sulle vostre liste o degli acquirenti delle vostre pubblicazioni. Domandate piuttosto ciò che vale ciascuno di quei nomi. Significa esso veramente un nuovo soldato di Cristo nel mondo del lavoro? Questo realmente conta; questo vi permetterà di dire con tutto il diritto : noi siamo cresciuti !

Voi potrete soltanto allora felicitarvi pienamente e senza riserva del progresso della vostra Associazione, quando alla organizzazione, che agisce in alto, corrisponderà in basso la vita dei singoli gruppi particolari e di ciascuno dei loro membri. Poiché delle due l'una : o le « Acli » vivranno della vita dei loro singoli elementi, e dureranno ; in caso contrario, la loro vita sarebbe fittizia, e non potrebbe essere che effimera.

A che gioverebbero i soli nomi sulle liste, se coloro, che li portano^ non vi fossero iscritti che come semplici unità, se ciascuno non fosse nel suo gruppo particolare, nel suo campo di lavoro, sempre più intimamente e saldamente unito a tutti gli altri lavoratori cattolici, i quali, sotto il vessillo delle « Acli », non debbono avere che un medesimo pensiero e un medesimo volere, una medesima azione e una medesima astensione, le medesime tendenze e le medesime avversioni?

A che gioverebbero i molti acquirenti delle vostre pubblicazioni, se il loro contenuto, per quanto eccellente, restasse lettera morta, sé non divenisse vita, vita nelle vostre intime adunanze, nel calore delle discussioni, delle spiegazioni, dei commenti, delle applicazioni opportune alle condizioni di ciascun luogo?

A che gioverebbero le belle opere di carità e di assistenza per mezzo delle « Acli », se voi non vi partecipaste solidalmente, almeno coi premurosi servigi, con le buone idee, con un vivo interesse personale, di guisa che possiate dire in verità : queste opere, queste sale di lettura, queste colonie estive per i bambini, e tante altre simili istituzioni, sono opere nostre?

A che gioverebbero i vostri ottimi Assistenti ecclesiastici e i vostri egregi dirigenti, se essi non fossero atti a destare in ciascun membro dei vostri gruppi il senso degli scopi delle « Acli », se non fossero abbastanza larghi di mente e di cuore da lasciare agli altri la possibilità di esporre le loro vedute e di rendersi utili all'Associazione con le loro buone qualità?

Fate dunque delle « Acli », con l'aiuto di Dio, l'organizzazione di una realtà vivente, di una realtà meravigliosa, di un cristianesimo vivo nel mondo del lavoro. Poiché al tempo nostro manca precisamente questa realtà vivente, al difetto della quale nessuna organizzazione ad oltranza, d'i cui oggi si ha il culto, per non dire la superstizione, potrà mai supplire.

Il vostro crescente numero non abbia perciò che un senso : Cristo è cresciuto con ciascuno di voi nel mondo del lavoro. Allora sarete pronti e presti nei giorni difficili, se mai dovessero venire per voi, a vincere le scoraggianti delusioni, dinanzi alle quali i deboli si sottraggono con la fuga, rinunziando a proseguire la corsa iniziata.

2 — IL CAMMINO PERCORSO

Con letizia voi oggi dite : noi abbiamo progredito nella nostra vita. Noi siamo là, non solo, ma così che nessuno, amico o avversario, ci può ignorare ; noi rappresentiamo qualche cosa ; tutti devono fare i conti con noi. È vero. La Nostra gioia e la Nostra sodisfazione non è minore della vostra, specialmente quando pensiamo come questi felici risultati sono stati ottenuti in breve tempo e sempre in concorrenza con avversari implacabili, che spesso avevano occupato il terreno prima di voi.

Tuttavia sarebbe un modo di giudicare superficiale, esteriore e, per così dire, puramente sportivo, se voi consideraste il cammino percorso soltanto da quell'aspetto. Le Associazioni cattoliche dei lavoratori non sono là, unicamente perchè là è l'avversario. Chi lo affermasse, falserebbe

la verità storica, misconoscerebbe completamente l'impulso proprio della Chiesa e dei cristiani degni di questo nome per l'azione sociale. Questo impulso non viene loro dal di fuori ; non la paura della rivoluzione, nè del sollevamento delle masse li spinge al lavoro per il popolo. No. L'amore fa battere il loro cuore, quello stesso amore che faceva battere il cuore di Cristo, e ispira loro la sollecitudine per la difesa e il rispetto della dignità del lavoratore moderno e lo zelo attivo per metterlo in condizioni di vita materiali e sociali in armonia con tale dignità.

Se voi ponderate seriamente tutto ciò, non sarete tentati di compiacervi senz'altro del cammino finora compiuto. Le « Acli » debbono, secondo i loro principi, esercitare l'apostolato fra gli operai, innanzi tutto fra i loro propri membri, poi anche presso gli altri, un « apostolato di operai per gli operai

A che punto dunque è in voi il progresso della santificazione della vita mediante una concezione veramente cristiana del lavoro? Come opera per mezzo vostro quell'apostolato ardente dell'esempio fra tanti, anche giovani, i quali ogni giorno si trascinano al lavoro quasi come forzati, senza gioia, senza alcuna elevata aspirazione? Come va il vostro apostolato, così prezioso, dell'esempio nell'uso cristiano del tempo libero, nella santificazione della domenica e delle feste, in tutta la vita di famiglia?

Guardatevi bene dal dire : Queste esigenze sono senza dubbio importanti, ma non toccano immediatamente le circostanze presenti. È realmente vero? Che cosa attende ora il lavoratore? Forse l'aiuto dello Stato o della Chiesa per mezzo delle loro Opere di assistenza? Certo nessuno pensa di sottrarre alla classe lavoratrice tale contributo ; ma essa non è la sola a chiederlo, e in questi troppo lunghi anni di crisi economica coloro che invocano soccorso sono divenuti così numerosi, che la Chiesa stessa, e in particolar modo questa Santa Sede, nonostante le sue molteplici cure, non può tante volte che dolersi della sua insufficienza a sollevare tutte le miserie, a esaudire tutti quelli che si rivolgono a lei.

Perciò i lavoratori, come del resto anche gli altri ceti del popolo, prima che sull'aiuto altrui, debbono contare sui loro propri sforzi, sulla loro propria difesa, sulla loro mutua assistenza, nell'esercizio della quale il punto fondamentale è il sentimento d'intima solidarietà tra quelli che danno e quelli che ricevono. E in ciò consiste l'importanza delle esigenze di cui abbiamo parlato e del lavoro apostolico che le « Acli » sono chiamate a compiere, impregnando tutta la vita del lavoratore coi veri principi di Cristo.

Consideriamo le cose praticamente e con piena sincerità. Dappertutto

[1] Cfr. Encycl. ***Quadragesimo anno.***

si nota un senso di malessere e di malcontento : il lavoratore non è soddisfatto della sua sorte e di quella della sua famiglia; egli afferma che i suoi guadagni non sono proporzionati ai suoi bisogni. Muno più della Chiesa ha sostenuto e difende le richieste giuste del lavoratore. Ma tale asserita sproporzione e insufficienza è sempre e unicamente dovuta alla modicità del guadagno? L'accrescimento dei bisogni non vi entra per nulla? Senza dubbio, vi sono necessità che debbono essere urgentemente soddisfatte : gli alimenti, il vestito, l'abitazione, l'educazione dei figli, il sano ristoro per l'anima e per il corpo. Ma Noi intendiamo di alludere a quelle altre esigenze, le quali dimostrano come la moderna anticristiana bramosia smodata del piacere e la spensierataggine tendono a penetrare anche nel mondo operaio. Le ardue condizioni economiche del tempo di guerra fecero perdere fin la possibilità del risparmio, ma anche oggidì non se ne ha più il senso e l'idea. E in tali condizioni di spirito, come si potrebbe avere la chiara e retta coscienza della responsabilità nell'uso e nell'amministrazione del danaro pubblico destinato alle case popolari, alle assicurazioni sociali, ai servizi di sanità? e come si potrebbe assumere quella corresponsabilità nella direzione della intiera economia del paese, a cui aspira la classe lavoratrice? soprattutto ora che la grave piaga della disoccupazione non può essere sanata con la demagogia, ma con la ragionevolezza e la disciplina, non con la profusione d'ingenti somme per rimediare soltanto agli immediati bisogni del momento, ma con saggi e lungimiranti provvedimenti? Da qui consegue la difficile, ma pur così rilevante missione delle « Acli », di promuovere cioè nei singoli lo spirito della parsimonia cristiana, della coscienziosa delicatezza in tutte le cose che riguardano il bene comune, affinchè sempre le persone consapevoli della loro responsabilità abbiano la prevalenza.

Importante è senz'alcun dubbio l'altezza dello stipendio o del salario, che il padre di famiglia, e forse anche i figli già grandi, ogni mese od ogni settimana portano a casa ; anche più importante è la comune cura di impiegarlo saggiamente per i veri bisogni della famiglia. Ma di sommo momento è che la donna di casa sappia tener bene il maneggio degli affari domestici. Muno potrà negare che qui si offre alle « Acli » un nuovo campo di molteplice attività per il sostegno della classe lavoratrice : con la istruzione dei suoi membri, con opportuni istituti d'insegnamento per le madri e per le fanciulle, con trattenimenti nelle ore libere, specialmente per un sano e appropriato sollievo spirituale e corporale dei giovani.

In realtà, lo stipendio o il salario non sono l'unica ricchezza del focolare domestico. Le cognizioni acquistate nella scuola e quelle riguardanti

il proprio ufficio, arte o mestiere, la salute fisica, il benessere della madre e del bambino, una abitazione sana e linda, concorrono altresì ad abbellire ed allietare la casa con gran vantaggio dell'unione e dell'affetto mutuo fra i membri della famiglia. E quale nuovo oggetto di operosità per le « Acli » ! Quanti maestri cattolici, medici, giuristi ed altri, uomini e donne, in città e in campagna, presterebbero ben volentieri l'opera loro a pro della educazione del popolo ! Ma il popolo deve essere intimamente disposto a cooperare a questo lavoro apostolico, a voler aiutare se stesso, ad avere di se stesso un concetto alto e veramente cristiano. E così, eccoci ricondotti al punto essenziale : siete voi apostoli, fra voi e reciprocamente, siete apostoli verso coloro che non sono, ma dovrebbero essere con voi? Soltanto a questa condizione la vostra contentezza per il cammino percorso potrà essere perfetta.

3 — IL VOSTRO PINE

Ma per non venir meno lungo la via, per infiammare i cuori e specialmente per guadagnare la gioventù alla vostra causa, voi dovete aver sempre dinanzi agli occhi l'alto fine, a cui ha da tendere il vostro movimento : vale a dire, la formazione di lavoratori veramente cristiani che, egualmente eccellenti per capacità nell'esercizio della loro arte e per coscienziosità religiosa, sappiano mettere in guardia la ferma tutela dei loro interessi economici col più stretto senso di giustizia e col sincero proposito di collaborare con le altre elassi della società al rinnovamento cristiano di tutta la vita sociale.[2]

Tale è l'alto scopo del movimento dei lavoratori cristiani, anche se questo si divide in particolari e distinte unioni, delle quali le une attendono alla difesa dei loro legittimi interessi nei contratti di lavoro — il che è ufficio proprio dei Sindacati —, altre alle opere di mutua assistenza nelle cose economiche, come le cooperative di consumo, altre infine alla cura religiosa e morale del lavoratore, quali sono le Associazioni operaie cattoliche.

Non lasciatevi dunque sviare da questo fine, più importante di qualsiasi forma transitoria dell'organizzazione sindacale. L'avvenire degli stessi Sindacati dipende dalla fedeltà, o no, nel tendere a quella mèta. Qualora infatti essi mirassero alla esclusiva dominazione nello Stato e nella società, se volessero esercitare un assoluto potere sull'operaio, se respingessero lo stretto senso di giustizia e la sincera volontà di collaborare con le altre classi sociali, fallirebbero all'aspettazione e alle speranze, che ogni onesto e cosciente lavoratore ripone in loro. Che cosa

[2] Cfr. Encycl. *Quadragesimo anno.*

dovrebbe pensarsi della esclusione di un operaio dal lavoro, perchè non è persona gradita al Sindacato, della cessazione forzata del lavoro per il conseguimento di scopi politici, dello smarrirsi in non pochi altri errati sentieri, i quali conducono lungi dal vero bene e dalla invocata unità della classe lavoratrice?

Una tale vera unità si ha soltanto, se si riconosce il retto scopo del movimento dei lavoratori, almeno nei suoi fondamenti naturali. Noi avevamo in mente questo punto essenziale, quando nel Nostro discorso dell'11 Marzo 1945 parlavamo dei rapporti delle « Acli » col Sindacato unico. Esso era ed è un esperimento, che mostra fino a quale estremo limite i lavoratori cattolici si sono spinti nella loro volontà di collaborazione. Voi, diletti figli, avete dato manifesta prova di questa volontà, perchè nel Sindacato come tale vedete un saldo sostegno della società economica dei nostri tempi, non una sola volta riconosciuto dalla dottrina sociale della Chiesa.

Ma se la forma presente del Sindacato venisse a mettere in pericolo il vero scopo del movimento dei lavoratori, allora le « Acli » non verrebbero certamente meno a quel dovere di vigilanza e di azione, che la gravità del caso richiedesse. Si tratta invero oggi di importanti risoluzioni e riforme nella economia nazionale, di fronte alle quali una lotta di classe fondata sulla inimicizia e sull'odio rischierebbe di compromettere l'idea sindacale, se non di condurla addirittura alla rovina. Perciò voi dovete far sì che i principi cristiani prevalgano definitivamente nel Sindacato ; allora esso prospererà a vantaggio dei lavoratori e di tutto il popolo italiano.

Vi abbiamo rivolto, diletti figli, parole non festive, ma pratiche, sgorganti da un cuore che batte intieramente per voi, ma che è anche profondamente compreso della gravità dell'ora. Possiate voi accoglierle col medesimo spirito e proseguire con rinnovato fervore l'opera vostra! opera, se altra mai, opportuna e necessaria, opera che tanti buoni frutti ha già prodotti nel campo del lavoro e soprattutto nell'anima dei lavoratori, opera altamente promettente per un più fecondo avvenire di bene Î

Con tali sentimenti, a voi, diletti figli e figlie, alle vostre famiglie, a tutti i lavoratori dell'ufficio, della industria, del campo, del focolare domestico, in Roma, in Italia, nel mondo intiero, — anche a coloro che vivono lontani da Dio e dalla Chiesa, affinchè si ravvedano, — in modo speciale a quanti cercano invano lavoro, o soffrono nelle più dure angustie o nella miseria spirituale o materiale, ai vostri Assistenti ecclesiastici e dirigenti, alle vostre organizzazioni e istituzioni, impartiamo con effusione di cuore la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

II

*Ad Excmum Virum Emmanuelem Larrea Ribadeneira Aequatorianae Reipublicae Oratorem extra ordinem liberis cum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem.'**

Señor Embajador :

La semana de Navidad de 1944 tuvimos la satisfacción de recibir las Cartas Credenciales del primer Embajador de la República Ecuatoriana ante la Santa Sede.

Tres días antes, circundados por los fieles de Nuestra amada Roma y por incontables representantes de Nuestros hijos de todos los continentes, hablamos ofrecido el Santo Sacrificio sobre la tumba del Príncipe de los Apóstoles y pedido al Omnipotente con ardiente plegaria que, para bien no de este o de aquel pueblo, sino de toda la humanidad, quisiese abreviar los días de la tribulación y encauzar finalmente a amigos y enemigos por los senderos de una paz duradera y constructiva.

Estaba vivo aún en Nuestro corazón el recuerdo de aquella inolvidable Misa de media noche, cuando acogíamos a su ilustre predecesor, que tan grata memoria y alta estima ha dejado en Nos.

La palabras que entonces pronunciamos querían reflejar la preocupación y el ansia producidas por el seguro presentimiento de la última e inminente fase de la guerra, en cuantos no se forjaban ilusiones acerca de las formidables dificultades que la solución final del conflicto habría de traer consigo.

Hoy, al dar de todo corazón la bienvenida al nuevo Embajador Extraordinario y Plenipotenciario, que la confianza del Excmo. Sr. Presidente de la República del Ecuador Nos envía, podemos perfectamente comprobar que aquellas preocupaciones han sido dolorosamente confirmadas por el desarrollo de los acontecimientos.

Efectivamente ; si hay algo característico en la hora que vivimos, es precisamente la escasez en frutos, por no decir la esterilidad, de los esfuerzos realizados hasta ahora en esta post-guerra, para conseguir una paz verdadera, sólida y definitiva, que dé y que garantice a todos, hasta a los débiles, lo que a cada uno le corresponde.

Es un camino donde se atraviesan los impedimentos y los obstáculos, haciendo inútil toda diligencia en los negociadores, toda acomodación puramente aritmética y toda discusión condicionada por la fuerza.

* Habita die 13 Iulii mensis a. .1948.

La cosa, realmente, procede de una raíz : de qne falta la conciencia de una norma, reconocida por todos, que sea moralmente obligatoria y por lo tanto inviolable, cuya aplicación a los problemas concretos de la paz detenga y paralice ese pulular de los intereses particulares y egoístas y de las ansias desordenadas de poder.

Doquiera la fe en Dios y la convicción de no poder substraerse jamás a las normas de su ley conserva todavía fuerza suficiente para conseguir que su irradiación llegue desde la conciencia de los individuos hasta el campo de la vida pública, el contraste entre las opiniones divergentes puede componerse en una atmósfera de seriedad moral y de mutua lealtad, que abre el camino a la solución acertada, hasta de los problemas más espinosos.

Doquier en cambio se ha perdido el contacto vivo entre lo que es terrenal y lo que es eterno, falla también en las negociaciones aquel fuerte impulso moral que en el duro conflicto de los intereses es indispensable para conseguir elevarse hasta aquella altura donde la justicia y la paz, feliz y fraternalmente, se dan cita.

Los tratados de paz, en cuya gestación se olvidó o conscientemente se negó el respeto a las leyes no escritas del pensamiento y de la acción moral, se ven privados de aquella fuerza interior obligatoria, que es la primera de todas las premisas para conseguir su deseada vitalitad ; porque la fidelidad a los pactos no se puede esperar ni estar seguro de ella si ambas partes contrayentes no llevan profundamente impreso en su alma el sentimiento de su obligatoriedad.

Por eso la humanidad tiene hoy que lamentar la vida efímera de ciertos tratados solemnes, que al concertarse fueron saludados como hitos fundamentales en el progreso jurídico internacional y en el camino hacia una prudente previsión de la futura paz.

De esta manera los problemas y los peligros mundiales son, o serán bien pronto, problemas y peligros para todos.

Vuestra Excelencia, Señor Embajador, como sus elocuentes y elevadas expresiones claramente demuestran, está profundamente penetrado de semejantes convicciones.

Por eso Nos sirve de especial satisfacción el oir de sus labios que Nuestras incesantes solicitudes por la paz entre las naciones hallan tan cordial comprensión en un país come el Ecuador, ante cuya evocación es difícil permanecer indiferente, pues en él, como en los escarpados y blancos de esos Andes que, más que su osamenta, son casi su robusto cuerpo todo, la elevación, la tendencia a lo alto y a lo grande se diría que son como algo connatural ; « bello, majestuoso, sublime » en su cielo y

en su suelo, — para decirlo con frase de un geógrafo poeta —, pero no menos bello ni menos sublime en las almas de sus hijos : — una azucena de Quito, la flor candida y mortificada que poco a poco va acercándose a los supremos honores de los altares ; un García Moreno, el gobernante genial, el fiel hijo de la Iglesia, el mártir de su fe —; ni menos bello tampoco en el buen decir de su inspirada poesía, en cuyos primeros balbuceos fué actor principal nada menos que un Lorenzo de Cepeda, hermano del estático Serafín del Carmelo.

Pertenece también Vuestra Excelencia a una nación, de cuya historia no pueden separarse la herencia de la cultura y de la tradición jurídica latina y el rico patrimonio de la religión cristiana ; un país y un pueblo que viven bajo la protección de aquel Corazón Divino, « que ha amado tanto a los hombres », y que será siempre fiel, estamos seguros, a sus tradiciones espirituales y a sus principios morales básicos.

Con tan consoladora esperanza invocamos las mejores bendiciones del cielo sobre el Excmo. Señor Jefe del Estado, sobre el Gobierno, sobre el católico pueblo de la República y de manera especial sobre Vuestra Excelencia, su dignísimo Representante, mientras que le aseguramos que, en sus gestiones, encaminadas a conseguir que las relaciones entre la Santa Sede y el Ecuador sean cada vez más confiadas y fructuosas, hallará siempre en Nos **el apoyo más solícito y cordial.**

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ROMANAE SEU URBIS - OSTIENSIS

DECRETUM

DE FINIUM IMMUTATIONE

Perantiquae et illustris dioecesis Ostiensis, ad fluminis Tiberis ostium sitae, novissima hac nostra aetate, sive ob impense auctum fidelium numerum praesertim aestivo tempore ex Urbe illuc concurrentium, sive ob defectum clericorum saecularium, quum gravior effecta sit cura animarum, qua decet sollertia et operum praestantia gerenda, peropportunum visum est aptam finium immutationem inter ipsam Ostiensem dioecesim et finitimam Romanam proponi.

Itaque Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, re mature perpensa plenaque habita rerum notitia, tum cupiens satius consulere spiritali commodo fidelium qui in territorio degunt quod usque nunc pertinet ad dioecesim Ostiensem, vel ibi quacunque de causa vel quolibet temporis spatio commorantur; tum ad urgendam strictiorem observantiam disciplinae ecclesiasticae, praehabito consensu Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Marchetti Selvaggiani, Sui pro Romana dioecesi Vicarii Generalis, necnon Sacri Purpuratorum Patrum Collegii Decani ac Ostiensis Episcopi, suppleto quatenus opus sit interesse habentium vel habere praesumentium consensu, decernere statuit ut territorium Ostiensis dioecesis quod complectitur paroecias Ss. Martini et Antonii Abbatis in loco *Castel oli Decima,* **S. Michaelis Archangeli in loco** *Castel Romano,* **S. Mariae a Succursu in loco** *Castel Porziano* **et Reginae Pacis** *ad Litus,* **a praefata Ostiensi dioecesi distrahatur ac Romanae perpetuo aggregetur, iuxta fines tamen uti infra regundos.**

Quare inter memoratas utrasque dioeceses Romanam scilicet et Ostiensem, posthac hi, qui sequuntur, statuentur fines : « *Fiume Tevere,* **dallo sbocco di via dell'Acqua Rossa, all'altezza di Tor S. Michele, fino allo sbocco del Fosso di Dragoncello ;** *Fosso di Dragoncello* **dal Fiume Tevere all'Autostrada Roma-Lido;** *Autostrada Roma-Lido* **dal Fosso di Dragoncello fino a via del Fosso di Dragoncello, attraversando la via Ostien-**

se ; *Via del Fosso di Dragoncello-via dei Pescatori* fino alla Forma dell'Acqua Eossa ; *Forma dell'Acqua Rossa* fino all'Autostrada Roma-Lido ; *Autostrada Roma-Lido* dalla Forma dell'Acqua Rossa fino a via dell'Acqua Rossa ; *Via dell'Acqua Rossa* fino a raggiungere il fiume Tevere all'altezza di Tor S. Michele ».

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Ssmus Domi N us deputare dignatus est eumdem Emum P. D. Franciscum S. "I. E. « ardinalem Marchetti Selvaggiani, Eidem tribuens necessarias f oppo ;unas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemli et virum ecclesiasticum in dignitate constitutum, cum onere quamprimum remittendi ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Tandem Eadem Sanctitas Sua mandare dignata est ut super his omnibus praesens ediceretur Decretum Consistoriale, perinde valiturum ac si Apostolicae Litterae sub plumbo datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 22 Maii 1948.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

© S-

B. Renzoni, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECLARATIO

In bina illa precatione qua sancta Mater Ecclesia in orationibus sollemnibus feriae sextae in Parasceve etiam pro populo hebraico Dei misericordiam implorat, haec verba occurrunt : « perfidi iudaei », et « iudaica perfidia ». Porro quaesitum est de vero sensu istius locutionis latinae, praesertim cum in variis translationibus, ad usum fidelium in linguas vulgares factis, illa verba expressa fuerint locutionibus quae auribus istius populi offensivae videantur.

Sacra haec Congregatio, de re interrogata, haec tantum declarare censuit : « Non improbari, in translationibus in linguas vulgares, locutiones quarum sensus sit : " infidelitas, infideles in credendo " ».

Romae, die 10 Iunii 1948.

C. Card. MICARA, Episc. Veliternus, *Praefectus.*

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citano edictalis

FRIBURGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HAGOSTOTZ-SEYTTBR)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Otto Seytter, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria Apostolica) die 20 novembris 1948, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Otto Seytter, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Iosephus Pasquazi, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 22 Iulii 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Othon Seytter, défendeur en cette cause, nous le citons a comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 20 novembre 1948, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Othon Seytter devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 13 luglio 1948, il Santo Padre lia ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. Prof. D. LARREA RIBADENEIRA MANUEL, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica dell'Equatore, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SAGRA GONG REG AZIONE DEI RITI

Martedì, 22 giugno 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso :

a) sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Caterina Jarrige, del Terzo Ordine di San Domenico.

b) sulla riassunzione della causa di canonizzazione dei Beati Simone da Lipnica e Giovanni da Dukla, Conf., O. F. M.

Martedì, 13 luglio 1948, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* alla presenza di S. Em. Revma il Signor Cardinale Clemente Micara, Vescovo di Velletri, Prefetto della stessa S. Congregazione, Ponente o Relatore della causa del Servo di Dio Alberico Crescitelli, Missionario Apostolico del Pontificio Istituto dei Ss. Pietro e Paolo e dei Ss. Ambrogio e Carlo per le Missioni estere. In detta Congregazione i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi han discusso sul martirio e sulle cause del martirio del predetto Servo di Dio.

Martedì, 20 luglio 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Federico Albert, Vicario Parrocchiale e Vicario Foraneo di Lanzo Torinese, fondatore della Congregazione delle Suore Vincenziane dell'Immacolata Concezione, dette Albertine.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

13 maggio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Direttore Perpetuo dell'Arciconfratemita degli Amanti di Gesù e Maria al Calvario in Roma.*

30 giugno » L'Illmo signor conte Bennicelli Alfredo, *Segretario di Ambasciate e Cameriere Segreto di spada e cappa partecipante.*

Parimenti con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità:

11	ottobre	1945.	Monsig. Carroll Howard, della diocesi di Pittsburg.
30	»	»	Monsig. Delaney Michele F., dell'archidiocesi di Boston.
9	giugno	1946.	Monsig. Guimard Augusto, della diocesi di Les Gonaïves.
20	luglio	»	Monsig. Aguilera Pagan Nestore, della diocesi di Ponce.
»	»	»	Monsig. Murga Sanz Vincenzo, della medesima diocesi.
30	»	»	Monsig. Pego Fuentes Raniero, della diocesi di Tucumán.
15	febbraio	1947.	Monsig. Ahr Giorgio W., dell'archidiocesi di Newark.
»	»	»	Monsig. Mac Kinson Giacomo A., della medesima archidiocesi.
	»	»	Monsig. Bolaños Araya Claudio, delParchidiocesi di San Giuseppe di Costarica.
»	»	»	Monsig. Chaverri Rojas Michele, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Passos Olavo, della diocesi di Sobral.
23	marzo	»	Monsig. Plantier Basilio, della diocesi di San Michele.
1	agosto	»	Monsig. Rabello de Mesquita Giovanni, della diocesi di Campanha.
»	novembre	»	Monsig. Hochwalt Federico G., delParchidiocesi di Cincinnati.
»	»	»	Monsig. Krämer Augusto J., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Miller Cleto A., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Ryan Carlo J., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Waldhaus Enrico J., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Barajas Giusto, della diocesi di Tepic.
19	»		Monsig. Boyle Edoardo, delParchidiocesi di Philadelphia.

27 novembre 1947. Monsig. Flanagan Patrizio A., dell'archidiocesi di Omaha.
» » » Monsig. Glesson Edoardo M., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Graham Ernesto, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Palubicki Giovanni S., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Paschang Giovanni L., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Smiskol Giorgio A., della medesima archidiocesi.
15 dicembre » Monsig. Bituin Andrea, dell'archidiocesi di Manila.
» » » Monsig. de Vega Tommaso, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Lindayag Alessandro, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Mendoza Guglielmo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Dunne Patrizio, della\ diocesi di San Diego.
» » » Monsig. Matthews Tommaso A., della medesima diocesi.
19 » » Monsig. Beothy Giorgio, della diocesi di Gran Varadino dei Latini.
» » » Monsig. Domanek Paolo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Barnes Leslie V., della diocesi di Lincoln.
» » » Monsig. O'Connor Daniele Bernardo, della medesima diocesi.
22 gennaio 1948. Monsig. Anderson Giovanni H., della diocesi di Hartford.
» » » Monsig. Smykowski Bronislao Luigi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. O'Shea Francesco M., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Murphy Edwin M., della diocesi di Steubenville.
30 » » Monsig. Loftus Eugenio Antonio, della diocesi di Buffalo.
3 febbraio » Monsig. Ciocia Alessandro A., della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Donovan Edoardo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Downing Francesco S., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Dwyer Giovanni F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lutz Corrado B., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lyle Giovanni B., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mullaney Edoardo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Murray Tommaso F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pendieton Allan T., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Robinson Giovanni J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ross Giovanni F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Rysiakiewicz Stanislao, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Scanlan Tommaso A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sharkey Tommaso A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wynne Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bogg Roberto, della diocesi di Grand Rapids.

febbraio 1948. Monsig. Boite Carlo Francesco, della medesima diocesi.
Monsig. Cianci Salvatore, della medesima diocesi.
Monsig. Falicki Edmondo Francesco, della medesima diocesi.
Monsig. Hyland Daniele, della medesima diocesi.
Monsig. Koss Giuseppe Luigi, della medesima diocesi.
Monsig. Lipkus Giuseppe A., della medesima diocesi.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità

22 gennaio 1946. Monsig. Reverter Domenico, delParchidiocesi di Lima.
30 luglio » Monsig. Basso Salvatore, della diocesi di Tucumán.
» » » Monsig. Padilla Cesare, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ziegert Ugo, della medesima diocesi.
21 dicembre » Monsig. Barbosa Eraldo, della diocesi di Aracaju.
» » Monsig. de Freitas Antonio, della medesima diocesi.
» » Monsig. Teixeira Olivio, della medesima diocesi.
15 febbraio 1947. Monsig. Ribeiro Carlo Olimpio, delParchidiocesi di San Salvatore della Baia.
» » » Monsig: Pinto Giuseppe Luigi, della diocesi di Sobral.
17 » » Monsig. Lobato Farrugia Giovanni, delParchidiocesi di Habana.
23 marzo » Monsig. Oarvalho Urbano, della diocesi di Pesqueira.
20 aprile » Monsig. Pinto Alfredo Damaso, della diocesi di Garanhuns.
25 maggio Monsig. Madureira Luigi, della diocesi di Pesqueira.
» » » Monsig. Malzone Erminio, della diocesi di Guaxupé.
1 agosto » Monsig. Castello Branco Emanuele, delParchidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
» » Monsig. da Silva Antonio, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gonçalves de Barros Giovanni Gabriele, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Novaretti Mario, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Paraggio Nicola, della medesima archidiocesi.
» novembre » Monsig. Chammany Francesco, delParchidiocesi di Verapoly.
» » » Monsig. Correa Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Vaippicherry Giuseppe, della medesima archidiocesi.
7 » » Monsig. Camilleri Mario, della diocesi di Gozo.
15 dicembre » Monsig. Montaña y Pradera Silvio, delParchidiocesi di Habana.
14 gennaio 1948. Monsig. Belviso Raffaele, delParchidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Boros Alberto, della diocesi di Timisoara.

14 gennaio 1948. Monsig. Heber Giovanni, della medesima diocesi.
30 » » Monsig. Garvey Francesco Antonio, della diocesi di Buffalo.
» » » Monsig. McHugh Giovanni Lodze, della medesima diocesi.
3 febbraio » Monsig. Baldwin Vincenzo, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Balkunas Giovanni B., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carberry Giovanni, della medesima diocesi.
» » * » Monsig. Fitz Gibbon Francesco S., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Henegan Giovanni J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Kelaher Pietro E., della medesima diocesi.
» » » Monsig. McCormack Giuseppe A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. McGowan Giacomo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Arszulowicz Antonio Pietro, della diocesi di Grand Rapids.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari di Sua Santità :

15 giugno 1939. Il sig. Freiherr von Twickel Rodolfo, della diocesi di Münster.
» febbraio 1946. Il sig. Dessain Giuseppe Giulio, della diocesi di Liegi.
25 dicembre » Il sig. O'Brien Alfredo, della diocesi di Southwark.
28 giugno 1948. Il sig. Capece Minutólo dei duchi di S. Valentino don Gennaro, delFarchidiocesi di Napoli.
» » » Il nob. Giorgi Costa Pier Luigi (Roma).
» » » Il nob. dei conti Riccardi Ludovico (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

17 novembre 1945. Monsig. Alarcon Quinteros Emmanuele, dell'archidiocesi di Santissima Concezione.
» » » Monsig. Cruz Ocampo Domenico, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Sánchez Beguirestain Emanuele, della medesima archidiocesi.
25 febbraio 1948. Monsig. Chiariello Onofrio, della diocesi di Campagna.
» » » Monsig. Spangaro Luigi, della diocesi di Concordia.
10 marzo » Monsig. Fratta Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacinto Antonio, della medesima diocesi.
4 luglio » Monsig. Rovellini Stefano, dell'archidiocesi di Milano.
14 » » Monsig. Terlizzi Francesco, della diocesi di Bitonto.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario di Sua Santità :

22 giugno .1947. Il sig. Rosati Alfredo (Roma).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

22 giugno 1947. A1 sig. Cozi Mario (Roma).

21 dicembre » A1 sig. Peyron Amedeo, dell'archidiocesi di Torino.

23 febbraio 1948. A1 sig. Bonifacio Filippo, della diocesi di Agrigento.

» » 1 sig. Casotti Mario, delParchidiocesi di Milano.

» » 1 sig. Bottazzi Raffaello, della diocesi di Treviso.

29 » 1 sig. Bufalari Carlo, della diocesi di Città della Pieve.

13 aprile 1 sig. Castoldi Franco, delParchidiocesi di Milano.

» .1 sig. Ferrano Umberto, della medesima archidiocesi.

» 1 sig. Poscetti Francesco Saverio (Roma).

» » 1 sig. Hemeryckx Francesco, del vicariato apostolico di Tshumbè.

27 1 sig. Merli Francesco, della diocesi di Ascoli Piceno.

» » 1 sig. Tortora Michele, della diocesi di Cerignola.

» » 1 sig. Moratti Angelo Pietro, delParchidiocesi di Milano.

23 maggio 1 sig. Vanni Francesco, delParchidiocesi di Firenze.

1 sig. Risi Antonio, della prelatura di Pompei.

14 giugno 1 sig. Braccesi Giorgio, della diocesi di Pistoia.

» » 1 sig. Azzone Mario (Roma).

» » .1 sig. Villa Alessandro (Roma).

26 » 1 sig. Wright Carlo P., del vicariato apostolico di Oslo.

4 luglio 1 sig. Valentini Raffaele, della diocesi di Grosseto.

» » 1 sig. Papasogli-Pizzotti Giorgio, della diocesi di San Miniato.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

11 maggio 1948. Al sig. generale Baldwin Geoffrey P. (U. S. A.).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

15 dicembre 1947. Al sig. Baxter Leonello F., della diocesi di Mobile.

» » » Al sig. Boggian Clarenzio F., della medesima diocesi.

» » » Al sig. Brady Giuseppe, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Orane Giacomo A., della medesima diocesi.

» » » Al sig. Mackin Terenzio, della medesima diocesi.

» » » Al sig. McGeever Giovanni, della medesima diocesi.

» » » Al sig. McMahon Giovanni G., della medesima diocesi.

» » » Al sig. McCaffrey Raimondo, della medesima diocesi.

15	dicembre	1947.	Al	sig. Palughi Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»		Al	sig. Payne Filippo A., della medesima diocesi.
»	»		Al	sig. Zoghby Erberto, della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Fitzpatrick Giovanni F., della diocesi di Salt Lake.
»	»	»	Al	sig. Galligan Giovanni G., della medesima diocesi.
»	»		Al	sig. Leary Guglielmo E., della medesima diocesi.
30	settembre	»	Al	sig. Valdivia Giuseppe Francesco, della diocesi di Cienfuegos.
22	gennaio	1948.	Al	sig. Girouard Giuseppe Arturo, della diocesi di Hartford.
»	»	»	Al	sig. McGovern Giacomo Lorenzo, della medesima diocesi.
3	febbraio	»	Al	sig. Askin David, della diocesi di Brooklyn.
	»	»	Al	sig. Farley Filippo, della medesima diocesi.
	»	»	Al	sig. McNamara Giuseppe, della medesima diocesi.
»			Al	sig. O'Brien Michele, della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Patridge Carlo, della medesima diocesi.
	»		Al	sig. Sheean Giorgio A., della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. O'Neill Tommaso Alberto, della diocesi di Buffalo.
23		»	Al	sig. Kneiñ Pietro, dell'archidiocesi di San Luigi (TJ. S. A.).
29		»	Al	sig. Berthóty Carlo, della diocesi di Gran Varadino dei Latini.
13	aprile	»	Al	sig. Malin verno Franco, dell'archidiocesi di Milano.
»	»		Al	sig. Pozzi Ernesto, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al	sig. Campora Francesco, della diocesi di Savona.
»		»	Al	sig. Bardos Ludovico, dell'archidiocesi di Strigonia.
29		»	Al	sig. O'Hara Carlo, dell'archidiocesi di Milwaukee.
»	»	»	Al	sig. Wabiszewski Silvestro J., della medesima archidiocesi.
	»	»	Al	sig. Surges Francesco M., della medesima archidiocesi.
»			Al	sig. Kastenholz Edoardo F., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al	sig. Johnston Enrico S., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al	sig. Kopmeier Normanno J., della medesima archidiocesi.
19	maggio	»	Al	sig. Fakhoury Luigi, della diocesi di Baalbek dei Maroniti.
23		»	Al	sig. Prévost Attilio, dell'archidiocesi di Milano.
	»	»	Al	sig. Bazzola Raffaele, dell'archidiocesi di Sassari.
»	»		Al	sig. Doneddu Sebastiano, della medesima archidiocesi.

23 maggio 1948. Al sig. Serra Salvatore, della medesima archidiocesi.
14 giugno » Al sig. Bianchi Gerardo, della diocesi di Pistoia.
» » » Al sig. Bonacchi Gino, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Del Roso Lisindo, della medesima diocesi.
4 luglio » Al" sig. Cecchi Giuseppe, delParchidiocesi di Firenze.
» » » Al sig. Zaccagnini Edmondo (Roma).
14 » » Al sig. Donovan Wilbur, del vicariato apostolico di Isole Figi.
22 » » Al sig. Vigna Bartolomeo, della diocesi di Mondo vi.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

27 aprile 1948. Al sig. Gahlinger Antonio, Capitano della Guardia Svizzera Pontificia.
» » » Al sig. Imesch Giuseppe, Capitano della Guardia Svizzera Pontificia.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa :

22 giugno 1947. Al sig. Ponti Ettore (Roma).
» » » Al sig. Sinistri Alfredo (Roma).
24 settembre » Al sig- Falchi Giulio, delParchidiocesi di Sassari.
21 dicembre » Al sig. Tazzetti Guido, delParchidiocesi di Torino.
23 febbraio 1948. Al sig. Bonizzoni Emilio, della diocesi di Crema.
» » » Al sig. Viviani Paolo, della medesima diocesi.
» Al sig. Morselli Silvio (Roma).
» » Al sig. De Sbrocchis Giuseppe, della diocesi di Segni.
» » Al sig. Pierpaoli Giulio, della diocesi di Terni.
» » » Al sig. Bartolozzi Menenio, della diocesi di Treviso.
» » » Al sig. Perin Pietro, della medesima diocesi.
» » Al sig. Tronconi Alessandro, della medesima diocesi.
7 aprile » Al sig. Filosi Luigi (Roma).
13 » Al sig. Romano Francesco, della diocesi di Cariati.
» » » Al sig. Nigra Mario, della diocesi di Ivrea.
» » » Al sig. Nobili Luigi, delParchidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Silva Ambrogio, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Ottolina Enrico, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Ottolina Secondo, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Nurcio Giuseppe, della diocesi di Nardo.
» » » Al sig. De Giuli Innocenzo, della diocesi di Novara.
» » » Al sig. Mainardi Leonildo, della diocesi di Padova.
» » » Al sig. Romano Edoardo (Roma).
» » Al sig. Zinzi Comingio (Roma).
» » Al sig. Errázuriz Mena Carlo, delParchidiocesi di Santiago del Chile.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

27 novembre 1947. Al sig. Canto Enrico, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
15 dicembre » Al sig. Araneta Salvatore, dell'archidiocesi di Manila.
» » » Al sig. Daza Gabriele, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Lao Gabriele, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Nakpil Giovanni, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Parsons Carlo, della medesima archidiocesi.
23 febbraio 1948. Al sig. Wydler Teodoro, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » » Al sig. Micheli Filippo, della diocesi di Terni.
» » » Al sig. Botter Alfeo, della diocesi di Treviso.
» » Al sig. Cursi Alfredo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Innocente Attilio, della medesima diocesi.
» » Al sig. Pantaleoni Clemente, della medesima diocesi.
29 » » Al sig. Zoccola Carlo, della diocesi di Acqui.
» » » Al sig. Calvi Ambrogio, della diocesi di Pavia.
13 aprile » Al sig. Maestri Giuseppe, della medesima diocesi.
» » Al sig. Anselmo Giuseppe, della diocesi di Savona.
» » » Al sig. Robatto Antonio, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Fiocca Ernesto, della diocesi di Vigevano.
27 » » Al sig. Barbagallo Giovanni, della diocesi di Acireale.
» Al sig. D'Urso Rosario, della medesima diocesi.
» » Al sig. Asquini Giorgio, della diocesi di Concordia.
» » Al sig. Cimatoribus Angelo Pompeo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Rosella Luigi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Castaldi Francesco, dell'archidiocesi di Napoli.
29 » » Al sig. Deganutti Camillo, dell'archidiocesi di Udine.
19 maggio » Al sig. Guerrieri Raffaele Lucio, dell'archidiocesi di Palermo.
23 » » Al sig. Guardi Giovanni Battista, della diocesi di Biella.
» Al sig. De Rosa Antonio, della diocesi di Concordia.
» » Al sig. Pavanel Luigi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Filippini Girolamo, dell'archidiocesi di Firenze.
» » Al sig. Gerosa Paolo, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Zocchi Guido, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Pepe Guglielmo (Roma).
5) » Al sig. Cazzador Giuseppe, del patriarcato di Venezia.

An. et voï. XL 4 Septembris 1948 (Ser. H, v. XT) - N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CAMBERRENSIS
(CAMBERßENSIS ET GULBURNENSIS)

DIOECESIS GULBURNENSIS SEDES IN ((CANBERRA)) URBEM TRANSFERTUR ,* DIOECESIS IPSA, POSTHAC CAMBERRENSIS ET GULBURNENSIS APPELLANDA, A METROPOLITICO ARCHIEPISCOPI SYDNEYENSIS IURE EXIMITUR, AD ARCHIEPISCOPALIS ECCLESIAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR ATQUE SEDI APOSTOLICAE IMMEDIATE SUBIICITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

An dioecesium opportuniorem et utiliorem regiminis perfunctionem maxime procul dubio confert ut episcopalis sedes in ea constituta sit urbe, quae ceteris sit praestantior ; Apostolicae autem Sedis est ex una in alteram transferre civitatem Antistitis sedem et cathedram episcopalem in altera ecclesia constituere, si hoc, ad maius christifidelium bonum, opportunum visum fuerit. Cum itaque in dioecesi Gulburnensi, a fel. rec. Pio Papa Nono, Decessore Nostro, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, die decima septima Novembris mensis, erecta, et metropolitanae Ecclesiae Sydneyensi suffraganea constituta, urbs exstet, quae totius Australiae princeps foederalis est, *Canberra* vulgo

nuncupata, sane congruum videtur in hanc urbem sedem episcopalem, hactenus Golberniae constitutam, transferre et insimul ad sedis archiepiscopalis honorem et fastigium eam evehere. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine episcopalem Gulburnensis dioecesis sedem in *Canberra* **urbem transf erimus, quam proinde ad civitatis episcopalis dignitatem extollimus. Statuimus insuper ut Gulburnensis dioecesis, ob hanc eius sedis episcopalis translationem, posthac** *Camberrensis et Gulburnensis* **nomine appelletur. Ecclesiam autem istam peculiari benevolentia complectentes, ad dignitatem archiepiscopalem evehimus et extollimus, ac Nobis et Apostolicae Sedi immediate subiectam decernimus ; atque proinde a metropolitico Archiepiscopi Sydneyensis iure eximimus ; volumus tamen ut Camberrensis et Gulburnensis Archiepiscopus pro tempore, licet ab Apostolica Sede immediate dependeat, interesse valeat synodis et conferentiis Episcoporum provinciae ecclesiasticae Sydneyensis et in eiusdem provinciae Seminaria mittere possit iuvenes, in spem Ecclesiae succrescentes. Eidem insuper pro tempore Archiepiscopo singula iura concedimus et privilegia, quibus ceteri huiusmodi Archiepiscopi fruuntur, atque tum Pallii usum, postquam tamen illud in Sacro Concistorio postulatum et obtentum fuerit, tum ius Crucem ante se ferendi iuxta sacros canones praescripta, inter fines tantum propriae Archidioecesis. Concedimus porro ut, usque dum ecclesia cathedralis in Camberrensi urbe aedificetur, adhuc adhibeatur ecclesia cathedralis Deo in honorem Ss. Apostolorum Petri et Pauli dicata Gulberniae exstans; et Archiepiscopo facultatem facimus pro eius lubitu residendi sive in Gulburnensi sive in Camberrensi civitate. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus** ád **quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus ostensis tribueretur. Nemini autem hanc paginam translationis, evectionis, exemptionis, subiectionis, concessionis, statuti, derogationis et vo-**

luntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die quinta Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI — S. *Collegii Decanus.*

P. Card. FUMASONI BIONDI — *S. C. de Propaganda Fide Praefectus,*

t Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost,*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

EXPEDITA

die quinta Martii, anno nono
Alfridus Marini, ***Plunibator.***

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 8. — Al. Trussardi.

II

INSULARUM DE COOK

PRAEFECTURA APOSTOLICA INSULARUM DE COOK AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Congruum sane et opportunum videtur Praefecturas Apostolicas, in quibus Missionariorum zelo notabiles res catholica progressus fecerit, ad potioris dignitatis gradum evehere. Cum itaque in Oceania Praefectura Apostolica Insularum de Cook, Apostolicis Litteris datis anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die vigesima septima novembris mensis, a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Praedecessore Nostro erecta, ob sedulas Societatis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae Sodalium quibus illa concredita est, curas, evangélicos non mediocres fructus tulerit, eam ad Vicariatus Apostolici gradum extollere censuimus. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi christiano Nomine propagando praepositorum consilio, attento favora-

bili voto venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi Titularis Iustinianensis et Delegati Apostolici Australiae, Novae Zelandiae et Oceaniae, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, Praefecturam illam Insularum de Cook, eodem nomine iisdemque limitibus servatis, in Vicariatum Apostolicum suprema Nostra auctoritate evehimus, erigimus et constituimus, eumque etiam in posterum praefatae Societatis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae sodalibus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo autem huic Vicariatui Insularum de Cook eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, potestates et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die duodecima Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praefectus.

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die quintadecima Martii, anno decimo
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXV, n. 27. — Al. Trussardi.

III

DE ONITSHA-OWERRI (ONITSHAÉNSIS-OWERRIENSIS)

VICARIATUS APOSTOLICUS DH ONITSHA-OWERRI IN DUAS DIVIDITUR PARTES, QUARUM UNA VICARIATUS APOSTOLICUS ONITSHAËNSIS EFPORMABITUR, ALTERA VICARIATUS APOSTOLICUS OWERRIENSIS, CUI ADNECTITUR PARVUM TERRITORIUM A VICARIATU CALABARENSI DISTRACTUM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In christianum nomen inter infideles gentes facilius propagandum mentem Nostram iuxta Dominicum mandatum assidue conferentes, latissima plerumque Vicariatuum Apostolicorum territoria dispertire et alias erigere Missiones satagimus aliis Evangelii praeconibus concredendas. Quum itaque Vicariatus Apostolicus de Onitsha-Owerri in Africa Occidentali Britannica, apostolicis Congregationis Sancti Spiritus sodalium curis commissus, adeo pateat ut nimis arduum sit in regione illa evangelizationis opus, peropportunum visum est ad illius Vicariatus divisionem procedere. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni in Bithynia et Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae Delegati Apostolici, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia Apostolicum quem supra memoravimus Vicariatum de Onitsha-Owerri, suprema auctoritate Nostra in binas dividimus partes, quarum una, ad septentrionem versus, integram provinciam civilem, cui nomen vulgo *Onitsha,* **complectetur, et Vicariatum efiformabit Onitshaënsem appellatione ; altera vero, ad meridiem versus, civiles provincias, quibus nomina** *Owerri* **et** *Owerri River,* **complectens, novum efformabit Vicariatum sub Owerriensis appellatione; cui territorium adiungimus, quod a tribu** *O goni* **nomen sumit, hucusque ad Vicariatum Calabarensem pertinens, a quo propterea eadem apostolica auctoritate Nostra illud distrahimus, ut aptius spiritualibus illorum populorum necessitatibus prospici possit. Ambos insuper Vicariatus**

Apostolicos Onitshaènsem et Owerriensem, ita a Nobis erectos et constitutos, sollertibus Congregationis Sancti Spiritus sollicitudinibus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam in posterum, commissos volumus ac decernimus. Utrique porro Vicariatui eorumque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur; iisdamque.eos adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut exceptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam divisionis, erectionis, dismembrationis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die duodecima Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
8. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die prima Aprilis, anno decimo
Alfridus Marini, ***Plumbator,***

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 24. — Al. Trussardi.

iv

DE IPAMU
(IPAMUENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE IPAMU AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR SUB ((IPAMUENSIS)) NOMINE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Missio quaevis inter gentes adhuc Evangelii lumine orbatas, si laetos res catholica fructus illic retulerit, digna sane videtur quae ab Apostolica Sede ad maiorem dignitatis gradum provehatur. Cum itaque intra Congi Belgici fines Praefectura Apostolica de Ipamu, a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima Aprilis mensis per Apostolicas sub plumbo Litteras *Quo uberiores* **erecta, ob sedulas Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae Sodalium curas, quibus illa concredita est, fidelium et missionalium operum frequentia, postremis potissimum his temporibus, tam praeclara elicuerit germina, ut fas sit sperare fructus in dies uberiores edituram, sane congruum visum est ad Vicariatus Apostolici gradum eam provehere. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani atque Apostolici in Congo Belgico Delegati, süppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensuare mature perpensa ac certa scientia, Nos, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine^ Praefecturam Apostolica de Ipamu in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, Ipamuensem nomine posthac appellandum; eumque iisdem Oblatorum B. M. V. Immaculatae Congregationis Apostolicis curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concreditum volumus. Huic ergo novo Vicariatui Ipamuensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur, Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus,**

contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum yero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam erectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die duodecima Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. B. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
8. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
*8. C. de Propaganda Fide Praefectus**

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die decima Martii, anno nono
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap.» vol. LXXV, n. 16. — Al. Trussardi.

V

DE KKOONSTAD
fKROONSTADENSIS ET BETHLEHEMENSI^

B VICARIATU APOSTOLICO **DE** KROONSTAD PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVUM ERIGITUR VICARIATUM SUB NOMINE BETHLEHEMENSIS. VICARIATUS DB KROONSTAD IN POSTERUM <(KROONSTADENSIS)) APPELLABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In christianum nomen latius inter infideles propagandum apostolici muneris Nostri curas assidue conferentes, lubentissime venerabilis Fratris Leonis Klerlein, Episcopi titularis Voncariensis et Vicarii Apostolici

de Kroonstad oblatas Nobis preces excipere censuimus, quibus ille petiit, ad evangelizationis operi in regione illa facilius consulendum, ut sui Vicariatus territorium, nimia vastitate redundans, in duas divideretur partes et novus ibidem Vicariatus constitueretur, alteri concredendus Antistiti. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. **B. E. Cardinalium .S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Vicariatus Apostolici de Kroonstad territorium in duas dividimus partes ; quarum unam, competentem districtus civiles de** *Bethlehem, Harrismith, Vrede, Frankfort, Reits, Lindley, Senelcal, Fourriesburg, Ficksburg, Clocolan* **et partem districtus de** *Ladybrand,* **in novum Vicariatum Apostolicum,** *Bethlehemensem* **nuncupandum, erigimus et constituimus; alteram vero, complectentem districtus civiles** *de Kroonstad, Heilbron, Vredefort, Bothaville, Ventersburg* **et partes districtuum** *Hoopstad* **et** *Winburg* **usque ad flumen** *Vet,* **efformare decernimus Vicariatum Apostolicum de Kroonstad, posthac** *Kroonstadensem* **appellandum. Novum autem Vicariatum Apostolicum Bethlehemensem curis apostolicis Congregationis Sancti Spiritus sodalium, qui ibidem plures iam annos tam sollerter adlaborant, adhuc concreditum volumus; Vicariatum vero Kroonstadensem curis committimus Ordinis Fratrum Praedicatorum ; utrumque tamen ad Nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum, praefatis Evangelii praeconibus concreditum esse volumus. Novo autem Vicariatui Bethlehemensi eiusque pro tempore Vicario Apostolico omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Iisdem insuper praesentibus Litteris venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Leonem Klerlein, qui toti hucusque Vicariatui de Kroonstad laudabiliter praefuit, in novi Vicariatus Bethlehemensis Vicarium Apostolicum renunciamus et constituimus. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam divisionis, erectionis constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem**

omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die duodecima Februarii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI **P. Card. FUMASONI BIONDI**
8. Collegii Decanus. ***8. C. de Propaganda Fide Praefectus.***

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die decimaoctava Martii, anno decimo
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 19. — Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

AD TITULUM AC DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR TEMPLUM R. MARIAE V. A SACRATISSIMO ROSARIO IN URBE ((TALPA)), DIOECESIS TEPICENSIS, EXSTANS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Mirum in modum conspicitur, in loco eminens perexcelso atque edito, in parva urbe « Talpa » vulgo nuncupata, Tepicensis intra fines dioecesis, pulcherrimum Deo in honorem Beatissimae Virginis Mariae a Sacratissimo Rosario dicatum Sanctuarium, quod non modo ex eadem dioecesi sed ex universa dicione ingens Christifidelium vis pie celebrat. Hanc enim in Sacram Aedem sive turmatim sive singillatim quovis ordine cives ex longinquo, peregrinorum more, frequenter confluunt maximeque Februario, Martio, Maio, Septembrique mensibus. Complures, pedibus nudis, per aspera et montuosa incedentes loca, signa quoque paenitentiae ostendunt spineis coronis sibi impositis. Large liberaliterque stipem donaque conferunt ad Sanctuarii decus atque magnificentiam augenda, idemque, copiosis praeditum ornamentis, pretiosa quoque sacra ditatum est supellectile. Speciosis lineamentis ex-

structa, amplitudine excellens eximiisque artis operibus enitens, haec Aedes, quae mirabili navi constat, sollemniter consecrata fuit. Ad divini Cultus Sacrorumque magnificentiam assiduus diligensque clerus incumbit ac, peregrinationum praesertim tempore, magno numero liturgicas functiones splendide peragit ut erga Beatissimam Virginem Mariam fidelium pietas cultusque firmius roborentur magisque foveantur. Re vera ipsa Deiparae Virginis Imago, pretiosissima in Templo gemma, aureo fulgens diademate, quo sollemniter anno MCMXXIII per Capituli Vaticani decretum redimita est, perplurium est fons gratiarum benignissimus perennisque. Quum de hoc Templo tantas habuerit laudes Venerabilis Frater Anastasius Hurtado, Tepicensis Episcopus, enixas preces, commendationis officio suffultas Ven. Fratris Aloisii Mariae Martínez, Archiepiscopi Mexicani, Nobis humiliter adhibuit ut praelaudatum Templum ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignaremur. Nos, ad augendam Christifidelium pietatem erga Deiparam Virginem, omnium sequestram gratiarum, paterna caritate intenti, ultro libenterque oblatis ad Nos precibus votisque annuendum censuimus. Quam ob rem, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Templum seu Sanctuarium Beatae Mariae Virginis a Sacratissimo Rosario in parva urbe vulgo « Talpa » nuncupata, intra dioecesis Tepicensis fines extans, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus cum privilegiis, praerogativis atque iuribus quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Novembris, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

B. MARIA V. <(A SALUTE)) CIVITATIS ((MONPALCONE)), IN GORITIENSI ATQUB GBADISCANA ARCHIDIOECESI, PATRONA CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Suavissima inter nomina Beatae Mariae Deiparae Virgini tributa, illud sane eminet maximeque apud fideles diffusum est, quo Ipsa « a Salute » appellatur. Enimvero « Salus » corporum morbis afflictorum cruciatorumque Maria Virgo, qua tenera Mater, invocatur, non sine peculiari quoque animarum emolumento ; « Salus » insuper, non tantum singulorum fidelium, sed totius populi christiani, cuius munimen et columen in aerumnis calamitatibusque iugiter Be ostendit. Nostris propterea difficillimis temporibus peropportuna visa est Venerabilis Fratris Caroli Margotti, Goritiensis et Gradiscani Archiepiscopi, supplicatio, qua enixe rogati sumus ut Maria Deipara Virgo, quae sub titulo « a Salute)) maxima colitur veneratione in civitate vulgo « Monfalcone », principalis eiusdem oppidi Caelestis Patrona a Nobis declaretur. Ab ipso enim Ordinario certiores facti sumus cives praedictae urbis ab antiquo sollemnia in honorem Virginis Mariae, vulgo « Madonna della Salute » nuncupatae, quotannis ex voto celebrare, frequenti fidelium concursu et permagno spirituali profectu. Cum autem Ipsa tamquam Patrona per saecula habita sit, Clerus universusque civitatis « Monfalcone » populus, per Archiepiscopum, ut ratum confirmatumque Patronatum ipsum habeamus, humillime petierunt. Ut porro Beatissima Virgo, asperrimis praesertim hisce temporibus in quibus oppidum quoque illud valde periclitatur, sit etiamnunc civium praesidium ac vera « Salus », huiusmodi votis ac precibus annuendum censuimus. Proindeque, supra memorato Antistiti libenter gratificantes, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam titulo « Madonna della Salute », quae in civitate « Monfalcone », intra fines Goritiensis atque Gradiscanae Archidioeceseos, colitur, *Primariam Caelestem Patronam* **confirmamus, constituimus ac declaramus, omnibus ac singulis liturgicis privilegiis adiectis, quae principalibus locorum Patronis competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edi-**

cimus ac statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quobis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Februarii, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

III

ECCLESIA PAROECIALIS ET COLLEGIATA IN URBE ((PORTO MAURIZIO » IN ALBINGANENSI DIOECESI BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Summo in Parasio monte, intra dioeceseos Albinganensis fines, prope Ligures oras, sacra iam dudum exstiterat aedes, cuius humiles origines nemo compertas habebat. Attamen, decimo tertio inito saeculo, haud parum insignis Ecclesia ibidem paroeciae dignitate iuribusque fruebatur, quae nemini unquam subiecta fuit, quin immo alias paroecias in dicionem suam decursu temporis redegit. Quo autem civitas circa Ecclesiam insignior pollentiorque fiebat, prius « Porto Moro », deinde, uti fertur, ob antiquissimum cultum Sanctis Mauritio et Sociis Legionis Thebaeae Martyribus ibi tributum, « Porto Maurizio » nuncupata, eo magis paroecialis, collegiata serius, Ecclesia privilegiis cumulabatur atque iuribus, nec non magnitudine, splendore decor eque augebatur. Inde enim ab anno MCCCXXXIX, eam administrandam suscepit, praeeunte Parocho, quinque Canonicorum Collegium, quorum numerus usque ad tredecim postea auctus est. Anno MDLXXXXII amplificata fuit Ecclesia, ac paulo post, anno scilicet MDCIX, per Lucae Fieschi Episcopi Decretum, vetustae Sancti Spiritus Abbatiae ita canonice coniuncta est, ut illius rem omnem, itidemque iura, privilegia exceperit, atque Parochus Abbati titulo indultisque suffectus sit. Nec defuit

erga memoratam Ecclesiam Albinganensium Episcoporum pastoralis sollicitudo : namque abbatialibus indui vestimentis Praepositum siverunt et Canonicos iisdem ac Ianuensis Cathedralis capitulares insignibus distingui annuerunt. Anno denique MDCCXLIII., populum e moenibus Civitatis « Porto Maurizio » adloquens, ibidem ortus Sanctus Leonardus, maximum illic exaedificatum iri Templum praenuntiavit. Cuius verba haud irritum habuere exitum : quadraginta enim post annis Rectores civèsque, pristina, aede fatiscente, novam funditus erigendam curarunt. Gravis itaque et exoptatae rei studio incensi, omnes sine mora in opus incubuerunt, quod tamen, bellorum causa, interceptum, sero confecerunt, votumque, magna amoris conspiratione consentientes, persolverunt. Tandem Iacobus Aloysius Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Brignole, Ianuensis Archiepiscopus, die xvm mensis Octobris anno MDCCCXXXVIII^ Templum, affabre classicae structurae genere aedificatum, sollemniter consecravit, cuius e tholo longe oculorum acies in mare expatiatur ac valles, quae una in amoenam confluunt subiacentem peninsulam. Tres alas complectitur ingentes, tantumque capit, ut undecim in illo Altaria commode collocata sint; ceterum in latitudinem ita patet, ut inter reliqua Liguriae templa maximum habeatur. Atque insimul, quo clariores essent Templi huius forma ac pulchritudo, tabulas optime expressas, iucundissimis item coloribus magnificas, effecerunt qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabantur. Nonnullae illic Sanctorum Reliquiae magna pietate coluntur, praesertim Sancti Mauritii, quem Caelestem Paroeciae Patronum maiores habuerunt, et Sancti Leonardi, cuius costam ac brachium vasa argento caelata continent. Neque sacra supellectili expers est ; abunde enim pollet vestibus ex auro contextis, pluvialibus sacrisque vasis, neque iis caret quae ad cultus splendorem augendum attinent. Complures denique sacerdotes, praeter Parochum atque Canonicos, navam operam dant, ut animarum consulant necessitatibus. Praeterea viget ibidem floretque Actio, quam vocant, Catholica, cuius incepta innumerabiles fructus attulerunt. Quibus omnibus rite perpensis, Venerabilis Frater Raphaël De Giuli, Albinganensis Episcopus, vota Portus Mauritii Parochi, Canonicorum, Optimatum universique populi Nobis deprompsit, efflagitans ut Templum in eadem urbe exsistens titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decorare dignaremur. Nos autem, huiusmodi supplicationibus perlibenter gratificari cupientes, publicam luculentamque propensae voluntatis Nostrae testificationem largiri statuimus. Ideoque, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa seien-

tía ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum. Ecclesiam Paroecialem et Collegiatam, in Civitate « Porto Maurizio » intra fines Albinganensis dioecesis positam, ad dignitatem et honorem Basilicae Minoris evehimus cum omnibus privilegiis quae eidem titulo conveniunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxii mensis Septembris, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

IV

TEMPLUM CATHEDRALE SARZANENSIS DIOECESIS, B. MARIAE IN CAELUM ASSUMPTAE DICATUM, PRIVILEGIIS HONORIBUSQUE BASILICAE MINORIS DITATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Miranda sane itidemque pulcherrima per saecula apparuit quarundam civitatum sors, quibus providentissimus Deus commisisse videtur ut fulgentissimam, inter barbaros fines, humani civilisque cultus lucem servarent posterisque traderent. Quas inter antiquitate et nobilitate eminuit profecto ac floruit Lunensis civitas, quae etrusca prius, dein et ligur et romana colonia fuit, quaeque post Christum natum cito Evangelii praeconium accepit, uberesque posthac Christianae Fidei fructus et ipsa dedit, longe lateque Religionis humanitatisque fulgorem, micantis sideris instar, per Lunisianam regionem effundens. Tantus profecto fuit splendor ille, ut Sarzanensis civitas, pervetustae illius Lunensis heres, ob naturae hominumque in-

iuriam penitus eversae atque obsoletae, antiquum et quodammodo sacrum mandatum continenter per Episcopos suos exercuerit, Christianam scilicet Religionem ubique dilatandi, civilesque mores. Excitata autem XII saeculo exeunte, nova Ecclesia Cathedralis Sarzanensis consecrata fuit anno circiter MCC atque Beatae Mariae in Caelum Assumptae dicata. Stylo « gothico » mirabilis, Corpora Sanctorum Lunensium Antistitum, ac Reliquias, potissimumque Pretiosissimi D. N. I. C. Sanguinis, sollemniter recepit et etiamnunc maxima devotione asservat pieque custodit. Attamen civitas ac dioecesis Sarzanensis inclyta fruuntur laude, miroque titulo gloriantur, quippe quae Decessoris Nostri Nicolai Pp. V, rec. mem., patria fuerint, qui doctrina, sapientia animique suavitate omnibus carus exstitit et de studiorum ratione quam maxime meritus est. Ipse, spiritualis emolumenti dioeceseos natalis Suae sollicitus, tum praecedentia confirmando, tum nova Decreta edendo, Lunensem « matricem » dioecesim in Sarzanensem transtulit atque novae Ecclesiae Cathedralis splendorem auxit. Quae tandem, saeculo xvii, in ampliorem formam refecta, pulcherrimis albo ex marmore columnis nec non decem altaribus ditata, insigne ((classici », uti aiunt, styli monumentum evasit. Quintae denique centenariae diei, ex quo Thomas Parentucelli, Sarzanensis civis, Beati Petri Apostoli Cathedram ascendit, felicem faustamque opportunitatem nactus, Venerabilis Frater Ioseph Stella, Lunensis, Sarzanensis et Brugnatensis vel Spediensis Episcopus, proprio nomine et Sarzanensium Canonicorum, nec non utriusque Cleri, Optimatum universique populi, enixas Nobis adhibuit preces, ut Ecclesiam Cathedralem Sarzanensem titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decorare dignaremur. Nos autem, ad Sarzanensis Ecclesiae Cathedralis nec non universae dioeceseos nomen cum illustri laudati Pontificis Maximi memoria arctius in dies coniungendum, huiusmodi votis precibusque obsecundare perlibenter statuimus. Quam ob rem, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sarzanensem Ecclesiam Cathedralem titulo, privilegiis honoribusque Basilicae Minoris decoramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique Ecclesiae ad quam pertinent, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus,

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Decembris, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. VINCENTIUM TOMEK, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM PRAEPOSITUM GENERALEM : TERTIO EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI IOSEPHI CALASANCTII, EIUSDEM ORDINIS FUNDATORIS, SECUNDO VERO AB IPSIUS SOLLEMNI BEATIFICATIONE.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Proximo Augusto mense, Ordo vester gemina laetabitur faustitate, tertio videlicet exeunte saeculo, ex quo Iosephus Calasanctius Pater Legifer felici obitu ad caelestia migravit, secundo vero, ex quo in Beatorum album idem est relatus. Quare universa Calasanctiana familia gestit animis, et sollemnibus gratiarum actionibus aliisque pietatis officiis et litterarum quoque certaminibus, duplicem eventum per integrum anni spatium concelebrare.

Quae quidem communia vestra gaudia et suscepta consilia Nos in primis merita honestamus laude atque robore Apostolicae auctoritatis plane confirmamus. Etenim commemoratio rerum a vestro Conditore gestarum ac tersaecularium ipsius Ordinis meritorum, cum sacris ritibus ingeniorumque exercitationibus aptissime coniuncta, non modo sodales vestros cunctosque alumnos iusta perfundet laetitia, verum stimulos quoque admovebit vobis ad clariora in posterum patranda facinora, quae salutarium segetem fructuum afferant uberiorem. Illud profecto, quod felici ausu Sanctus Calansanctius perfecit, ut primum exhibuerit exemplum christianae popularis eruditionis universae, dignum sane est memoratu suavissimo et longe maius opus, quam ullis laudibus exaequetur.

Omni quidem tempore Ecclesia sollicito caritatis studio egentium tenuiorumque e populo necessitatibus occurrit et multifaria institutorum ratione subvenit; novellami autem aetatem materno Ecclesia semper fovit complexu, mentesque parvulorum erudiendo, animos moderandos excolendosque curavit. Iam vero postquam, progrediente humanae familiae aetate, typis ad scripta imprimenda celerrimeque multiplicanda inventis, cultus divinarum humanarumque doctrinarum peraucta evulgatione magnum cepit incrementum, Iosephus Calasanctius, sedulus vigilque Ecclesiae interpres ac minister, divino quodam adflatu, omnium primus, non sine controversia inter plures diffidentes et etiam repugnantes homines, scholas neglectis proletariorum filiolis gratuito aperuit.

Discebant pueri in litterariis eiusmodi ludis artem legendi scribendique, praescripta grammaticae et supputandi rationes; libellos autem et calamos, atramentum, chartulas itemque praemia diligentiae excipiebant Iosephi caritate. Docebant vero sacerdotes magistri, nulla spe lucri vel humanae gloriolae adducti, sed religionis officio permoti, amore Dei proximorumque perfusi; ac propterea, dum tenellos animos ad sensus aperiendos explicandosque litterarum elementis erudiebant, christianae sapientiae pietatisque praeceptis ad rectos mores virtutesque eosdem informabant. Merito igitur ac felici appellatione « piae » illae scholae ab ipso Conditore sunt nuncupatae: quandoquidem pietas in Deum, in parentes, in patriam est solidum honoratae pacataeque vitae christianae fundamentum praesidiumque humanae auctoritatis tutissiinum. Scholae itaque Piae repertae sunt ad probum civem verumque christianum effingendum plane accommodatae. Nonne ex puerili institutione pendet, ut plurimum, qua quis ratione et constantia sit venientis aetatis spatium acturus?

Nil profecto mirum, si Calasanctianae Scholae pluribus in locis, licet inter tot vicissitudines et res adversas, mature sint diffusae, scilicet per Italiam, per Europam atque etiam, trans Oceanum Atlanticum, per Australem Mediamque Americam.

Quod si praeter puerorum disciplinam, sapienti admodum constitutione ordinatam, pro tempore et pro re altiorem quoque eruditionem adulescentibus impertiendam Ordo vester suscepit, hoc minime alienum fuit a Patris Legiferi proposito neque exstitit a maiore alumnorum utilitate seiunctum. Pubescentibus enim annis, dum membra viresque corporis adolescunt ac perficiuntur, animi quoque inclinationes affectusque omnes maturescunt, novam quamdam lucem ac robur acquirentes, ita ut, sive ex blanda errorum specie mundique illecebris, sive ex aestu erumpentium cupiditatum, plura et gravia pericula plerumque adulescentibus

impendeant, nisi divina quaedam frena tempestive iniiciantur ac superna auxilia titubantibus animis praebeantur.

Itaque in vestris scientiarum bonarumque artium domiciliis discipuli, aetatis flore virentes, non modo ad christianas virtutes educantur sed omni exornati humanitate, vere civiles Anguntur atque publicarum privatarumque rerum administrationi plane idonei, qui regere possint consiliis civitatem, legibus moderari, firmare institutis, emendare iudiciis.

In obeundo igitur docendi munere, quod est in more quidem hereditario Ordinis vestri positum alacriter incumbite ac pergite confidenter. Nullum profecto officium cogitari potest nobilius, quam tanta cura et sedulitate niti, ut homines, a primo aevo solida doctrina ac pietate instructi, utilitatibus familiae et civitatis deservientes, ad mansuram in caelo patriam iter dirigant suum studioseque conficiant.

Hisce propositis studiisque animati, per saecularia sollemnia insignem Patris Legiferi imaginem mirumque exemplum in memoriam revocate atque ita animis vestris proponite, ut eius vestigiis firmiter adhaerentes, et imitatores virtutis et laudis aemuli eflSciamini. Nos autem instanti prece a Deo vobis ominamur, ut Scholarum Piarum Ordo magis magisque floreat in dies, eiusque magistri, fructuum ac meritorum adaucti incrementis, numero quoque multiplicentur, in iis praesertim regionibus ubi litterarii ludi et aliae rei publicae scholae sunt insano consilio, cum magno Ecclesiae et civitatis detrimento, sapientiae christianae contemptrices vel plane expertes.

Caelestium interea donorum auspicem paternaeque Nostrae caritatis testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, cunctisque Scholarum Piarum sodalibus atque alumnis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis Iulii, anno MDCCCCXxxxvin, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. CLEMENTEM EPISCOPUM VELITERNUM S. R. E. CARDINALEM MICARA, CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM PRAEFECTUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD SACRA SOLLEMNIA COLONIAE AGRIPPINAE CELEBRANDA OB SEPTIMUM EXPLETUM SAECULUM A CATHEDRALIS IPSIUS TEMPLO CONDITO NUPERQUE FELICITER RESTITUTO.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Coloniae Agrippinae cathedrale templum, magnificentissimum Gothicae artis in Germania monumentum, horrendis belli ictibus vulneratum vehementique aêris minis concussi impetu permotum tectisque vasta ruina disiectis immaniter hians, in eo iam esse excepimus, ut, flagranti animorum studio operumque fervore, ad cultum divinum post quinquennium dimidia ex parte restituatur. Namque Augusto mense proximo, sacerrimo die, quo « Maria Virgo assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio », expleto scilicet septimo saeculo, ex quo primus lapis novi cathedralis templi rite est collocatus, coram pluribus diversarum nationum sacris Praesulibus etiam Romana purpura exornatis et praesentia civitatis magistratuum maximaque fidelium frequentia ex tota Rhenania proximisque Germaniae regionibus confluentium, sacra sollemnia in illo templo peragentur. Qui quidem pergratus nuntius, inter tot tantasque populorum angustias et concertationes, inter plures novae anxietatis causas minaces, quando pax publica nondum ubique est foedere conciliata et, ubi quoque iam inter partes convenit, tam crebro perturbatur a nefariis quibusdam hominum coetibus, quibus « compositis rebus nulla spes, omne in túrbido consilium », suavis ille nuntius, inquimus, non parvo Nos solamine adiecit. Subit profecto mentis Nostrae oculos tristissima permutatae urbis imago : Colonia illa, industria et commerciis commeatuumque copia antea florentissima, ipsaque natura et situ conspicua formaque ingentis theatri ad fluenta Rheni spectantis, nunc bellico furore plurima passim prostrata humi iacet. Attamen generosa civitas, quamquam impellente adstringitur necessitate tecta ad incolumitatem civium quam primum reficiendi, gestit simul illud sine mora redintegrare templum, ubi cathedra Pastoris sui exstat, quodque est vere domus Dei et domus universi gregis. Semper equidem pervetusta Colonia Claudia Augusta Agrippinensis, a Tiberinis ripis ad Rhenum inferiorem deducta, ex quo secundo saeculo evangelium Christi

recepit, non modo catholicae fidei retinentissima fuit, sed Romanae Cathedrae, sive in prosperis, sive in afflictis rebus, addictissima ; quapropter in praesens quoque, post saevissimi belli Auctus, ut sollemnia sacra in Domo sua primo concelebret, ad beatam Petri sedem oculos animosque convertit, eiusque egregius Cardinalis Archiepiscopus enixe a Nobis postulavit, ut per Nostrum Legatum tantae celebritati praesse velimus. Quibus votis benigne adnuentes, te, Venerabilis Frater Noster, qui, Romana purpura decoratus, singulari pietate atque auctoritate in Curia Nostra refulges, quique pastorali cura Veliternae dioecesi moderaris, Legatum Nostrum a Latere, ut iam antea nuntiavimus, eligimus atque constituimus, ut Nostram gerens personam sacris ritibus, qui in cathedrali templo Coloniensi proxime agentur, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas, Sacroque pontiAcali ritu peracto, adstanti populo Nostra potestate benedicas, plenariam indulgentiam eidem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Certam autem iucundamque spem fovemus, ut ex tot rerum gestarum memoria septies saeculari novae vires novique spiritus maerentibus sollicitisque civibus adiiciantur ad vestigia maiorum alacriter persequenda, ut ex frequenti exterorum peregrinorum concursu christianae amicitiae vincula inter diversas gentes conArmentur arctiusque adstringatur, ut omnes denique Adeles, intuentes binas templi celsissimas procerasque turres earumque considerantes peracuta lineamenta in caelum erecta, ad caelestia desideria strenua fide animoque ardenti exacuantur. Ominantes interea a Deo per Mariam caelo receptam, ut per honorificum Legationis munus ad secundum exitum perducatur, auspicem superni praesidii benevolentisque animi Nostri testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater Noster, Cardinali Archiepiscopo Coloniensi eiusque clero ac populo amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv **mensis Iulii, anno** MDCCCcxxxxvni, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

EXHORTATIO AD CLERUM INDIGENAM

PIUS PP. XII

Dilecti Filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — In auspicando super Ianiculo monte Collegio Sancti Petri, ad excipiendos altiusque excolendos iuvenes sacerdotes indígenas, provide praestituto, pergrata sane exstat opportunitas bene ominantia ac suadentia verba ex animo Nostro paterno effundendi ad universum clerum indigenam, missionarii florem apostolatus, uberes in posterum fructus caelesti ope redditurum.

Sacrae enimvero Missiones, laborioso ac diuturno Christi praeconum opere, iam multis in locis feliciter excreverunt feyeque illud attigere propositum, quod earum proprium est, Ecclesiam videlicet in novis terris constabiliendi, ita ut, radicibus ibi alte defixis, ipsa per se, sine exterorum sacerdotum adminiculis, prospere vivat libereque explicetur.

Quo quidem felici eventu animi praesertim indigenarum clericorum fideliumque exstimulantur ad gratiam agendam habendamque exteris missionariis, qui tantae caritatis industria, usque ad sanguinis effusionem haud raro prolatae, laeta admodum messium tempora apparaverunt: « In hoc enim est verbum verum : quia alius est qui seminat et alius est qui metit... alii laboraverunt et vos in laborem eorum introistis ».*

Quibus autem condicionibus recentes Ecclesiae surculi florescere et luxuriare fecunde poterunt? Has quidem praecipuas condiciones placet Nobis breviter attingere.

In primis necessaria omnino est sanctimoniae propriae et alienae salutis cupido flagrans. Illud profecto, quod hominem cum Deo coniungat atque non indignum efficiat misericordiae eius administrum, est vitae morumque sanctitas, quae sine divinae gratiae munere obtineri nequit. Animarum autem studium fructusque apostolatus ad irritum revolvuntur, nisi bona hominis voluntas atque industria adiuvatur ac roboratur praestanti Dei auxilio : « Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus ».[2]

Itaque, Dilecti Filii, ad graves sacerdotum virtutes adquirendas alendasque sedulo incumbite, aeternarum rerum meditationi atque ad Deum precationi quotidianam tribui te operam, sacrorum piorumque librorum lectioni frequenter attendite, sub noctem, antequam somnus obrepat, vitam vestram diligenti discussione examínate, ut quantum profeceritis

[1] IoANN., IV, 3G-38.
[2] *I Cor.,* III, 7.

vel quantum defecerit^ plane agnoscatis. Si sacratis veterum ethnicorum legibus a sacerdotibus quaedam sanctitudo postulabatur, ut apud Ciceronem scriptum videmus : « Ad divos adeunto caste, pietatem adhibent»... Qui secus faxit, deus ipse vindex erit » ;[3] quanto maior sanctitas requiritur a ministris Christi in praecellenti sacrificio, quod perenni virtute pro mundi vita innovatur?

At non sibi soli vivendum sancte sacerdoti; ipse est enim operarius, quem Christus conduxit in vineam suam. Iam vero sanctimoniae propriae studium, si recte sentiatur, non erit sane impedimentum ad omnes vestri ministerii partes obeundas, immo validissimum exstabit subsidium atque incitamentum. Vos igitur, quo clarioribus ornati eritis virtutibus, quo impensiore accensi penitus caritate, eo magis eritis, sicut primi apostoli, potentes opere et sermone.

Hac persuasione moti, officiis vestris alacres fungimini: cuiusmodi sunt verbum Dei nuntiare, ignaros fidei erudire, confessiones rite excipere, adesse infirmis praesertim morituris, moerentes solari, fulcire labantes, ad bonam frugem errantes reducere. Quare sacro ministerio vestro multum proderit vobis divinae humanaeque doctrinae copia ; neque parvo adiumento erit cognitio quoque sermonis morumque populorum, quos ad praescripta evangelica informare debetis, itemque diuturna quidem experientia, qua pollent religiosi exterorum institutorum sodales, qui apud vos versantur, participes sane et consortes vestri eiusdem laboris ad regnum Dei in orbe amplificandum : <(O magna et inclyta Dei instrumenta Sacerdotes, a quibus omnis populorum pendet beatitudo ! ».[4]

Praeterea illud fixum immotumque esto animis vestris, Dilecti Filii, sanctimoniam uniuscuiusque vitae atque apostolatus efficaciam niti et sustineri, tamquam solido fundamento, in constanti fidelique sacrae hierarchiae observantia. Vos enim, si Episcopis vestris caritatis et obedientiae vinculis arcte devincti eritis, etiam inconcussae Petri Cathedrae, super qua Ecclesia universa consistit, firmiter perpetuoque adhaerebitis. Nulla profecto vita, sive physica sive moralis, concipi potest sine quadam unitate. Iamvero usque ab Ecclesiae exordiis Sanctus Cyprianus scripsit : « Deus unus et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui et sacerdotium novum fieri, praeter unum altare et unum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit ».[5] Nullus autem exercitus sine imperii unitate, sine disciplina, non modo consequi victoriam, sed ne stare quidem

[3] *Leg.,* II, 8.

[4] S. CAROLUS BORR., *in Syn.* I, Concio I.

* *M. L.,* IV, 330.

potest: brevi ipse dissolvitur atque certa obruitur ruina. Vos itaque catholicae Ecclesiae militiae quidam estis manipuli : si amore et fidelitate cum Ecclesia Romana coniuncti eritis, si cum Apostolica hac Sede constanter sentietis, intrepidi semper stabitis, atque inter tot labores, asperitates et pericula, proelia Domini in prima acie praeliantes nunquam fiducia aut virtute deficietis.

Estote igitur, Dilecti Filii, per terrarum orbem disseminati, splendidum Ecclesiae unius et universae documentum ; contendite totis viribus ac satagite, ut ipsi, altissima conscientia ofiiciorum vestrorum permoti, vere sitis lucernae ardentes, ex quibus virtutum omnium lumen in christianum populum effundatur.

Ut Nostrae huic exspectationi plane respondeatis et omnia prospera pro communibus votis eveniant, vobis singulis omnibus, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, divinae auspicem gratiae Nostrique animi testem, paterna in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvni **mensis Iunii, in pervigilio festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno** MDCCCCXxxxVIII, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

Die 28 Aprilis 1948. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sebastenae in Phrygia praefecit Revmum D. Franciscum Rogàcs, Vicarium Generalem dioecesis Sabariensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Francisci Virag, Episcopi Quinque Ecclesiensis.**

die 7 Iulii. — **Archiepiscopali Ecclesiae Spoletanae Exc. P. D. Raphaelem Marium Radossi, hactenus Episcopum Parentinum et Polensem.**

die 21 Iulii. — **Metropolitanae Ecclesiae Theatinae, cum perpetua administratione dioecesis Vastensis, R. D. Ioannem Baptistam Bosio, Antistitem Urbanum, praepositum-parochum ecclesiae S. Laurentii in urbe Brixiensi.**

— **Cathedralibus Ecclesiis Cavensi et Sarnensi, invicem perpetuo unitis, Exc. P. D. Ianuarium Fenizia, hactenus Episcopum Neritonensem.**

die 28 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Eistettensi R. D. Iosephum Schroffer, canonicum capituli cathedralis ipsius dioecesis Eistettensis.**

die **24** *Iulii.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Florianensi R. D. Eduardum P. McManaman, Antistitem Urbanum et rectorem ecclesiae cathedralis dioecesis Eriensis, ipsumque deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Marci Gannon, Episcopi Eriensis.**

die **7** *Augusti.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Ptolemaidensi in Libya R. D. Carolum Angeleri, praepositum parochum loci « Lungavilla », dioecesis Derthonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Aegysti Dominici Melchiori, Episcopi Derthonensis.**

die 11 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Erbipolensi R. D. Iulium Döpfner, in seminario theologico Erbipolensi rectoris vices gerentem.**

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DB QUINQUENNALI RELATIONS A RELIGIONIBUS, A SOCIETATIBUS VITAE COMMUNIS ET AB INSTITUTIS SAECULARIBUS FACIENDA.

Cum, transactis iam viginti quinque et amplius annis a publicatione Decreti *Sancitum est,* **sub die 8 Martii 1922,**[1] **quo ordinabatur relatio quinquennales a Supremis Religionum Moderatoribus ad Sanctam Sedem mittenda (c. 510), experientia clare docuerit quaenam ex ibi praescriptis confirmanda definitive videantur, quaenam illis addenda, quaenam autem demenda aut corrigenda sint, prout a dicto Decreto iam innuebatur, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita in coetu plenario Eminentissimorum Patrum diei 4 Iulii 1947, quae sequuntur statuenda decrevit :**

I. Ad normam Codicis (can. 510) Abbas Primas, Abbas Superior Congregationis monasticae (can. 488, 8), Moderator Supremus cuiusvis Religionis et Societatis vitae communis absque votis publicis (can. 675) pariterque Moderator Supremus Instituti saecularis iuris pontificii et Praeses cuiuscumque Foederationis domorum Religionum, Societatum in communi viventium vel Institutorum saecularium, ipsisque deficientibus vel impeditis, eorumdem Vicarii (can. 488, 8°), quinto quoque anno relationem de statu Religionis, Societatis, Instituti vel Foederationis ad Sanctam Sedem, scilicet ad hanc Sacram Congregationem Negotiis Religiosorum praepositum, mittant, etiamsi annus pro exhibenda relatione assignatus, ex toto vel ex parte, in primum biennium ab inito regimine inciderit.

II. Quinquennia sint fixa et omnibus, uti supra (n. I), communia, ipsaque a die prima Ianuarii 1923 computari pergent.

III. In relationibus exhibendis ordo, prout sequitur, servetur:

I° Ex Religionibus, Societatibus vitae communis, Institutis saecularibus ac Foederationibus iuris pontificii virorum relationem mittent :

primo quinquennii anno : Canonici Regulares, Monachi, et Ordines militares;

secundo anno : Mendicantes et Clerici ceterique Regulares ;

tertio anno : Congregationes clericales ;

quarto anno : Congregationes laicales ;

[1] ***Acta Apost. Sedis,*** vol. XIV, a. 1922, p. 161.

quinto anno : Societates vitae communis, Instituta saecularia et Foederationes.

2° Ex Religionibus, Societatibus vitae communis, Institutis saecularibus et Foederationibus iuris pontificii mulierum, habito respectu ad regionem in qua de iure domus princeps exstat, relationem mittent:

primo quinquennii anno: Superiorissae Religionum ex Italia, Hispania et Lusitania;

secundo anno : Superiorissae Religionum ex Gallia, Belgio, Hollandia, Anglia et Hibernia;

tertio anno : Superiorissae Religionum ex reliquis Europae regionibus;

quarto anno : Superiorissae Religionum ex Americae regionibus ;

quinto anno : Superiorissae Religionum ex aliis orbis partibus et insuper Superiorissae Societatum vitae communis, Institutorum saecularium et Foederationum totius mundi.

IV. Ut Sacra Congregatio necessarias ipsasque certas et authenticas notitias sibi comparare valeat illorum omnium Monasteriorum domorumque sui iuris, virorum et mulierum, iuris pontificii quae ad quinquennalem relationem transmittendam ex can. 510 non obligantur, necnon Congregationum, Societatum vitae communis et Institutorum saecularium iuris dioecesani haec observanda sunt :

1° Superiores maiores Monasteriorum seu domorum sui iuris virorum quae, etsi iuris pontificii, nec ad Congregationem monasticam pertinent nec foederata aliis sint, tempore et ordine supra definitis (n. III, 1°), summariam quinquennii relationem ab ipsis et a propriis Consiliariis subscriptam Ordinario loci déférent. Ordinarius autem exemplar relationis a se subsignatum, propriis, si casus ferat, additis animadversionibus, ad Sacram Congregationem intra annum ipsum quo relatio facta est transmittere sataget.

2° Superiorissae maiores Monasteriorum Monialium cum proprio Consilio, iuxta ordinem supra (n. III, 2°), pro Generalibus Moderatricibus statutum, brevem ac concinnam relationem quinquennii ab omnibus subscriptam Ordinario loci, si Moniales eidem subiectae sint, secus Superiori Regulari mittant. Ordinarius loci vel Praelatus regularis relationis exemplar, a se subsignatum, propriisque, si res ferat, animadversionibus additis, ad Sacram Congregationem intra annum ipsum quo relatio exarata fuit diligenter transmittendam curabit.

3° Moderatores Supremi Congregationum, Societatum vitae communis et Institutorum saecularium iuris dioecesani relationem quinquennalem a se et a proprio Consilio subsignatam Ordinario loci in quo

Domus princeps invenitur tempore et ordine supra (n. III, 1° et 2°) statutis exhibeant. Hanc relationem Ordinarius loci aliarum Domorum Ordinariis communicare non omittat eiusque exemplar a se subsignatum et, proprio aliorumque Ordinariorum circa Congregationem, Societatem vel Institutum saeculare addito iudicio, ad hanc Sacram Congregationem intra ipsum annum transmittat.

4° Domus religiosae sui iuris et autonomae domusque Societatis sine votis vel Instituti saecularis, quae in Foederationem non coadunantur, sive iuris dioecesani sint sive iuris pontificii, ordine supra (n. III, 1° et 2°) definito, summariam quinquennii relationem déférent Ordinario loci. Ordinarius autem eiusdem relationis exemplar, a se subscriptum ac propriis, si casus ferat, additis animadversionibus ad Sacram Congregationem pariter intra ipsum annum transmittat.

V. In exarandis relationibus omnes Religiones, Congregationes monasticae, Societates vitae communis, Instituta saecularia et Foederationes iuris pontificii, etsi exemptione fruantur, adamussim elenchum quaestionum, qui a Sacra Congregatione proponetur ac directo eisdem communicabitur, sequantur.

Monasteria Monialium, Domus autonomae Religionum, Societatum vel Institutorum saecularium iuris pontificii, Congregationes, Societates atque Instituta saecularia iuris dioecesani breviores pro ipsis probandas formulas adhibeant.

VI. Responsa propositis quaestionibus danda, onerata pro rei gravitate conscientia, sincera semper sint atque, accuratis praemissis informationibus, pro viribus completa. Si in illis quae necessaria videntur deficiant vel responsa incerta vel parum secura appareant, Sacra Congregatio ex officio, prout opportunum iudicaverit, non exclusis, si opus sit, immediate ab ipsa factis investigationibus, ea complenda curabit.

VII. Relatio, antequam a Superiore et a singulis Consiliariis seu Assistentibus ex officio subsignetur, praevio maturo, personali ac collectivo examini subiicienda est.

In mulierum Religionibus, Societatibus vitae communis, Institutis saecularibus ac Foederationibus iuris pontificii Moderatrix suprema relationem, a se et a suo Consilio subscriptam, Ordinario loci Domus generalitiae transmittat, ut ipse, ad normam iuris (can. 510) eidem relationi subscribere valeat ; relationem ab Ordinario loci subsignatam Moderatrix generalis ad hanc Sacram Congregationem remittendam tempestive curabit.

VIII. Si quis vero ex Superioribus vel Consiliariis, quibus onus incumbit subscribendi relationi, aliquid non parvi momenti eidem obii-

ciendum habeat, quod suo voto modificare non potuit, vel aliquid circa ipsam quoquo modo Sacrae Congregationi significandum putaverit, id per privatas litteras praestare poterit et, iuxta casus, ex conscientiae ofiicio ad id tenebitur. Verumtamen memor sit ipse conditionis suae et probe sciat conscientiam suam graviter onerata m iri, si quid a veritate alienum secretis his litteris exponere praesumpserit.

IX. Sub cuiusque anni exitu omnes sive iuris dioecesani sive pontificii, tam Religiones, quam Societates vitae communis et Instituta saecularia ac Foederationes prospectus annuos iuxta schemata in formulis a Sacra Congregatione exarandis ac communicandis contenta, praecipuorum quod ad statum personarum, operum aliorumve quae sive Sacrae Congregationis sive Superiorum magis interesse videntur, directo Sacrae Congregationi de Religiosis transmittant.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII, in Audientia habita ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis de Religiosis, die 9 Iulii 1947, praesentis Decreti tenorem approbavit et ab omnibus servari et publici iuris fieri mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

f Fr. L. H. Pasetto, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUM

i

MATRITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ANTONIÀE MARIAE A MISERICORDIA, FUNDATRICIS INSTITUTI OBLATARUM A SSMO REDEMPTORE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Si scrutari volumus cur tot mulieres, praesertim in civitatibus, in impuritatis peccata incidant, pronum est comprobare eas, ut plurimum, animi levitate potius ac naturae imbecillitale, quam perfida pravitate peccare. Quapropter benignius erga ipsas est agendum, quam erga eos qui eas ad malum alliciunt. Ipse Dominus insignia nobis exempla reliquit, quum huiusmodi feminis occurrit. Peccatrici enim, quae suorum facinorum paenitens, Eius pedes lacrimis lavit, suisque capillis tersit,

peccata benigne nitro dimisit. Nec aliter erga adulteram se gessit, quam ßcribae et Pharisaei ad Eum adduxerant, ut eum ten tarent, quia vi legis ipsa fuisset lapidan da. Ne legi adversari videretur : *Qui sine peccato est vestrum,* **inquit,** *primus in eam lapidem mittat,* **interim digito scribebat in terra. Accusatoribus omnibus, merito ignominia affectis, nullo dato responso, abeuntibus, quia et ipsi multorum flagitiorum erant rei, mansuetum Iesus ac benignum erga peccatricem se ostendens :** *Mulier, ei dixit, ubi sunt qui te accusabantf Quae dixit : Nemo Domine, dixit autem Iesus : Nec ego te condemnabo : vade et iam amplius noli peccare* **(Io., 8, 3-11).**

Divina hac sapientia medullitus imbutam, Serva Dei Antonia Maria a Misericordia se prodit, quae, vivens et post mortem, innumeras peccatrices per se suasque filias, Deo reconciliavit, atque ad bonam frugem reduxit.

Quod autem haec misericordis Dei ministra, digna habenda sit cui ad beatificationem via patescat, virtutes quas exercuit comprobare videntur.

Lausannae in Helvetia die 16 Martii anno 1822 Serva Dei nata est, dieque 21 sacris baptismi aquis renata, nominibus : Antonia, Maria, Victoria, Ioanna impositis. Parentes habuit Antonium Mariam Oviedo, hispanum, atque Susannam Schöntal, e protestantismo conversam, qui christianis moribus eam imbuere ad septennium usque diligentissime curarunt. Friburgi deinde magistras pietate, litteris ac scientia commendabiles nacta est. Anno 1835 ad sacram synaxim primo fuit admissa, de qua frequenter postea participare consuevit.

Mature patre orbata, per biennium filiae Marchionis de la Romana magistrae officium tenuit; postea vero Friburgi collegium condidit ad puellarum institutionem, linguas — quinque saltem linguas perfecte callebat — atque muliebria opera diligenter atque intellegenter eas docens. Octo annos collegium moderata est donec filiarum Hispanicae Reginae institutrix fuit electa, quod difficile officium adeo prudenter usque ad annum 1859 exercuit, ut regiae aulae pericula vitaverit, immo sanctitatis famam sibi comparaverit.

Libera cum evasisset ab aula regia, vividiorem persensit in religiosam vitam inclinationem, quam, sui spiritus moderatori obsequuta, animi repugnantia fortiter devicta, Institutum Oblatarum a Ssmo Redemptore fundando, anno 1867 in actum deduxit, ad puellas mulieresque a peccato redimendas atque ad bonam christianamque frugem instituendas. Primam Instituti domum in loco vulgo dicto Ciempozuelos constituit. Anno 1870 religiosum habitum induit: tres post annos temporanea vota nun-

cupavit, anno vero 1881 vota perpetua. Institutum, cui Archiepiscopi Toletani, ordinaria auctoritate viva voce pluries ab ipsa fundatione faverunt, Cardinalis Moreno scripto anno 1879 approbavit. Pontificium decretum laudis anno 1895, approbatio Constitutionum quae anno 1927 post Servae Dei obitum subsequuta est, iuridicum statum absolute firmaverunt.

Dei Famula, etsi bis a supremo moderatricis officio se abdicavisset, unanimi Sodalium voluntati debuit obsequi ad mortem usque, quam die 24 Februarii anno 1898 sancte oppetiit, universa cum Oblatarum, tum mulierum hospitio receptarum, Societate acerbe complorante tantae matris excessum; in qua virtutum omnium insignia exempla ipsae admiratae fuerant.

Perdurante, immo et percrebrescente, sanctitatis fama, in Curia Matritensi annis 1927-1932 ordinaria auctoritate super scriptis, sanctitatis fama ac obedientia urbani VIII decretis, liturgicum cultum Servis Dei prohibentibus, peractae sunt inquisitiones, quae Romam delatae fuere. Scriptis revisis, Sacra haec Congregatio die 2 Augusti 1942 : Nihil obstare decrevit, quominus ad ulteriora progrederetur.

Plures Archiepiscopi, Episcopi aliique Beatissimum Patrem enixe adprecati sunt ut Causae huius Servae Dei apud Sacram Bituum Congregationem introduceretur.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 27 Ianuarii mensis anni huius, Revmo P. Benedicto D'Orazio, e Congregatione Ss. Redemptoris, Causae Postulatore instante, in Ordinario coetu, Emus ac Rmus D. Cardinalis Fridericus Tedeschini, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* **de eaque retulit. Emi ac Revmi PP., relatione hac audita, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Promotore generali Fidei, omnibus mature perpensis, rescribere censuere :** *Signandam esse commissionem introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Facta autem de his per R. P. D. Fidei Promotorem generalem, subsignata die, relatione Beatissimo Patri Pio Papae duodecimo, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis Causae Servae Dei Antoniae Mariae a Misericordia* **Sua manu signare dignata est.**

Datum Romae, die .1 Februarii a. D. 1948, Dominica in Sexagesima.

£B C. Card. MICARA, **Ep. Velitern.,** *Praefectus.*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

II

BRIXIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE VINCENTIAE GEROSA, VIRGINIS, ALTERIUS FUNDATRICIS SORORUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam Eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur.

Benedicta sit sancta Trinitas atque indivisa unitas : confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam (Intr. M. SS. Trin.). Infinita miserentis Dei benignitate creati ac designati sumus ut in aeternum divinae Trinitatis gloriam, ineffabili gaudio laetitiaque perfusi, decantemus. Ut autem boc facilius assequamur, inter innumera dona quibus a Deo iugiter muneramur, plurimi momenti est existimandum illorum persequi exemplum, qui, Eius adiuvante gratia, heroicis virtutibus ornati, viam, qua gradiamur, ostendunt, suumque validum patrocinium apud Deum in nostris necessitatibus sive spiritualibus sive temporalibus largiuntur. Insignia virtutum specimina, humilitatis praecipue, B. Vincentia Gerosa vivens exhibuit, et Beatae Bartholomaeae Gapitanio socia atque haeres, eius Institutum ad perfectionem adduxit. Hanc Dei Famulam Beatificationis gloria Deus honestavit, ac indubiis signis ad maiora videtur eam velle elevare. Duo enim miracula, prae ceteris, hic exhibentur, quae ad canonizationem obtinendam selecta ab actoribus Sacrae huius Congregationis iudicio submissa sunt, quae pariter validum eius patrocinium aperte confirmant.

I. Anno 1934 Soror Elisa (in saeculo Esther) Sangalli, febri subcontinua coepit attingi, quae, apyreticis periodis interiectis, graviter eam vexayit usque ad miram sanationem quae Bergomi die 13 Maii anno 1935 contigit.

Curantes medici Elisam tubercuiari peritonite affectam fuisse edixerunt, quam diagnosim tres periti a Sacra hac Congregatione adlecti confirmant. Morbus adeo invaluerat ut curantes laparatomiam necessariam fuisse rati fuerint. Verum vix dum super operatoriam tabulam infirma apposita fuit, omnia morbi symptomata disparuisse chirurgi stupentes admirati sunt. Quam instantaneam sanationem praeter naturae ordinem evenisse concorditer cum quinque medentibus quatuor ex officio periti fatentur.

II. Nec minus mirabilis altera sanatio est habenda. Appendicites enim prius chronica, deinde anno 1936 ineunte acuta, cui addita est peri-

tonites cum abseessu, appendicularis originis, adeo graviter Sororem Felicem Ceriani affecerat, ut medentium consilio chirurgicae sectioni die 13 Martii mensis, Savonae, quo ex « Celle Ligure » erat transferenda, subici necessario debuisset. At una ante mediam noctem hora, infirma, quae una cum sororibus férvidas B. Vincentiae preces effuderat, placido somno est correpta. Sequenti primo mane Soror Felix, infirmaría atque Superiorissa, nullum amplius exstare dolorem atque cetera morbi signa omnino evanuisse, perfectamque sanationem contigisse agnoverunt, quam eodem die medens plene confirmavit. Miram hanc sanationem miraculo esse tribuendam non modo tres periti ex officio sine haesitatione agnoscunt, sed duo quoque medentes.

Super his sanationibus Apostolica auctoritate inquisitiones sunt peractae, cum Bergomi tum Savonae, quarum iuridica vis, per decretum ab hac Sacra Congregatione die 24 Aprilis anno 1942 latum, recognita fuit. Iuris ordine servato, die 27 Novembris mensis anno 1945 coram Revmo Cardinali Friderico Tedeschini, Causae Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria Congregatio coacta fuit; Praeparatoria vero coram Cardinalibus die 10 Iunii anno elapso ; Generalis demum coram Ssnlo D. N. Pio Papa Duodecimo, die 27 Aprilis anni huius; in qua idem Revmus Cardinalis Relator dubium posuit discutiendum : *An et de quibus miraculis post indultan» eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum, de quo agitur.* **Revmi Cardinales, Oficiales Praelati Patresque Consultores suum protulere suffragium; Beatissimus vero Pater suam sententiam ad hunc usque diem sacrosanctae atque individuae Trinitati sacrum, edere distulit, ut divina voluntas suis aliorumque precibus Ei patefieret.**

Quapropter Revmos Cardinales Ponentem atque Sacrae huius Congregationis infrascriptum Praefectum, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Generalem Promotorem, meque Secretarium ad Se arcessivit, sacroque Eucharistico Sacrificio religiosissime celebrato, edixit : *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Sororis Elisae Sangalli a gravi peritonite tuberculari, tum Sororis Felicis Ceriani ab acuta peritonite tuberculari cum abscessu, appendicularis originis, iliacae fossae dexterae.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Maii, in festo Ss. Trinitatis, a. D. 1948.

$3 **C. Card.** MICARA, **Ep. Velitern.,** *Praefectus.*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius.*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTEBPEETAOT)OS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I - *De forma celebrationis matrimonii*

D. **An per praescriptum can. 1097 § 2,** *in fine,* **derogetur canoni 1099 § 1, n. 3.**

R. Negative.

II - *De dispensatione ab impedimentis matrimonialibus*

D. Utrum can. 1052 ita intelligendus sit ut dispensatio impetrata pro certo et determinato impedimento valeat etiam pro alio impedimento eiusdem speciei in aequali vel inferiori gradu, quod in supplici libello bona vel mala fide reticitum fuerit ; an potius ita *tantum* **ut dispensatio ab impedimento expresso non vitietur per reticentiam alius impedimenti eiusdem speciei in aequali vel inferiori gradu.**

R. Afiirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 8 m. Iulio a. 1948.

M. **Card.** MASSIMI, *Praeses.*

L. © S.

A. Coussa, Ordinis Basilianorum Aleppen., *a Secretis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 20 agosto .1948, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienze Sua Maestà Imperiale MOHAMED REZA POHALAVI, Schahinschah d'Iran.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

11 giugno 1945. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore dell'Istituto delle Suore del S. Cuore di Gesù* **(Ragusa).**

9 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Misericordia e della Croce* **(Palermo).**

25 giugno 1947. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ascalesi Alessio, *Protettore delle Suore Terziarie Francescane di Sant'Antonio ai Monti* **(Napoli).**

6 luglio » S. E. Revma Monsig. de Jonghe d'Ardoye Giorgio, Arcivescovo tit. di Mistia, *Delegato Apostolico nell'Arcipelago Indonesiano.*

4 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Protettore del Sodalizio dei Sacerdoti Operai Diocesani del S. Cuore* **(Tortosa).**

2 febbraio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Suore della Ssma Vergine del Rosario* **(Udine).**

2 aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore delle Suore delle Divine Vocazioni* **(Pozzuoli).**

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marmaggi Francesco, *Protettore dei Fratelli di Nostra Signora di Lourdes* **(Gand).**

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Pro-*

tettore delle Suore Adoratrici Ancelle del Ssmo Sacramento e della Carità **(Madrid).**

26 aprile 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore della Carità* **(Namur).**

2 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini* **(Roma).**

.5 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marchetti Selvaggiani Francesco, *Prefetto della S. Congregazione Ceremoniale.*

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Figlie di Sant'Anna* **(Roma).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Infermiere dell'Addolorata* **(Como).**

17 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Fossati Maurilio, *Protettore dei Fratelli della Santa Famiglia* **(Beilev).**

X **giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente,** *Protettore delle Suore Riparatrici del S. Cuore* **(Napoli).**

2 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tisserant Eugenio, *Protettore del'Opera delle Scuole d'Oriente* **(Parigi).**

X2 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Francescane della Misericordia* **(Lussemburgo).**

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Francescane Missionarie del S. Cuore* **(Roma).**

2 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Figlie di Maria, Immacolata per il Servizio Domestico* **(Madrid).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Chiesa dello Spirito Santo dei Napoletani* **(Roma).**

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore dell'stituto dei Piccoli Fratelli di Maria* **(Saint-Genis Laval).**

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore dell'stituto Religioso « Sisters of Nazareth »* **(Londra).**

Assistenti al Soglio Pontificio :

9 novembre 1946. S. E. Revma Monsig. Panis Giovanni Gualtiero, Vescovo tit. di Trisipa.
2 giugno 1947. S. E. Revma Monsig. Fleischer Adalbero, Vescovo tit. di Tiberiopoli, Vicario Apostolico di Mariannhilh
24 febbraio 1948. S. E. Revma Monsig. Marquez Giuseppe Ignazio, Arcivescovo di Puebla de Los Angeles.
20 marzo » S. E. Revma Monsig. Ruotolo Giuseppe, Vesc. di Ugento.
24 aprile » S. E. Revma Monsig. Steiger Gallo, Vescovo tit. di Calcide di Grecia, Abate Nullius di Peramiho.
13 maggio » S. E. Revma Monsig. Garibi Rivera Giuseppe, Arcivescovo di Guadalajara.
24 » » S. E. Revma Monsig. Huibers Giovanni Pietro, Vescovo di Haarlem.
» » » S. E. Revma Monsig. Briacca Sebastiano, Vescovo di Mondo vi.
25 » » S. E. Revma Monsig. Cardinale Gerolamo, Vescovo di Verona.
23 giugno » S. E. Revma Monsig. Taccone Andrea, Vescovo di Ruvo, e Bitonto.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

25 gennaio 1946. Monsig. Valencia Eusebio, delParchidiocesi di Arequipa.
18 » 1947. Monsig. Leduc Giorgio, delParchidiocesi di Cambrai.
25 agosto » Monsig. Grimaud Luigi, della diocesi di Luçon.
12 settembre » Monsig. Deyrieux Matteo, della diocesi di Sonora.
» » » Monsig. Wildemauer Luigi, delParchidiocesi di Vienna.
29 » » Monsig. Distelberger Michele, della diocesi di Sant'Ippolito.
10 dicembre » Monsig. Galimberti Giovanni, delParchidiocesi di Milano.
11 aprile 1948. Monsig. Capuano Luigi, della diocesi di Ischia.

Prelati Domestici di Sua Santità :

30 dicembre 1945. Monsig. Del Ton Giuseppe, della diocesi di Parenzo.
18 gennaio 1946. Monsig. Faria de Castro Giuseppe, della diocesi di Guaxupè.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

30 gennaio 1946. A S. E. il Signor Cruz-Ocampo Luigi, Ambasciatore del Cile presso la Santa Sede.
» novembre » A S. E. il Signor Fernandez y Fernandez Gioacchino, Ministro degli Esteri della Repubblica del Cile.
9 dicembre » A S. E. il Signor Arango Velez Carlo, Ambasciatore di Colombia presso la Santa Sede.
6 febbraio 1948. A S. E. il Generale Dutra Enrico Gaspare, Presidente della Repubblica degli Stati Uniti del Brasile.
» » » A S. E. il Signor Gonzalez Muñoz Raffaele P., Ministro degli Esteri della Repubblica di Cuba.
9 giugno » A S. E. il Signor Leone Bérard, già Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano :

14 dicembre 1945. Al sig. Crowley Leo T., dell'archidiocesi di Milwaukee.
16 giugno 1948. Al sig. dott. Pastean Ottavio, dell'archidiocesi di Parigi.

La Placca dell'Ordine Piano :

12 marzo 1948. Al sig. Ambrosi Tornasi nob. Scipione, Esente della Guardia Nobile Pontificia, . ¡ i ,

La Commenda dell'Ordine Piano :

12 marzo 1948. Al sig. Varano dei duchi Rodolfo, Esente della Guardia Nobile Pontificia.
29 giugno » Al sig. conte Cantuti Castelvetri Francesco, Comandante della Guardia Palatina d'Onore di Sua Santità.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

22 luglio 1946. A S. E. l'on. Hannegan Roberto E., Ministro delle Poste degli Stati Uniti d'America.
25 » » A S. E. il Signor Kang Siè Cheou, Ministro di Cina presso la Santa Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

10 maggio 1945. Al sig. Guérin Uberto (Francia).
25 settembre » Al sig. Bizzozzero ten. col. Orfeo (Stati Uniti d'America).
« « « Al sig. col. Poletti Carlo (Stati Uniti d'America).

7 marzo 1946. **Al sig. Baldoni nob. Corrado (Italia).**
30 » » **Al sig. Guerreiro de Castro Orlando (Brasile).**
4 luglio » **Al sig. aw. Guidi Paolo (Boma).**
22 » » **Al sig. Sullivan Gaii (Stati Uniti d'America).**
» ottobre » **Al sig. Bey Alvarez Gustavo Alberto (Uruguay).**
16 marzo 1948. **Al sig. Huertas Giuseppe Vincenzo, delParchidiocesi di Bogota.**
24 giugno » **Al sig. dott. Oppo Giovanni (Italia).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

10 ottobre 1945. **Al sig. generale Tristäo de Bettencourt Giuseppe (Portogallo)^**
» » **Al sig. capitano Lopes Alves Vasco (Portogallo).**
30 marzo 1946. **Al sig. capitano Borges Fortes Diogo (Brasile).**

La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

23 dicembre 1947. **Al sig. dott. Caiola Carmine (Roma).**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

19 gennaio 1945. **Al sig. Matossian Giuseppe, del Patriarcato di Cilicia degli armeni.**
14 aprile » **Al sig. Lonappen Chakola Giovanni, della diocesi di Trichur.**
19 settembre » **Al sig. ing. Giacomuzzi Luciano, delParchidiocesi di Udine.**
10 ottobre » **Al sig. dott. Brasâo Eduardo (Portogallo).**
» » » **Al sig. Alves Correja Bernardino (Portogallo).**
22 luglio 1946. **Al sig. Brito Giacomo do Nascimento (Brasile).**

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare :

28 dicembre 1945. **Al sig. colonnello Machado Bina (Brasile).**
30 marzo 1946. **Al sig. Araujo de Paiva Meira Levy (Brasile).**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

2 gennaio 1946. **Al sig. Yung Chang Chia (Cina).**

*

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

10 ottobre 1945. **A S. E. il signor dott. Vieira Machado Francesco (Portogallo).**
28 dicembre » **Al sig. Donovan Guglielmo J. (Stati Uniti d'America).**
7 gennaio 1947. **Al sig. generale Le Couteulx de Caumont Guido Luigi Enrico (Francia).**

18 febbraio 1947. Al sig. dott. Suarez Veintimiìla Mariano (Equatore).
13 gennaio 1948. A S. E. il signor Guenther Ottone (Austria).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

10 ottobre 1945. 'Al sig. colonnello De Figueiredo Amedeo (Portogallo).
» » » Al sig. De Figueiredo Giovanni (Portogallo).
» » » Al sig. dott. Teixeira Dias Gustavo (Portogallo).
» » » Al sig. ing. Dos Santos Pinto Teixeira Francesco (Portogallo).
» » » Al sig. tenente colonnello Gonçalves Pereira de Barro» Garlo (Portogallo).
» » » Ai sig. colonnello Da Silva Nascimento Giulio Mario (Portogallo).

La Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

15 luglio 1947. Al sig. marchese avv. de Maillardoz Enrico (Città del Vaticano).
» » » Al sig. dott. Giuliani Enrico (Città del Vaticano).
21 maggio 1948. Al sig. Francini Domenico (Roma).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

28 giugno 1945. Al sig. Giudici Guido, della diocesi di Tivoli.
» » » Al sig. Moroni Pietro, della medesima diocesi.
10 **ottobre » Al sig. Marques Ilario Filippo (Portogallo).**
8 **dicembre » Al sig. Giovannini Icilio (Roma).**
26 novembre » Al sig. Mindel Ariosto, della diocesi di Civita Castellana.
3 luglio 1946. Al sig. Grimaldi Pietro, della diocesi di Boiano Campobasso.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

17 aprile 1945. Al sig. Santurri Mario (Roma).
4 maggio 1946. Al sig. Sironi Luigi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Bonomi Lorenzo, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Pasta Mario, della medesima archidiocesi.

«ssa

An. et vol. XL 27 Septembris 1948 (Ser. H, v. XV) - N. IO

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE CONGREGATIONIBUS MARIANIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Bis saeculari die auspicato vertente, ex quo Marianas Congregationes a Gregorio XIII perpetuo erectas atque institutas [1] Benedictus XIV Aurea Bulla « Gloriosae Dominae » novis beneficiis solidavit, apostolici Nostri muneris ducimus non modo earumdem Sodalitatum moderatoribus sociisque paterne gratulari, verum etiam privilegia gratiasque amplissimas, quibus, quattuor ferme saeculorum decursu, plures Decessores Nostri [2] Nosque ipsi, ob tot tantaque in Ecclesiam promerita, huiusmodi Sodalitia ditavimus, rata ac sollemniter confirmata declarare.

Probe enim novimus, non solum quanta anteactis temporibus, ut Benedicti XIV verbis in memorata Bulla Aurea utamur, « ex hoc laudabili

[1] Bulla *Omnipotentis Dei,* 5 Dec. 1584.

[2] XYSTUS V, Bulla *Superna dispositione,* 5 Ian. 1587; Bulla *Romanum decet,* 29 Septembris 1587. - CLEMENS VIII. Breve *Cum sicut Nobis,* 30 Aug. 1602. - GREGORIUS XV, Bulla *Alias pro parte,* 15 April. 1621. - BENENDICTUS XIV, Breve *Praeclaris Romanorum Pontificum, 2A* April. 1748; Bulla Aurea *Gloriosae Dominae,* 27 Sept. 1748; Breve *Quemadmodum Presbyteri,* 15 Iul. 1749; Breve *Quo Tibi,* 8 Sept. 1751; Breve *Laudabile Romanorum,* 15 Febr. 1758. - CLEMENS XIII, Bulla *Apostolicum,* 7 Ian. 1765. - Pius VI, Decreta 2 Maii 1775, 9 Dec. 1775, 20 Mart. 1776. - LEO XII, Breve *Cum multa,* 17 Maii 1824. - Pius IX, Decretum 8 Iul. 1848; Breve *Exponendum,* 10 Febr. 1863. - LEO XIII, Breve *Frugiferas,* 27 Maii 1884; Breve *Nihil adeo,* 8 Ian. 1886. - Pius X, Decreta 10 Maii 1910 ac 21 Iul. 1910. - BENEDICTUS XV, Alloc. 19 Dec. 1915, in quadragesimo anniversario Suae in Sodalitatem cooptationis. - Pius XI, *Praesertim,* Alloc. 30 Mart. 1930; Alloc. 29 Aug. 1935.

et pio instituto in omnium ordinum homines utilitas derivata fuerit »,[3] sed quanto studio animique contentione hodie phalanges hae mariales, gloriosis maiorum vestigiis insistentes suisque legibus religiose obsequentes, primas sibi appetant, ecclesiastica Hierarchia auspice et duce, in laboribus ad maiorem Dei gloriam animarumque bonum suscipiendis constanterque perferendis, adeo ut in re catholica propugnanda, provehenda, vindicanda, tamquam validissimae copiae viresque spiritales sint habendae.[4] Idque pluribus de causis.

Etenim Marialium Sodalitatum historiam memoria repetenti, etsi eas semper instructissimis agminibus floruisse apparet, non tamen easdem, sociorum numero cum recentioribus comparari posse fatendum est, quamvis utique fervore operum; nam cum saeculis anteactis novorum quotannis coetuum ad *Primam Primariam* accessiones denarium numerum numquam excédèrent, ab inito saeculo xx annuae id genus aggregationes facile ad decies centenas computantur.

Verum, quod caput est, multo pluris quam sodalitiorum numerus normae sunt habendae legesque, quibus sodales manu veluti ducuntur ad eam spiritalis vitae excellentiam,[5] qua ipsa sanctimoniae culmina valeant conscendere,[6] illorum maxime instrumentorum ope, quibus perfecti absolutique Christi asseclae instruantur perutile est : Spiritualium Exercitiorum[7] et cotidianae rerum divinarum commentationis conscientiaeque disquisitionis usu ;[8] Sacramentorum frequentia ;[9] necessitudine ac docilítate, filii instar, erga certum animae moderatorem ;[10] sui pienissima perennique in B. Virginis Deiparae clientelam deditione;[11] firma denique sponsione suae aliorumque christianae perfectionis comparandae.[12]

Quae quidem omnia nata sunt in Marianis Sodalibus illas divinae caritatis flammas excitare eamque vitam interiorem alere ac roborare, maxime hac nostra aetate necessariam, cum, ut alibi dolentes monuimus, tot hominum turmae ((animi ieiunitate intimaque egestate spiritus » laborent.[13]

Atque haec non tantum sapientissimis legibus describi sed in coti-

[3] BENEDICTI XIV Bulla Aurea *Gloriosae Dominae,* 27 Sept. 1748.

[4] Pu XII *Epist. ad Card. Lerne,* 21 Ian. 1942.

[5] Cfr. *Reg. Comm.,* 1, 33.

[6] Cfr. *Reg. Comm.,* 12.

[7] Cfr. *Reg. Comm.,* 9.

[8] Cfr. *Reg. Comm.,* 34.

» Cfr. *Reg. Comm.,* 37, 38, 39.

[10] Cfr. *Reg. Comm.,* 36.

[11] Cfr. *Reg. Comm.,* 27, 1, 40, 43.

" Cfr. *Reg. Comm.,* 1am.

" PII XII Litterae Encyclicae *Summi Pontificatus,* 20 Oct. 1939 : *A. A. S.,* 31, p. 415.

dianam Sodalitatum Marialium vitam feliciter deduci exinde luculenter conficitur, quod ubicumque eae coaluerint, si modo instituta sua legesque sancte servaverunt, ibidem morum passim innocentia et religionis observantia firmissima vigeat floreatque ; quin etiam, divino amante Numine, sodalium manipuli prodeant frequentes christianae perfectioni inhiantium, sive in ecclesiastico ordine, sive in sacris septis sibi conquirendae cum aliis communicandae ; neque adeo rari sint qui ipsa sanctitatis ardua fastigia securo volatu contingant.[14] Ex quo ferventi vitae interioris studio sua quasi sponte illa plena sodalium apostolica institutio efilorescit novis semper variisque humanae consortionis necessitatibus adiunctisque accommodata, ut asserere minime ambigamus perfectum virum catholicum, qualem Sodalitas Mariana iam inde ab exordiis effingere consuevit, non minus congrue praeteritorum temporum necessitatibus convenire quam nostrorum, cum videlicet viris vita christiana solide instructis magis fortasse, quam olim, opus sit.[15]

Quapropter ex hac Petri sede, veluti ex eminentissima universi orbis specula, tot christifidelium mirum ubique gentium studium religionis tuendae, vindicandae, provehendae conspicientes, peculiari laude dignas Marialium Sodalitatum copias existimamus, quae inde ab origine tamquam sibi proprium legibusque suis apprime consonum[16] opera apostolica quaecumque ab Ecclesia Matre commendata[17] sacrisque Pastoribus ducibus,[18] cum viritim tum coniunctim suscipienda proposuere. Cui quidem muneri officioque quam bene satisfecerint quibusque religionis laetissimis incrementis, Romanorum Pontificum iterata praeconia disertissime declarant.[19] Atque hac praesenti aetate tot calamitatibus exagitata, iucundissimo Nobis solacio est marianos sodales in quavis mundi plaga animo contemplari in omne genus apostolatus vires strenue efficaciterque intendere, sive in hominibus cuiuslibet ordinis, adulescentibus praesertim atque artificibus, per Spiritualia Exercitia ad virtutem erigendis potiorisque christianae vitae desiderio incedendis, sive indigentium animi corporisque angustiis sublevandis, idque non solum privata quadam in-

[11] Pu XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945.

[16] Pu XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945.

[18] **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 30 Mart. 1930.

[11] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

[18] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942.

" Cfr. ***Reg. Comm., 1, 12,*** 43. - BENEDICTI XIV Bullam Auream ***Gloriosae Dominae,*** 27 Sept. 1748. - BENEDICTI XV ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 19 Dec. 1915. - PII XI ***Epist, ad Adm. Apost. Oenip.,*** 2 Aug. 1927; ***Epist, ad Congr. Mar. Germaniae,*** 8 Sept. 1928. - **PII** XII Epist. Apost. ***N osti profecto,*** 6 Iul. 1940; ***Alloc, ad A. C. Ital.,*** 4 Sept. 1940; ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942; ***Epist, ad P. S. Ilundain,*** 26 Aug. 1946; ***Alloc, radioph. ad Congressum Bar ein.,*** 7 Dec. 147.

austria ac benevolae mentis propensione, sed etiam legibus in publicis Reipublicae consiliis atque ex ipso supremae potestatis vertice promovendis, evangelicis principiis ac sociali iustitiae congruentibus.[20]

Neque silentio praetereundae sunt illae a Marianis Sodalitatibus excitatae vel sua opera corroboratae consociationes turpibus ludis scenicis ac cinematographicis spectaculis coercendis bonisque moribus a prava librorum atque ephemeridum colluvie tutandis, scholae frequentissimae pueris adultisque tenuioris fortunae gratuito apertae, technica instituta opificibus in propria cuiusque arte uberius instruendis,[21] **ea praesertim variarum professionum ac disciplinarum partibus seu generibus potiore peritia per discendis ;**[22] **quae apostolatus forma, hodiernis temporum condicionibus tam necessaria, a plurimis Marianis Sodalitatibus, iis potissimum quas « interparoeciales » vocant, excolitur in coetuum commodum artibus vel disciplinis magis inter se congruentibus cohaerentium.**[23]

Multa haec quidem reique catholicae apprime utilia. Qua in re, Marianis Sodalitatibus illa etiam laus est tribuenda, quod semper, proximis praesertim temporibus, ex animo optaverint cum ceteris catholicis consociationibus fraterne conspirare, quo uberiores fructus, viribus unitis atque Episcopis auctoribus et ducibus, ex laboribus coniunctim exanclatis pro Christi regno perciperentur ; quin etiam, ut alias de Catholica Italorum Actione notavimus,[24] **primi huius generis coetus nonnullis in nationibus constituti sunt a sodalibus marianis, quibus deinde alii et alii succedentes suamque operam fervide conferentes, marianos sodales mèrito in praecipuis Actionis Catholicae fautoribus esse habendos re ipsa demonstrarunt.**

Praeterea, cum vis tota catholicorum in unam veluti aciem ordinatam coalescentium in sacrorum Pastorum potestati obtemperatione reponenda sit, quis non videat quam opportuna apostolatus instrumenta Sodalitates Marianae censeantur, ob earumdem absolutum fervidumque, non solum erga hanc Apostolicam Sedem obsequium quae totius est ecclesiastici ordinis caput et fundamentum,[25] **sed etiam, pro sua quaeque indole ac facultate, erga Ordinariorum mandata et consilia humili submissione docilique oboedientia?**[26]

[20] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948 ; ***Alloc, ad Sod. Mar. ex « Conférence Olwaint»,*** 27 Mart. 1948.

[21] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

[22] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945.

[23] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945.

[24] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945.

[25] Cfr. ***Conc. Vat.,*** Sess. IV, Const. I «De Ecclesia Christi».

[26] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942.

Qui enim huiusmodi Sodalitatum intimum perspexerit regimen, facile idem cernerit, alias ab Episcopis et Parochis, alias, ex privilegio, a Nobismetipsis ac, delegatione a Nobis acceptata Praeposito Generali Societatis Iesu regi; universas tamen in apostolicis laboribus assumendis et prosequendis sui proprii Episcopi vel etiam interdum Parochi potestati subici. Quapropter, cum et ab Ecclesiastica Hierarchia inter apostolicae militiae copias excipiantur ab eaque in operibus adoriendis et perficiendis plane pendeant, iure meritoque, ut quondam notavimus,[27] hierarchici apostolatus cooperatrices sunt dicendae. Quae quidem veluti congenita in marianis sodalibus « reverentia modestaque in sacros Pastores observantia » ex ipsis eorum legibus hauriatur necesse est, quibus sollemne sit quaecumque Catholica Ecclesia doceat vita moribusque absolute profiteri, « laudando quod illa laudat, reprobando qupd illa reprobat, eique in omni re consentiendo, neque umquam erubescendo publice privatim se gerere, quemadmodum tantae Matris filium decet fidelem atque observantissimum ».[28]

Cui arctae catholicorum hominum veluti militari unitati minime illud officit, quod id genus sodalitates, ab ignatiana familia primitus excitatae, eiusdem quasi surculi adiectionesve videantur, praesertim cum earum pars, exigua illa tamen, a Societatis Iesu sacerdotibus ex Nostra, ut diximus, delegatione dirigatur. Quin potius cum ex ea prima institutione Marianae Sodalitates sibi leges « ad sentiendum cum Ecclesia » tamquam tesseram proposuerint, eorum nempe dictis parendi, quos « Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei » *(Act.* **20, 28), nativam quamdam proclivitatem videntur exhausisse; qua fit ut iisdem validissimo subsidio in Christi regno dilatando et fuerint et sint futurae. Quod autem non privatae cuilibet causae, at communi Ecclesiae utilitati semper studuerint, testis omni exceptione maior adstat agmen illud fulgidissimum sodalium marianorum, quibus Ecclesia Mater supremos Coelitum honores tribuendos decrevit, quorum gloria non una Societas Iesu illustratur, at clerus ipse saecularis religiosaeque familiae non paucae, cum ex Marianis Congregationibus decem alumni prodierint novorum vel Ordinum vel Congregationum Conditores parentesque.**

Ex his nitide igitur evincitur Marianas Sodalitates, ut earumdem leges ab Ecclesia approbatae alte edicunt, consociationes esse apostolico spiritu imbutas,[29] quae cum asseclas suos ad ipsos sanctitatis vértices interdum evectos[30] incitent ad perfectam ceterorum etiam christianae vitae

" **PII XTI** ***Alloc, ad A. C. Ital.,*** 4 Sept. 1940: ***A. A. S..*** 32, p. 369
Cfr. ***Reg. Comm.,*** 33.

[28] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 1, 43.

[so] ***Reg. Comm.,*** 12.

formam salutemque sempiternam, sacris Pastoribus praesidibus,[31] procurandam, atque ad Ecclesiae iura tutanda,[32] illud etiam assequuntur ut Virginis Deiparae impigri praecones regnique Christi propagatores instructissimi comparentur.[33]

Quae cum ita sint, Marianis Congregationibus, sive earum leges considerentur, sive natura, propositum, molimina atque acta, notarum nulla, quibus Actio Catholica insignitur, est deneganda, quandoquidem haec, ut totiens Decessor Noster f. r. Pius XI professus est, rite definiatur : ((christifidelium apostolatus, qui suam Ecclesiae operam conferunt eiusque pastorali muneri compiendo quodammodo auxiliantur ».[34]

Quominus autem Congregationes Marianae pleno iure dici possint «Actio Catholica B. M. Virgine auspice et afilante suscepta»,[35] nullo impedimento sunt earum conformatio notaeque peculiares; quae potius, ut fuerunt, ita « sunt eruntque illustrions catholicae animorum institutionis tutela ac praesidia ».[36] Etenim, ut saepius ab hac Apostolica Sede edictum est, « Actio Catholica non in orbe clauso versatur »[37] tamquam quibusdam rigide definitis circumscripta limitibus non violandis, neque ita, « quod habet sibi propositum, peculiari via ac ratione assequi contendit »,[38] ut ceteras actuosas catholicorum consociationes vel de medio tollat vel absorbeat, quas potius sui muneris ducat oportet '(. coagmentare, amice componere, uniusque incrementa in aliarum commodum derivare, plena cum animorum concordia, unione, caritate ».[39] Nam, ut nuperrime monuimus, « in hoc eximio apostolatus fervore, Nobis probatissimo, nonnullorum error est praecavendus, qui quaecumque in animorum bonum suscipiuntur, ad unam veluti formam redigere cupiunt » ;[40] cum haec agendi ratio penitus ab Ecclesiae mente discrepare dicenda sit,[41] quae quidem nedum id genus ((ultro egerminantis florentisque vitae coarctationem » probet,[42] qua quaevis apostolica opera uni cuidam consociationi unive paroeciae concredantur ; quin potius mul-

[31] *Reg. Comm.,* **33.**

[32] *Reg. Comm.,* **1.**

[33] *Reg. Comm.,* **43.**

[34] **PII** XI *Epist, ad Card. van Roey,* **15** Aug. **1928:** *A. A. S.,* **20,** p. **296;** *Epist, ad Card. Segura,* **6** Nov. **1929:** *A. A. S.,* **21,** p. **665.**

[35] Cardinalis PACELLI *Alloc, ad Sod. Mar. in Menningen* (Helvetia), 22 Oct. 1938.

[36] **PII** XI *Alloc, ad Sod. Mar.,* **30** Mart. **1930.**

[37] **PII** XI Epist. Encycl. *Firmissimam constantiam,* ad Episcopos Mexicanos, **28** Martii 1937: *A. A. S.,* 29, p. 210.

[38] **PII** XI Epist. *Quae Nobis* ad Card. Bertram, **13** Nov. **1928:** *A. A. S.,* p. **386.**

[39] **PII** XI *Alloc, ad Act. Cath. Galliae,* **20** Maii **1931.**

[40] **PII** XII *Alloc, radioph. ad Congressum Barcin.,* **7** Dec. **1947:** *A. A. S.,* **39,** p. **364.**

[41] **PII** XI *Alloc, ad Act. Cath. Ital.,* **28** Iun. **1930.**

[42] **PII** XI Epist. *Quamvis Nostra* ad Episc. Brasiliae, **27** Oct. **1935:** *A. A. S.,* p. **160.**

tiformi unitati[43] favet in eiusmodi operibus gerendis, per fraternam utique conspirationem, Episcopis moderatoribus, in unam metam viribus unitis dirigendis.[44] Atque hanc « concordem consensionem, ordinatam colligationem mutuamque intellegentiam, quam saepe saepius commendavimus »,[45] id genus consociationes eo facilius nanciscentur, quo altius, de primis partibus controversia qualibet amandata,[46] « caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes »[47] unamque Dei gloriam spirantes, tum sibi persuadeant se ceteris potiores futuras, cum primas eisdem didicerint deferre.[48]

His itaque omnibus attente perpensis, vehementissime optantes ut hae pietatis actuosaeque christianae vitae palaestrae magis magisque in dies vigeant ac roborentur,[49] apostolica Nostra auctoritate nonnulla capita enucleate indicamus sodalibus marianis ubique terrarum communia atque ab omnibus, quorum interest, religiose servanda.

I. Congregationes Marianae, Sodalitati *Primae Primariae* **Collegii Romani rite aggregatae, sunt consociationes religiosae ab ipsa Ecclesia erectae ac constitutae[50] atque ab ea, ad mandata sibi concredita aptius conficienda, amplissimis privilegiis cumulatae.[51]**

II. Legitima Congregatio Mariana ea tantum est habenda quae ab Ordinario competente sit erecta, videlicet, in locis propriis Societatis Iesu aut eius curae commissis, a Praeposito Generali;[52] in ceteris vero quibuslibet ab Episcopo loci, vel, de eius consensu formali, a praedicto Praeposito Generali.[53] Ut autem Congregatio sic erecta privilegiis et indulgentiis, *Primae Primariae* **Sodalitati concessis, frui valeat, necesse est ut huic rite sit aggregata.[54] Haec tamen aggregatio, quae de consensu Ordinarii loci est impetranda, quaeque uni Praeposito Generali Societatis Iesu competit,[55] nullum ius huic Primae Primariae vel Societati Iesu in eam Sodalitatem confert.[56]**

[43] **PII** XI ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 30 Mart. 1930.

[44] Cfr. **PII** XII ***Epist, ad P. S. Ilundain,*** 26 Aug. 1946.

[45] **PII** XI Epist. ***Quamvis Nostra*** ad Episc. Brasiliae 27 Oct. 1935 : ***A. A. S.,*** 28, p. 163.

[46] Cfr. Mc, 9, 33.

[47] ***Rom.,*** 12, 10.

[48] Cfr. Mt., 20, 20-27.

[49] **PII** XII ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942.

[50] Cfr. Bullam GREGORI XIII ***Omnipotentis Dei*** 5 Dec. 1584.

[51] Cfr. ***Pontificia documenta supra recensita,*** notis (1) et (2).

[52] SIXTI V Bull. ***Romanum decet,*** 20 Sept. 1587.

[53] S. Congr. Indulg., decr. 23 Iun. 1885.

[54] Cfr. ***G. I. C,*** 686; Bullam Auream ***Gloriosae Dominae,*** 27 Sept. 1748; Decretum LEONIS XII 17 Maii 1824; Decretum S. Congr. Indulg., 23 Iun. 1885.

[55] Cfr. Rescript. S. Congr. Indulg., 17 Sept. 1887; ***C. I.*** C, 723; ***Reg. Comm.,*** 2.

[56] Cfr. *C. I. C,* 722 § 2; Declarat. A. R. P. Ludovici Martin, Praep. Generalis S. I., 13 April. 1904.

III. Congregationes Marianae, quippe quae hodiernis Ecclesiae necessitatibus plene congruere sint dicendae,[57] debent ex Summorum Pontificum voluntate suas leges, indolem, institutionem intactas servare.[58]

IV. Regulae Communes, quarum observantia, in substantialibus saltem, ad aggregationem impetrandam necessaria est,[59] omnibus Congregationibus enixe commendantur, tamquam disciplinae antiquitus sodalibus usitatae constantique usu receptae summarium ac documentum.[60]

V. Omnes Congregationes Marianae, modis accidentaliter diversis at substantialiter iisdem, non secus atque alii coetus apostolicis operibus dediti ab Ecclesiastica Hierarchia dependent.[61]

VI. Ne in Dei regno propagando religionisque iuribus tutandis christianae militiae ordines dissipentur viresque enerventur, mariani sodales, maiorum vestigiis ipsique hodiernae agendi rationi fideliter insistentes, in apostolicis operibus suscipiendis et prosequendis, meminerint :

a) **loci Ordinarium**

I° potestatem, ad normam sacrorum canonum, firmisque semper Sedis Apostolicae praescriptis et documentis, habere in omnes prorsus suae ditionis Sodalitates circa externi apostolatus exercitium ;

2° potestatem habere in Sodalitates extra Societatis Iesu septa constitutas, eisque proinde normas proprias dare posse, firma tamen Regularum Communium substantia.[62]

***i))* Parochum**

1° Praesidem natum Congregationum paroecialium esse, quas igitur ut ceteras sui territorii consociationes moderatur ;

2° in omnes autem Sodalitates opera apostolica in suo territorio exercentes illa potestate frui a sacris canonibus legitimisque statutis dioecesanis eidem concessa ad rectam externi apostolatus ordinationem.[63]

VII. Cuiuslibet Sodalitatis Marianae moderator legitime renunciatus,

[57] Cfr. praesertim : Pii XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945; ***Epist, ad P. S. Ilundain,*** 26 Aug. 1946; ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

[58] Cfr. praesertim : **PII** XI ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 30 Mart. 1930; ***Alloc, ad Sod. Primae Primariae,*** 24 Mart. 1935. - **PII** XII ***Telegr. ad Conv. CC. M.M. Italiae,*** 12 Sept. 1947; ***Alloc, radioph. ad Congr. Barcin.,*** 7 Dec, 1947; ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

[59] Cfr. Decretum S. Congr. Indulga 7 Mart. 1825; Decretum S. Congr. Indulg., 23 Iunii 1885; Bescript. S. Congr. Indulg., 17 Sept. 1887.

[60] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945; ***Epist, ad P. D Lord,*** 24 Ian. 1948.

[61] Cfr. ***Conc. Vat.,*** Sess. IV, Const. «de Ecclesia Christi», cap. 3; C. 7. ***C,*** 218 § 2; **PII** XII ***Alloc, ad Act. Cath. ltal.,*** 4 Sept. 1940: ***A. A. S.,*** 32, p. 369; ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942; ***Alloc, ad Congressum Barcin.,*** 7 Dec. 1947: ***A. A. S.,*** 39, p. 634.

[62] Cfr. ***C. I. C,*** 334 § 1, 335 § 1; ***Statuta Generalitia CC. MM.,*** 31 Aug. 1885, II, 5.

[63] Cfr. ***C. I. C,*** 464 § 1; ***Declarat. A. R. P. Ludovici Martin,*** 13 April. 1904.

qui quidem semper sacerdotali dignitate insignitus sit oportet; quamquam legitimis Superioribus ecclesiasticis omnino subicitur, tamen, ad normam Regularum Communium, in ipsa Congregationis vita interna plena fruitur potestate, quam plerumque per sodales sibi muneris adiutores adscitos exercere convenit.[64]

VIII. Huiusmodi Sodalitates dicendae sunt Marianae, non tantum quod a B. V. Maria titulum assumant,[65] sed quod potissimum sodales singuli erga Deiparam pietatem singularem profiteantur[66] eique plena consecratione devinciantur,[67] qua spondeant, licet non sub peccato,[68] se omni ope pro sua aliorumque christiana perfectione ac salute sempiterna sub B. M. Virginis vexillo pugnaturos ;[69] qua quidem consecratione perpetuo sodalis B. M. Virgini obligatur, nisi indignus dimittatur aut animi levitate ipsemet Sodalitatem deserat.[70]

IX. In sodalibus conscribendis ii sedulo deligantur[71] qui vulgari ac trito vitae genere minime contenti[72] studeant vel arduas « ascensiones in corde suo disponere » (cfr. Ps. 83, 6)[73] secundum ascéticas normas ac pietatis exercitia in Regulis proposita.[74]

X. Congregationum Marialium proinde est sodales, pro cuiusque condicione, ita instituere, ut possint aequalibus in exemplum christianae vitae atque apostolicae navitatis proponi.[75]

XI. Inter primarios Congregationum fines[76] habendus est apostolatus omnimodus, socialis praesertim, pro Christi regno propagando Ecclesiae-

[64] Cfr. BENEDICTI XIV Bullam Auream ***Gloriosae Dominae,*** 27 Sept. 1748; Breve ***Laudabile Româïiorum,*** 15 Febr. 1758; ***Statuta Generalia,*** 31 Aug. 1885; ***Reg. Comm.,*** 16, 18, 50.

[65] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 3; Bull. Aur. ***Gloriosae Dominae.***

[66] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 1, 40.

[67] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 27.

[68] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945 ; ***Reg. Comm.,*** 32.

[69] Cfr. **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945 ; ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

[70] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 1, 27, 30.

[71] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 23, 21, 26; BENEDICTI XV ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 19 Dec. 1915. - **PII** XI Encycl. ***Ubi arcano,*** 23 Dec. 1922: ***A. A. S.,*** 14, p. 693. - Pn XII ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942; ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945; ***Epist, ad P. S. Ilundain,*** 26 Augusti 1946; ***Telegr. ad Conv. CC. MM. Ital.,*** 12 Sept. 1947; ***Alloc, radioph. ad Congress. Barcin.,*** 7 Dec. 1947 : ***A. A. S.,*** 39, p. 634.

[72] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 1, 35.

[73] ***Reg. Comm.,*** 12

[74] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 9, 33 ad 45.

[75] Cfr. ***Reg. Comm.,*** 14, 1, 33, 43; **PII** XII ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 21 Ian. 1945; ***Telegr. ad Conv. CC. MM. Ital.,*** 12 Sept. 1947; ***Epist, ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948; ***Alloc, ad Sod. Mar., ex «Conférence Olivaint»,*** 27 Mart. 1948.

[76] BENEDICTI XIV Bull. Aur. ***Gloriosae Dominae,*** 27 Sept. 1748. - BENEDICTI XV, ***Alloc, ad Sod. Mar.,*** 19 Dec. 1915. - **PII** XI ***Epist, ad Adm. Apost. Oenip.,*** 2 Aug. 1927. - **PII** XII ***Epist, ad Card. Lerne,*** 21 Ian. 1942; ***Epist, ad P. S. Ilundain,*** 26 Aug. 1946; ***Alloc, radioph. ad Congress. Barcin.,*** 7 Dec. 1947: ***A. A. S.,*** 39 p. 633

que iuribus defendendis[77] ab ipsa ecclesiastica Hierarchia eisdem demandatas;[78] ad quam veram plenamque cum apostolatu hierarchico cooperationem praestandam[79] propriae Sodalitatum normae ad huiusmodi cooperationis modos pertinentes nullatenus sunt variandae aut innovandae.[80]

XII. Denique, Congregationes Marianae eodem ordine, atque ceterae consociationes apostolicum finem prosequentes, sunt censendae,[81] sive cum hisce sint foederatae sive cum ipso Actionis Catholicae coetu primario una simul cohaereant. Porro cum Sodalitates cuilibet alii consociationi debeant, sub sacrorum Pastorum ductu et potestate[82] operam suam conferre atque industriam,[83] necesse non est singulos sodales alii coetui etiam nomen dare.[84]

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos res pertinet, plenissime suffragari, sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xxvii mensis septembris anno MCMXLVIII, bis centesimo a Bulla Aurea « Gloriosae Dominae », Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

[77] *Reg. Comm.,* 1; **PII** XII *Alloc, ad Sod. Mar.,* 21 Ian. 1945.

[78] Cfr. *Epist. Card. Pacelli ad Card. Faulhaber, h* Sept. 1934; **PII** XII Epist. Apost. *Hosti profecto,* 5 Iul. 1940; *Alloc, ad Sod. Mar.,* 21 Ian. 1945; *Epist, ad P. S. Ilundain,* 26 Aug. 1946; *Epist, ad P. D. Lord,* 24 Ian. 1948.

[79] **PII** XII *Alloc, ad Act. Cath. Ital.,* 4 Sept. 1940: *A. A. S.,* 32, p. 369; *Epist, ad Card. Lerne,* 21 Ian. 1942; Card. PACELLI *Alloc, ad Soc. Mar. in Menningen* (Helvetia), 22 Octobris 1938.

[80] Cfr. Pu XII *Alloc, radioph. ad Congr. Barcin.,* 7 Dec. 1947 : *A. A. S.,* 39, p. 634.

[81] Cfr. Pu XII *Alloc, ad Act. Cath. Ital.,* 4 Sept. 1940 : *A. A. S.,* 32, p. 368; *Telegr. ad Conv. CC. MM. Ital.,* 12 Sept. 1947; *Alloc, radioph. ad Congr. Barcin.,* 7 Dec. 1947: *A. A. S.,* 39, p. 634.

[82] Cfr. inter alia: **PII** XII *Telegr. ad Conv. CC. MM. Ital.,* 12 Sept. 1947; *Epist, ad P. D. Lord,* 24 Ian. 1948; Epist. *Düring recent years* ad Episc. Indiae, 30 Ian. 1948.

[83] Cfr. praesertim : **PII** XI *Epist, ad Episc. Brasiliae,* 27 Oct. 1935 : *A. A. S.,* 28, p. 161; *Alloc, ad Sod. Mar.,* 30 Mart. 1930. - **PII** XII *Alloc, ad Act. Cath. Ital.,* 4 Sept. 1940: *A. A. S.,* 32, p. 369.

[84] Cfr. **PII** XII *Epist, ad P. S. Ilundain,* 26 Aug. 1946.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. ELIAM TIT. SANCTI MARCI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DALLA COSTA, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM, QUINA EPISCOPATUS LUSTRA FELICITER IMPLETURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Triennio quidem ante, quinquagesimum ab inito sacerdotio annum tibi feliciter explenti gratulantem benignamque voluntatem per litteras libenter declaravimus, praeclara tua in Ecclesiam merita diuturno sacro pastoralique officio comparata suavi memoria recolentes. In praesenti autem, appropinquante vicesimo quinto episcopatus tui natali die, nova praebetur Nobis facultas tibi iucundos animi Nostri sensus aperte significandi. Hisce enim annis post horrendam belli tempestatem exactis, tot armorum plagis vulneribusque adhuc cruentis detectisque, civili quoque procella identidem exoriente, quae in afflictam patriam inhumaniter desaeviens vulnus in vulnere facit, pastorales tuae curae vigilantesque sollicitudines, Dilecte Fili Noster, non modo angustiis populum tuum prementibus minime defuerunt, sed liberalitatem quoque animi tui in dies crescentem ostendere et caritatis istius spatia magis magisque dilatavere. Hanc itaque faustitatis proximae opportunitatem amplectimur, ut tibi, Dilecte Fili Noster, de impigro frugiferoque episcopali munere constanter gesto vehementer imoque corde gratulemur novamque gratiarum copiam ac praemia minime defutura a supremo rerum Dominatore tibi adprecemur. Quo interea iucundi eventus celebratio uberiores salutis fructus gregi tuo afferre queat, tibi ultro potestatem damus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam^ Supernorum denique donorum in auspicium inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero ac populo tuae curae tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Bomam, die xxx mensis Iulii anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM MIG0NE, ARCHIEPISCOPUM TIT. NICOMEDIENSEM,. SUMMI PONTIFICIS ELEEMOSYNARUM SECRETUM, QUINQUAGESIMUM AB; INITO SACERDOTIO ANNUM FAUSTE CELEBRATORUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Prima sacerdotii gaudia post decem lustra tibi proxime redintegranti persuave erit profecto, inter Sacrum perlitandum, verba illa repetere : « Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuii mihi? ». Ex ipso enim presbyteratus Ordinis sacramento, tamquam a^ origine largoque fonte tot superna dona, hoc haud brevi temporis spatio, in te profluxerunt, quae docili tua voluntate laetos uberesque fructus protulerunt. Constat enim te sacris istius ministerii plurimum impendisse in Vaticanis hisce aulis officiisque, apud augustum Solium trium Romanorum Pontificum, quibus ea, qua nites, pietate et prudentia adsidue obsequenterque inservisti. Ipsa autem conscientia peracti nobilissimi officii comitandi Christi in terris Vicarium Eique operam praestandi in fidelibus sive admittendis sive aeris dono afficiendis, tibi sane exstabit iusta intimae laetitiae causa praemiumque virtutis operisque periucundum.

Nos vero, qui a florentibus annis animi tui ornamenta cognovimus atque inter caros habuimus ipsos Collegii Capranicensis contubernales, quique constantem in muneribus obeundis sedulitatem sollicitasque praesertim curas in largitionibus Nostris impertiendis, inter tantas temporum rerumque difficultates et angustias, plane perspectas habemus, proximam nacti opportunitatem, collaetantium tecum amicorum choro veluti praeeuntes, tibi, Venerabilis Frater, de sacro ofiicio diu fideliterque gesto perlibenti animo gratulamur, felicissima quaeque et saluberrima a divino bonorum omnium Largitore ominantes. Quorum interea caelestium munerum conciliatrix propensaeque Nostrae voluntatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, tuisque familiaribus et amicis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX **mensis Iulii, anno** MDCCCCxxxxviii, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ad puellas ab Actione Catholica ex Italiae dioecesibus Romae coadunatas, in foro sancti Petri in Vaticano Beatissimo Patri acclamantes *

Viva e profonda è stata la Nostra commozione nel contemplare l'incomparabile spettacolo che voi offrite ai Nostri occhi, mentre al tempo stesso salivano dalle vostre labbra al Nostro cuore i fervidi accenti dei vostri canti e delle vostre acclamazioni. Noi ben conosciamo, dilette figlie, giovani di Azione cattolica, la spontaneità del vostro entusiasmo e la sincerità delle vostre risoluzioni d'indefettibile fedeltà ; nè abbiamo bisogno di lunghi discorsi per esprimervi i sentimenti — in realtà inesprimibili — che inondano l'animo Nostro nel vedervi e nell'ascoltarvi. Piuttosto vogliamo rivolgervi, in questa celebrazione del vostro trentennio, alcune brevi parole, le quali assicurino alla vostra odierna manifestazione non tanto lo splendore effimero di un fuoco che presto si spegne, quanto la fiamma viva che alimenta in voi un luminoso e ardente focolare di zelo.

Voi siete accorse numerose, e del trovarvi oggi qui riunite in così densa schiera — accresciuta dalle rappresentanze delle giovani cattoliche di molti altri Paesi — vi sentite legittimamente liete e altere. Lungi da Noi il pensiero di attenuare menomamente la vostra gioia. Ohe anzi per accrescerla vi diciamo : Fate il conto dei vostri effettivi qui presenti ; aggiungete, come è giusto, il numero ben più grande di quelle che sono di cuore con voi, trattenute, loro malgrado, lontane da impedimenti diversi, e alle quali le rapide ali dei colombi hanno portato il vostro dolce messaggio. Voi allineerete cifre imponenti. Ma quante altre giovani vite non sono con voi, nè di persona, nè di cuore, nè di spirito, indifferenti, estranee, noncuranti di voi, del vostro movimento, dei vostri più cari ideali ! E quante altre, ingannate, traviate, inasprite, eccitate da erronee •dottrine o da fallaci illusioni, vi sono ostili, perchè voi siete indissolubilmente unite a Dio, a Cristo, alla Chiesa! Se voi penserete attentamente, col vostro buon senso e col vostro buon cuore, a tutte queste vostre sorelle, che sono separate da voi o contro di voi, come potrete darvi pace, finché non le abbiate conquistate, finché non si siano congiunte

* Habita die 5 mensis Septembris a. 1948.

con voi? Il vero zelo non conosce requie nè sosta, dal momento che si è impadronito di un'anima!

agant, die conventus generalis rerum Operis agendarum causa, prima feria quinta ac prima feria sexta cuiuslibet mensis; semel praeterea in mense die, quo cuique libeat, ad normam Codicis Iuris Canonici ; nec non semel in mense pro Sodalibus tantum, qui sex horas cuiusque hebdomadae in eodem mense laboraverint pro ecclesiis pauperibus, vel Missionum vel pro ecclesiis quae in regionibus protestanticis exstant vel etiam pro ornamentis parandis ad processionem necessariis, atque eodem tempore aliquam precem recitaverint, propriam Pii Operis Apostolici ecclesiam vel sacellum, si exstat, secus proprium templum paroeciale visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die iniuncta pietatis opera impleant ».

4. « ... Sodalibus laicis bis in annum ... die ad cuiusque libitum eligendo, in quo iidem pro sociis defunctis Sanctissimam Eucharistiam sumpserint... ».

B) *Indulgentiae Partiales pro omnibus.*

1. Septem annorum totidemque quadragenarum.

« ... Omnibus et singulis sodalitii Operis Apostolici praesentibus ac futuris sociis, si in diebus festis Beatae Mariae Virgini dicatis, atque ab Ecclesia universali celebratis, praeter iam memoratas festivitates, necnon diebus nataliciis Sanctorum Apostolorum, itemque quoties, saltem contriti corde, horam Adorationis menstruae impleverint, confessi ac Sacra Communione refecti, Consociationis ecclesiam vel propriae paroeciae templum devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint ».

2. Trecentorum dierum.

« ... iisdem quoties pro pauperibus ecclesiis vel pro illis quae sint in regionibus Missionum vel protestanticis per semihoram laboraverint aliquam precem recitantes » ; -

« ... iisdem autem quoties ad conventum Consilii Sodalitii adfuerint, vel etiam, corde contrito, Eucharisticam Benedictionem acceperint».

3. Sexaginta dierum.

« ... iisdem denique pro quocumque opere bono quod egerint ».

C) *Altare privilegiatum pro presbyteris.*

« ... Omnibus et singulis presbyteris, qui Pio Operi Apostolico adscripti sint, privilegium Altaris privilegiati semel in anno fruendum, die ad cuiusque libitum eligendo, in quo ipsi sacrum pro confratrum defunctorum animabus peragant ».

D) *Indulgentiae Plenariae et Partiales pro sodalibus infirmis.*

« ... Indulgemus quoque ut Sodales Pii Operis Apostolici praelaudati infirmitate quadam oppressi, qui confessi ac Sacris Dapibus refecti, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, et Gloria Patri quinquies ad honorem

Sanctissimae Eucharistiae, atque easdem preces semel etiam ad mentem Summi Pontificis, corde contriti, recitaverint, etiamsi Sodalitii proprii vel paroeciae ecclesiam non visitaverint, Indulgentias Plenarias, quas statuimus diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, necnon S. Iosephi Deiparae Sponsi, S. Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, S. Ioannis Apostoli et Evangelistae festivitatibus, itemque Commemorationis Fidelium Defunctorum lucrandas; necnon Indulgentias partiales septem annorum totidemque quadragenarum praedictas lucrari queant.

E) *Viae Crucis ir üulgentiae pro mulieribus sodalibus.*

« ... Illis denique p s mulieribus eiusdem Operis Apostolici Sodalibus, quae ad normam Stati orum ipsius piae Consoci; tionis menstruo religioso conventui intersunt, quoties id faciant, Passionei ac Mortem D N. Iesu Christi devota memoria recolentes, *Indulgentias ; io Viae Crucis exercitio adnexas,* **lucrandas in Domino concedimus... ».**

Ex Litteris Apostolicis *Iam ab anno,* **29 Iunii 1926.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico in data 1 settembre 1948, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare S. E. Revma Monsig. Valerio Valeri, Arcivescovo tit. di Efeso, *Assessore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Biglietti d'Ila Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

3	**febbraio**	**1948.**	**Monsig. Bardon Giovanni L., della diocesi di Youngstown.**
»	»	»	**Monsiff. Begolla Stefano W., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Casey Maurizio J., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Eischen Giacomo S., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Gallagher Owen F., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Heinrich Alfredo J., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Kazmirski Luigi S., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. La very Francesco I., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Lenz Giovanni Enrico, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Manning Alfredo J., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Martin Walter B., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Murphy Guglielmo L, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Nash Guglielmo S., della medesima diocesi.**
»	»		**Monsig. Prokop Andrea A., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Schlindwein Leone A., della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Stipanovich Giovanni A., della medesima diocesi.**
13	»	»	**Monsig. Kurz Pietro, dell'archidiocesi di Newark.**
23	»	»	**Monsig. Manzanedo Ruiz Eugenio, dell'archidiocesi di Angelopoli.**
»	»	»	**Monsig. Mori Antonio, della diocesi di La Spezia.**
29	»	»	**Monsig. Quinn Michele, della diocesi di Killaloe.**
4	**marzo**	»	**Monsig. De Bruyne Luciano, della diocesi di Gand.**
10	»		**Monsig. Heavey Guglielmo Giacomo, dell'archidiocesi di Wellington.**

3	aprile	1948.	Monsig. McShea Giuseppe M., dell'archidiocesi di Philadelphia.
7	»		Monsig. Franco Vito, della diocesi di Youngstown.
27	»		Monsig. Bradley Giovanni, della diocesi di Auckland.
»	»		Monsig. Buxton Leonardo, della medesima diocesi.
»			Monsig. Kennedy Michele, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Murphy Guglielmo, della medesima diocesi.
29	»		Monsig. Comte Carlo, della diocesi di Friburgo (Svizzera).
»	»		Monsig. Chapman Michele Andrea, della diocesi di Lafayette in Indiana.
»	»		Monsig. •Herrhof Mattia, della diocesi di Vacia.
»	»		Monsig. Szell Colomanno, della medesima diocesi.
3	maggio		Monsig. Monteleone Domenico, delParchidiocesi di Monreale.
»	»		Monsig. Gutheil Eugenio, della diocesi di Veszprimia.
»	»		Monsig. Sarkozy Ludovico, della medesima diocesi.
12	»		Monsig. Macaveiu Vittorio, delParchidiocesi di Blaj.
13			Monsig. Sipos Stefano, della diocesi di Cinque Chiese.
»	»		Monsig. Galliani Antonio, della diocesi di Teggiano.
	»		Monsig. Cornelii Olivo, delParchidiocesi di Udine.
»	»		Monsig. Peitavino Mcolò, della diocesi di Ventimiglia.
23	»		Monsig. Boyer Raffaele (Roma).
»	»		Monsig. Carollo Gaetano (Roma).
29	»		Monsig. Almici Giuseppe, della diocesi di Brescia.
2	giugno		Monsig. Lanzone Domenico, della diocesi di Alife.
»	»		Monsig. Severi Aldo, della diocesi di Cesena.
»	»		Monsig. Guano Emilio, delParchidiocesi di Genova.
15	»		Monsig. Bernier Paolo, delParchidiocesi di Québec.
26	»		Monsig. Pepe Luigi, delParchidiocesi di Napoli.
6	luglio		Monsig. Regalati Giovanni, della diocesi di Fiume.
14	»		Monsig. Fornelli Francesco, della diocesi di Bitonto.
»	»		Monsig. Gallina Pietro, della diocesi di Faenza.
22	»		Monsig. Barile Vincenzo, dell'archidiocesi di Capua.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

3	febbraio	1948.	Monsig. Bukowski Antonio Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Murphy Guglielmo Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Shaw Giuseppe Edoardo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bradley Guglielmo T., delParchidiocesi di Santa Fé (U. S. A.).

3 febbraio 1948. Monsig. Riefifer Giorgio, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Capellini Ernesto, della diocesi di La Spezia.
» » » Monsig. Zolesi Ivaldo, della medesima diocesi.
25 » » Monsig. Drumm Guglielmo M., delFarchidiocesi di San Luigi (U. S. A.).
» » » Monsig. Esswein Antonio, della medesima archidiocesi.
10 marzo » Monsig. Cecchi Augusto (Roma).
» » » Monsig. Giaquinta Guglielmo (Roma).
29 aprile » Monsig. Galassi Nicola, dell'archidiocesi di Camerino.
» » » Monsig. Mornik Francesco, dell'archidiocesi di Gorizia.
» » » Monsig. Andolfatto Mario, della diocesi di La Spezia.
» » » Monsig. Tanner Paolo, dell'archidiocesi di Milwaukee.
» » » Monsig. Montrucchio Felice, della diocesi di Mondovì.
» » » Monsig. Caliceti Virginio, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Monsig. Corrado Bruno, della medesima diocesi.
3 maggio » Monsig. Bordas Alfredo, dell'archidiocesi di Agria.
» » » Monsig. Rakolcai Gabriele, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Scola Alberto, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Poloni Antonio, del patriarcato di Venezia.
» » » Monsig. Bacza Desiderio, della diocesi di Veszprimia.
» » » Monsig. Csertó Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gubicza Antonio, della medesima diocesi.
5 » » Monsig. Alfano Vincenzo, dell'archidiocesi di Salerno.
» » » Monsig. Vocea Paolo, della medesima archidiocesi.
13 » » Monsig. Ferraris Antonio, della diocesi di Biella.
2 giugno » Monsig. Perrone Francesco, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Jacomuzzi Angelo, dell'archidiocesi di Torino.
4 » » Monsig. Barbieri Angelo, della diocesi di Lodi.
26 » » Monsig. Valerio Antonio, della diocesi di Termoli.
4 luglio » Monsig. Kaiser Geroldo Giuseppe, dell'archidiocesi di San Luigi (U. S. A.).
10 » » Monsig. Péterify Gedeone, dell'archidiocesi di Strigonia.

Cameriere segreto soprannumerario di spada e cappa di 8. S. :

25 dicembre 1945. Il nob. Acqua Mario (Roma).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa :

13	aprile	1948.	Al sig. Mazzoleni Pietro, della diocesi di Tortona.
»	»	»	Al sig. Rizzardo Ferdinando, del patriarcato di Venezia.
21	»	»	Al sig. Sedo Gomez Raimondo (Spagna).
27	»	»	Al sig. Gentile Ottorino Rocco, della diocesi di Ascoli Satriano.
»	»	»	Al sig. Roca Nicola, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Prato Flaminio, della diocesi di Biella.
»	»	»	Al sig. Mastroserio Beniamino, della diocesi di Cerignola.
»	»	»	Al sig. Stendardo Salvatore, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Bottesini Archimede, della diocesi di Lodi.
»	»	»	Al sig. Venera Carmelo, delParchidiocesi di Monreale.
29	»	»	Al sig. Tancioni Maurizio (Roma).
»	»	»	Al sig. Bottiglieri Giuseppe, delParchidiocesi di Salerno.
»	»	»	Al sig. Bianchi Alberto, della diocesi di Siena.
»	»	»	Al sig. Fabri Andrea, della diocesi di Tivoli.
19	maggio	»	Al sig. Marchitto Raffaele, delParchidiocesi di Napoli.
23	»	»	Al sig. Pieroni Fortunato, della diocesi di Ivrea.
»	»	»	Al sig. Castellano Giuseppe (Roma).
»	»	»	Al sig. latta Giovanni, della diocesi di Ruvo.
»	»	»	Al sig. latta Michele, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Fanelli Augusto, della diocesi di Veroli.
»	»	»	Al sig. Ferrante Domenico, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Ferrante Luigi, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Bellavite Innocente, della diocesi di Verona.
»	»	»	Al sig. Falconi Ugo, della medesima diocesi.
25	»		Al sig. Pletto Antonio, della diocesi di Siena.
14	giugno	»	Al sig. Ruggieri Vincenzo, delParchidiocesi di Bari.
»	»	»	Al sig. Zitarosa Gerardo, della diocesi di Campagna.
»	»		Al sig. Fichera Giacomo, delParchidiocesi di Catania.
»	»	»	Al sig. Anedda Nicola, della diocesi di Parma.
»	»	»	Al sig. Salini Pietro (Roma).
»	»		Al sig. Soli Pietro (Roma).
26	»	»	Al sig. Stenius Giorgio (Finlandia).
30	»	»	Al sig. Mollari Guglielmo (Roma).
»	»	»	Al sig. Quadrani Raffaele (Roma).
4	luglio	»	Al sig. Nicolini Silvio (Roma).
»	»	»	Al sig. Punzo Umberto (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa :

14 giugno 1948. Al sig. Giani Emilio, delFarchidiocesi di Bologna.
» » » Al sig. Corsinovi Vittorio, dell'archidiocesi di Firenze.
26 » » Al sig. Delle Fave Michele, della diocesi di Macerata.
» » » Al sig. Cavallesco Narciso, della diocesi di Marsi.
» » » Al sig. Oruciani Mariano (Roma).
29 » » Al sig. Santarelli Leone (Roma).
» » » Al sig. Vignali Pietro (Roma).
30 » » Al sig. Acquarone Riccardo (Roma).
4 luglio » Al sig. Lo Schiavo Gaetano (Roma).
10 » » Al sig. Guerguerian Giovanni, del patriarcato di Cilicia degli Armeni.

NECROLOGIO

2 giugno 1948. Monsig. Alvarez Gonzalez Enrico, Vescovo tit. di Sciro, Vicario Apost, di Urubamba e Madre di Dio.
11 luglio » Monsig. Foin Maurizio, Vescovo tit. di Gionopoli.
20 » » Monsig. Antunes Antonio, Vescovo di Coimbra.
30 » » Monsig. Carton de Wiart Stefano, Vescovo di Tournai.
4 agosto » Emo Signor Card. ENRICO SIBILIA, **Vescovo suburbicario di Sabina e Poggio Mirteto.**
5 » » Monsig. Griffin Giacomo Luigi, Vescovo di Springfield-Illinois.
25 » » Monsig. Arata Antonino, Arcivescovo tit. di Sardi, Assessore della S. C. per la Chiesa Orientale.
» » » Monsig. Mac Gavick Alessandro Giuseppe, Vescovo di La Crosse.
27 » » Monsig. Robinson Pasquale, Arcivescovo tit. di Diana, Nunzio Apostolico in Irlanda.
28 » » Monsig. de Sà Fragoso Carlo, Vescovo tit. di Pitane.
29 » » Monsig. Esandi Nicola, Vescovo di Viedma.
8 settembre » Monsig. Chambón Giovanni Alessio, Arcivescovo tit. di Amorío.
9 » » Monsig. Haouisée Augusto, Vescovo di Shanghai.
12 » » Monsig. Weber Antonio Luigi, Vescovo tit. di Samo.
16 » » Emo Signor Card. ARCE Y OCHOTORENA EMANUELE, **del titolo dei Ss. Vitale, Valeria, Gervasio e Protasio, Arcivescovo di Tarragona.**
17 » » Emo Signor Card. Rossi RAFFAELLO CARLO, **del titolo di S. Prassede, Segretario della S. C. Concistoriale.**

An. et vol. XL 26 Octobris 1MH (Ser. II, v. XV) - N. U

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA. ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : PUBLICAE ITERUM INDICUNTUR SUPPLICATIONES AD PACEM IN PALAESTINA CONCILIANDAM.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem. — In multiplicibus curis, quae hoc temporum flexu — ex quo futurae maximi momenti condiciones orientur universae hominum familiae — gravissimum Supremi Pontificatus onus Nos experiri iubent, illae peculiari modo Nos sollicitant, quae ad bellum spectant, quod Sacra Palaestinae Loca cruentat. Verum enim vero vobis asseverare possumus, Venerabiles Fratres, nec laetam, nec tristem rerum vicissitudinem ac erri mum posse relevare dolorem, qui vehementer Nos angit, dum animo recogitamus illa in regione, in qua Christus Iesus suum effudit sanguinem ut eunetum redimieret hominum genus, fraternum adhuc effluere cruorem ; atque ubi primum angelicum pacis nuntium in noctis tenebris insonuit mentibusque affulsit, gentes inter se digladiari, miserorum cotidie magis augeri miseriam, atque expavescentium gliscere terròrem, dum exsules ac profugi, ad milia bene multa e sua terra deturbati, vagantur longe, panem quaerentes tutumque perfugium. Ea etiam peculiari de causa aegritudine maeroreque afficimur, quod Nobis perlatum est illa religionis ac beneficentiae aedificia, quae prope Sacra Loca habentur, non pauca, nec levia accepisse detrimenta; unde timendum

est vel ipsa Sacra Loca, cum in Palaestina, tum praesertim Hierosolymae — quae quidem loca natali, vita atque obitu Divini Redemptoris Nostri consecrata fuere — eamdem posse defiendam habere sortem. Supervacaneum autem est, Venerabiles Fratres, vobis significare Nos in praesenti rerum discrimine, quod auctiora etiam mala in posterum portendere videtur, non tácitos Nostrum compressisse in animo dolorem, sed quidquid in facultate esset, studiose effecisse, ut opportunum pro viribus huic causae adhiberetur remedium. Nostis enim, cum ante dimicationis initium Arabum optimates coram admisissemus, qui sua Nobis cupiebant testari obsequia, Nos, factis ad eos ex animo verbis, sollicitudinem Nostram pro Palaestinae pace aperuisse, ac clare affirmateque asseverasse eiusmodi veri nominis pacem non vi, non armis assequendam fore, sed veritate ac iustitia, sed mutua uniuscuiusque iuris in tuto posita securitate, servatisque consuetudinibus a maioribus acceptis, ad religionem praesertim quod attinet, ac debitis utriusque partis officiis invicem praestitis. Cum autem confiagratio iam orta esset, Nos, qui pro Apostolico, quo fungimur, Ministerio, supra humanae societatis conflictus nullo non tempore erigimur, aequanimitate summa impense, pro facultate, allaboravimus, ut concordia ac tranquillitas, cum iustitia copulata e, in Palaestina trium ph arent, ac Sacra inibi Loca incolumia atque inviolata manerent. Et quamvis fere undique ad Apostolicam hanc Sedem, supplices preces ab omne genus egentibus admoveantur, nihilo secius, quotiescumque potuimus, iis omnibus enisi sumus suppetias occurrere, qui ex bello detrimenta fecissent, cum per Nostros in Palaestina, in Libano et in Aegypto Legatos impertitis auxiliis, tum aliarum Nationum christifidelibus ad idem propositum atque inceptum paterno animo excitatis. Quoniam vero Nobis perspectum est difficili huic ac salebrosae causae componendae humanas opes impares evadere, precibus potissimum confidimus, quae ad Divinum pacis Principem adhibeantur ; atque adeo per Encyclicam Epistulam « Auspicia quaedam », haud ita pridem datam, vos adhorta ti sumus, Venerabiles Fratres, quemadmodum iterum adhortamur, ut publicae a vobis et a gregibus, pastorali sollicitudini vestrae concreditis, habeantur supplicationes, quibus id tandem, Beata Virgine Maria auspice, impetretur « ut, rebus... in Palaestina aequitate compositis, inibi etiam concordia et pax feliciter redintegretur ».[1] Haud incassum invitationem eiusmodi Nostram evenisse, non sine animi solacio, novimus. Ac novimus etiam, dum Nos, iis omnibus coniuncti, quos ubique terra-

[1] *Acta Apostolicae Sedis,* 1948, n. 5, p. 171.

rum habemus in Christo filios, supplicando operandoque enitebamur, ut res in Palaestina ordinatim felieiterque componerentur, cordatos non defuisse homines, qui, nec parcentes laboribus, nec periculis territi, ad hoc idem assequendum contenderent propositum ; quorum quidem nobiles nisus heic placet publice agnoscere ac dilaudare. In praesens tamen, dum conflictatio non remittit neque conquiescit, ac iacturae ruinaeque, quae inde consequuntur, miserrime augentur, opportunum ducimus Nostras iterare invitationes, fore omnino confisi ut eaedem non modo a vobis, Venerabiles Fratres, sed a christianis etiam omnibus libenti actuosoque animo excipiantur Quemadmodum postridie calendas Iunias Sacro Purpuratorum Patrum Collegio coram admisso declaravimus, Nostrum eidem pandentes animum ob hanc causam sollicitum et anxium, incredibile prorsus Nobis videtur futurum ut universa christianorum communitas voluntate facile acquiescente, vel inani indignatione cernat sacras illas terras, quas suave omnibus erat invisere, ac venerabundo animo incensoque deosculari amore, ab armigeris ferro ignique vastari, et ab aèronavibus, incendiariis missilibus e caelo deieetis, pessumdari ac diripi ; incredibile prorsus videtur Nobis fieri posse ut Sacra illa Loca ipsumque Iesu Christi sepulcrum temere diruantur. Immo potius fiduciam fovemus bonam fore ut, quae a christianis ex toto terrarum orbe ad Omnipotentem ac Misericordissimum Deum hac de causa admoventur preces, itemque nobilissima illa tot hominum vota, qui veritatem bonitatemque appetunt, id reapse efficiant, ut iis, qui populorum gubernacula moderantur, minus asperum minusque arduum pateat iter, quod ad iustitiam tranquillitatemque in Palaestina restituendam conducat ; atque ita res ibi ordinari possint ut — mutua omnium, quorum causa est, consensione et opera collata — et publica privataque utriusque partis securitas in tuto ponatur, et spiritualis socialisque vitae condiciones habeantur, quae ad rectam verique nominis prosperitatem conferant. Parique modo futurum confidimus ut indictae preces ac nobilissima eiusmodi proborum hominum vota — e quibus manifestum est quantopere fere universa humana communitas Sacra illa Loca cordi habeat — iis omnibus, qui in supremis coetibus gravissimam causam tractant de redintegranda populorum pace, id persuadeant prorsus, opportunum nempe omnino esse ut Hierosolymae ac viduitati, ubi Divini Redemptoris vitae ac mortis veneranda servantur monumenta, regimen tribuatur « internationali » iure statutum ac solidatum, quod in praesentibus rerum adiunctis satius aptiusque videtur sacra eadem monumenta tueri posse. Quo quidem « internationali » iure opportunum itidem erit commeatuum ad Sacra Loca

securitatem confirmare, divinorum rituum libertatem sartam tectamque ponere, ac mores denique consuetudinesque a maioribus traditas incolumes servari. Ac faxit utinam Deus ut quam primum dies elucescat, quo pias ad Sacra Loca peregrinationes iterum christiani suscipere possint, ibique iisdem luculentius pateat, Iesu Christi amoris testimonia mediantibus, qui pro fratrum salute vitam profudit suam, quo modo homines ac gentes, pacatis rebus rationibusque suis, una simul vivere queant. Qua quidem spe freti, cum vobis, Venerabiles Fratres, vestrisque gregibus, tum iis omnibus, qui volenti animo has excipient hortationes Nostras, caelestium gratiarum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, Apostolicam Benedictionem perlibenter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xxiv mensis Octobris, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PORTUS VETERIS

CANONICORUM CAPITULUM IN CATHEDRALI ECCLESIA PORTUS VETERIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In maximo cuiusvis dioecesis templo, ad sacrorum canonum normam, exstare oportet Capitulum Cathedrale, sacerdotum nempe coetum doctrina, pietate ac prudentia praecellentium, qui divini cultus splendorem, *laudes canentes Deo* adaugeant, simulque Episcopo in dominicae plebis regimine opera et consilio praesto sint. Apostolicae autem Sedis est Capitula erigere et constituere. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, attento favorabili voto venerabilis Fratris Ephraem Forni, Archiepiscopi titularis Darnitani, Nuntii Apostolici in Republica Equatoriana, Iubenti animo excipiendas duximus preces venerabilis Fratris Nicanoris Caroli Gavilanes Chamorro, Portus Veteris Episcopi, qui ut in sua cathedrali ecclesia Capitulum instituatur enixe a Nobis expostulavit,

Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, suprema auctoritate Nostra, in dioecesis Portus Veteris cathedrali ecclesia Capitulum erigimus et constituimus, constans duabus Dignitatibus, nempe Decano et archidiacono, atque quatuor Canonicis, quorum alter ad Theologi, alter ad Poenitentiarii officium ad iuris normam deputabuntur. Episcopi autem cura erit quamprimum congruam dotem pro capitularium praebendis constituere. Dignitatum collatio Nobis et Apostolicae Sedi reservamus; canonicorum vero nominatio, servatis de iure servandis, ad Episcopum spectabit, dummodo pro illa vice beneficium reservationibus non sit obnoxium, de quibus in canone 1435 Codicis Iuris Canonici. Chorale servitium, considerantes quod in praesenti Presbyteri in Canonicos eligendi aliis ecclesiasticis vacare muniis cogantur, indulgemus ut, quousque praesentes circumstantiae perduraverint, in diebus tantum solemnioribus persolvatur, quos Episcopus constituet. Cum autem deceat ut qui in Episcopi senatum et consilium adsciscuntur quibusdam insignibus et privilegiis condecorentur, statuimus ut Dignitates et Canonici in capitularibus functionibus et intra fines tantum suae dioecesis adhibeant rochetum, extremam habens manicarum partem violacei coloris, mozetam violaceam, laneam vel sericam, iuxta ritus solemnitatem et cappam nigram cum cauda numquam explicanda. Volumus insuper ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta quae supra a Nobis statuta sunt quam primum conficiantur, quas ab Episcopo adprobatas, a Dignitatibus et Canonicis religiose adservari iubemus. Statuimus porro ut, Capitulo erecto et constituto, consultores dioecesani actu exsistentes absque ulla declaratione a suo munere cessent. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta executioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem in Equatoriana Republica Nuntium Apostolicum deputamus eique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam

impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus Litteris ostensis tribueretur. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contradicere liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die trigesima prima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
8. Collegii Decanus.

Fr. R. C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXV, n. 4.', - Al. Trussardi.

II

DE CONCEPTIONE ET DE CHACO
(DE CHACO PARAGUAYANO)

B DIOECESI DE CONCEPTIONE ET DE CHACO ET E VICARIATU APOSTOLICO DE CHACO TERRITORII PARTOS DETRAHUNTUR ET NOVUS EXINDE ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE CHACO PARAGUAYANO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Paraguayana regione septentrionali Dei regno prolatando melius consulatur, congruum visum est ut a dioecesi de Conceptione et de Chaco, in *Paraguay,* et de Vicariatu Apostolico de Chaco, in *Bolivia,* partes separentur et novus exinde Vicariatus Apostolicus illic constituatur. Lubenti itaque animo Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium tum S. Congregationis Consistorialis, sub cuius dicione dioecesis de Conceptione et de Chaco exstat, tum S. Congregationis de Propaganda Fide consulto, oblatas Nobis preces excipien-

das duximus ; ac proinde, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, atque omnibus mature perpensis ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine novum in regione septentrionali Paraguayanae Reipublicae erigimus et constituimus Vicariatum Apostolicum, de Chaco Paraguayana denominandum, et illum apostolicis Patrum Societatis S. Francisci Salesii curis committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Novi huius Vicariatus Apostolici fines hi erunt : ad septentrionem : fines inter Paraguay et Boliviani, idest linea quae e *Cerro U stares* **incipiens per** *Fortin Paredes* **transit, sequitur per** *Cerro Chonoreea,* **ac in flumine** *Rio Negro* **apud** *Cerrito Jara* **terminat; ad orientem : ripa dextera** *Rio Negro* **fluminis usque ad huius confidentiam cum** *Rio Paraguay* **flumine, et ripa dextera istius fluminis usque ad eius confluentiam cum** *Rio Monte Lindo* **flumine ; ad meridiem : fines Praefecturae Apostolicae de Pilcomayo ; ad occidentem : fines inter Paraguay et Boliviam. Novo itaque Vicariatui Apostolico de Chaco Paraguayano, ita constituto ac limitibus circumscripto, eiusque pro tempore Antistiti omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicar riatus eorumque Praesules iure communi fruuntur, iisdemque eos adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die undecima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. E. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVA GGIANI — *S. Collegii Decanus.*

P. Card. FUMASONI BIONDI — *S. C. de Propaganda Fide Praefectus.*

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane, ap., vol. LTXV, n. >,7 - Al. Trassardi.

III

DE PONTIANAK (DESINTANG)

VICARIATUS APOSTOLICUS DE PONTIANAK DISMEMBRATIO ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SINTANG.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut in Archipelago Indonesiano catholicae rei incremento et evangelizationis operi aptius atque utilius consuli possit, Nobis, pro supremi quo fungimur apostolatus officio, peropportunum visum est novam in Borneo occidentali constituere Praefecturam Apostolicam. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, praehabito venerabilis Fratris Georgii De Jonghe D'Ardoye, Archiepiscopi titularis Misthiensis et in Archipelago Indonesiano Delegati Apostolici, favorabili voto, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e latissimo Vicariatus Apostolici de Pontianak in Borneo Occidentali territorio partem illam distrahimus, quae provinciam civilem de Liutang complectitur, et eam in novam erigimus et constituimus praefecturam Apostolicam, *de Sintang* nomine appellandam. Novam hanc Praefecturam Apostolicam curis committimus Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae, qui–vulgo* Patres Monfortani nuncupantur, quique in illa Missione iam dudum ad Christi regnum prolatandum sedulo adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Eidem autem Praefecturae de Sintang eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent ; et istos, pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus

haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die undecima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. Ii. E. Cancellario

F. Card. **MARCHETTI SE L V AGGI ANI** ***P.* Card. FUMASONI BIONDI**

8. ***Collegii Decanus.*** ***S. C. de Propaganda Fide Praefectus.***

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Selene, *Dec. Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *P?*oton. Apost.*

Loco ® Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXJV, H. >,*8* - Al. Trussardi.

IY

DE QUEENS TOWN

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE QUEENSTOWN AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Digna plane videtur quae ad maioris dignitatis gradum evehatur quaevis inter infideles gentes enascens Ecclesia, si catholica religio non mediocre illic suscepit incrementum. Magno cum gaudio itaque accepimus in Praefectura Apostolica de Queenstown in Africa Meridionali, a cl. m. Pio Papa Undecimo, Praedecessore Nostro, Apostolicis sub plumbo Litteris *In illas quoque,* **die vicesima nona mensis Martii, anno millesimo nongentesimo trigesimo octavo datis, erecta, postremis hisce annis indefesso labore constantique zelo Sodalium Piae Societatis Missionum seu Societatis Apostolatus Catholici, cui concredita est, non parum increvisse fidelium munerum et missionalia opera; quare enixas dilecti Filii Societatis illius Superioris Generalis oblatas Nobis preces,**

attento etiam favorabili voto venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titularis Adulitani et in Africa Meridionali Delegati Apostolici, libenter excipiendas duximus. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Queenstown, eius servatis appellatione et finibus, in Vicariatum Apostolicum evehimus; eumque eiusdem Societatis Apostolatus Catholici Sodalium curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus, maxime in Domino confisi eos ob hanc suae missionis provectionem ad novos maioresque in dies exantlandos labores allectum iri. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico de Queenstown eiusque pro tempore Praesulibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringi™ us oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die nona Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. ***C. de Propaganda Fide Praefectus.***

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 70 - Al. Trussardi.

• V

TKANSVAALLEtfSIS ET KIMBERLIENSIS (PRAETORIENSIS)

B VICARIATIBUS APOSTOLICIS TRANSVAALLENSI ET KIMBERLIENSI PARS DISTRAHITUR^ QUAE IN NOVUM VICARIATUM APOSTOLICUM, ((PRAETORIENSEM » NUNCUPANDUM, ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad fidem catholicam facilius inter infideles populos prolatandam necessaria vel opportuna videantur, ea, pro supremo Nobis divinitus commisso apostolatus munere, praestare satagimus. Hinc lubenter preces excipiendas censuimus venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titularis Adulitani, in Africa Meridionali Delegati Apostolici, qui, consentientibus venerabilibus Fratribus David 0'Leary, Vicario Apostolico Transvaallensi, et Hermanno Meysing, Vicario Apostolico Kimberliensi, ab Apostolica Sede expostulavit ut territorii partem, ex istorum Ant! stitum Vicariatibus ut infra distractam, in novum Vicariatum Apostolicum erigere decernamus, clero saeculari concredendum. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e Vicariatu Apostolico Transvaallensi districtus civiles de *Pretoria* **et de** *Erit s,* **ac de Vicariatu Apostolico Kimberliensi districtus civiles de** *Rustemburg* **et** *Marico* **distrahimus et territorium quatuor horum districtuum civilium in novum erigimus et constituimus Vicariatum Apostolicum, cui nomen erit** *Praetoriensis,* **et eum cleri saecularis illius regionis Sacerdotibus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concreditum volumus, magnopere confisi christianum nomen illorum Evangelii Praeconum studio facilius et efficacius suos inter cives propagari posse. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico Praetoriensi eiusque pro tempore Praesulibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata**

ac valida esse volumus et iubemus, contrariis» quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclestica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die nona Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. **Card. MARCHETTI SELVAGGIANI** *8. Collegii Decanus.*

P. Card. FUMASONI BIONDI *S. C. de Propaganda Fide Praefectus.*

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

Heg. in. Cane. Ap., vol. LXXV, %. 09 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLUSAE

I

BEATUS MARTINUS DE PORRES, CONFESSOR EX ORDINE FRATRUM PRAEDICATORUM ; PECULIARIS OMNIUM OPERUM IUSTITIAE REIPUBLICAE PERUVIANAE **PATRO-**NUS -CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad **perpetuam rei memoriam. — Cum Romanum Pontificem deceat** votis **Episcoporum concedere, quae eo spectent, ut provide Christifi**delium bono **societatisque profectui spirituali consulatur, annuendum** censemus **supplicationibus, quae Tertii Conventus Eucharistici Peruviani Nationalis** occasione **Nobis Venerabiles Fratres Archiepiscopi,** Episcopi ac **Praelati Peruvianae ditionis, nuper adhibuerunt, ut bea**tum Martinum de Porres, ex **Ordine Praedicatorum Confessorem, pecu**liarem **Operum iustitiae** in **Peruviana ditione Patronum caelestem de**clarare velimus. Ipsum enim Beatum in **Americae regionibus iidem.**

Praesules laetantur maxima veneratione coli, ita ut Rectores etiam Reipublicae Peruvianae precibus praedictis vota sua impense addant. Apostolicus vero Nuntius Noster in Republica Peruviana, qui Nos de rebus bisce edocet, commendationibus quoque suis Rectorum ac Praesulum, quos memoravimus, petitionem amplissime exornat. Quae cum ita sint, audito Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Praenestino Episcopo, Sacra Rituum Congregationis Praefecto, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae Potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatum Martinum de Porres Confessorem ex Ordine Praedicatorum peculiarem omnium Operum iustitiae Reipublicae Peruvianae caelestem Patronum confirmamus, constituimus ac declaramus; omnibus et singulis liturgicis privilegiis adiectis, quae huiusmodi Patronatus propria sunt. Haec decernimus, edicimus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritum que ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die x mensis Ianuarii anno MCMXXXXV, **Pontificatus Nostri sexto.**

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

ECCLESIA PAROECIALIS, GODÌ IN ARCE MANTUANAE DIOECESIS EXTANS, DEO IN HONOREM B. MARIAE V. VULGO ((MADONNA DELLA SALUTE » DICATA, BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut pretiosissima gemma in aureo anulo sic Ecclesia, in qua pervetusta Imago Beatae Mariae Virginis sub titulo v. « Madonna della Salute » ditissimo fulget diademate Eidem sollemniter imposito Nostro Nomine die iv mensis Novembris superioris anni a Dilecto Filio Nostro Adeodato Ioanne Sanctae Romanae Ee-

elesiae Presbytero Cardinali Piazza, Venetiarum Patriarcha, lumen affert, decus et ornamentum antiquissimae Godìi arci, quae a Gothis, ad historiae fidem, anno ccccxii condita in ripa Mincii fluminis, medius fuit et, quoad artem bellicam, maximi ponderis locus vehementium armorum, pugnar um, contentionum, tum barbarorum tum « *Gonzaga »* Marchionum temporibus praecipueque saeculo elapso. Ubi saeculares res gestae sunt, saepenumero cruentae, alias saevae et virtutibus infestae, alias insignes optimaeque, illic, tantis tamque arduis contemptis difficultatibus, una cum civili religiosa quoque vita percrebruit ac praesertim circum dominicas ac marianas aedes floruit. Quas inter historia est digna Ecclesia, quam valde vehementer eius Parochus, dilectus filius Iulius Guidoni, Nobis celebravit in maiusque extulit. Nam, anno MLV Henricus III S. R. I. Rex « plebem de Gothi... cum omnibus sacerdotibus » Mantuano Episcopo confirmavit : quae verba, certis ex tabulis excerpta, iam perantiquis a temporibus sacellum Sanctae Mariae Magdalenae in honorem in castro inferiori fuisse probant. Tunc temporis inter incolas eminuit Sordellus Visconti, strenuus insectator intemperantiae vitiorum, arrogantiae principum suae aetatis virorum, cuius afferunt memoriam fidelibus templum adeuntibus duae singulari arte ex aere factae a Iosepho Menozzi, sculptore, lampades igniferae, eximiae magnitudinis, quae in Ecclesia conspiciuntur ab utroque latere Altaris Maioris una cum sex aliis candelabri*» item ex aere eleganter fictis. Saeculo xn ineunte, cum Episcopus Mantuanus vetus Sanctae Mariae Magdalenae sacellum dono monachis S. Benedicti dedisset, novum in castro superiori exstructum fuit templum in honorem Beatae Mariae Virginis, quod paroeciale gradatim vocatum fuit, ibique vita paroecialis, praesertim a Concilio Tridentino, in dies sese agitare coepit. Anno MBLXXXIV a Gulielmo Gonzaga, Mantuae Duce munificentissimo, reiectum sub titulo S. Petri Apostoli, monachis a S. Hieronymo ex Congregatione Faesulana traditum fuit usque ad annum MDCLXXVI. Cum autem anno MDCXIII terra ingenti concussi! mota fuisset ac proinde ipsum fere a fundamentis corruisset, Godienses incolae, religiosa flagrantes pietate, novam super vetusti templi ruinas, ab anno MDCCXXIX usque ad annum MDCCXXXV, Ecclesiam exstruxerunt, quam postea deinceps Parochi, plerique aucti Protonotarium Apostolicorum titulo, exornandam curarunt. Anno denique MCMXXXVIII, coepit Ecclesia praecipuis operibus et artificiis summis augeri, quae usque ad praeteritum annum templi auxerunt splendorem. Fidelium Godiensium beneficentia donaque militum in immani horrendoque bello tandem superiore anno perfecto, Parochi Prioris Ecclesiae studium assiduum et fervida indu-

stria ingentem compararunt pecuniam ad magnificentiam templo afferendam, arte singulari auctam praecipui actoris Iosephi Menozzi. Marmoreis plurium colorum laminis parietes multifariam inducti ; aureis* tectoriis Ecclesiae caelum ornatum; onyx specularis per quem clara lux solis ex amplis fenestris descendens tenuis fit temploque mysticam affert umbram, quae multitudinis animos ad preces fundendas ab imo pectore allicit; vere mirificum et summo artificio factum opus Christi Cruci aflßxi, qui, eximia magnitudine, Altari imminet ; optimae structurae genere confectum. Tabernaculum e parte exteriore aeneum, ab interiore ex onyche, quod viridibus niveisque nitet lapillis, gemmisque fulget ; cancelli praeterea eleganter ex aere perfecti ; porro sublime suggestum, a duabus e mar mor e statuis Philosophiae et Theologiae imagines exprimentibus ab utroque latere fultum, pariter ex aere mirifice caelatum, cui numidici lapidis, onychis aurique opera addita sunt; ac potissimum marmorea statua Sanctae Theresiae ab Infante Iesu, miti suavique obitu excedentis, suaviterque ab angelo fultae : haec plura sunt opera et artificia, aliis omissis, quibus Ecclesia redundat. Sic decorata, a Venerabili Fratre Dominico Menna, Mantuano Episcopo, die xxi mensis Octobris superioris anni consecrata est et, paucis post diebus, die nempe iv mensis Novembris, auctoritate Nostra, per similes Apostolicas Litteras die xxix mensis Octobris eiusdem anni sub anulo Piscatoris datas, aurea corona gemmata per Dilectum Filium Nostrum S. R. E. Cardinalem Patriarcham Venetiarum, ut supra memoravimus, sollemniter redimita est fictilis perantiqua Imago *Beatae Mariae Virginis,* quae, intra moenia castri Godii anno MDCCH inventa, et vulgo appellata <(del terraglio », saeculo post illata fuit in Ecclesiae sacellum ad hoc ipsum perpolite instructum, quaeque, ab interitu oppidi servatrix, bello saeviente, atque Godiensium salutis auctor, vulgo « Madonna della Salute)) vocata, nunc admirandum in modum in sacello conspicitur super magnificentissimum Altare ope militum exstructum. Praefatus Parochus Prior Godii, qui cultum pietatemque erga Beatam Mariam Virginem quam maxime provehenda iugiter curavit, deque Ecclesia sua tantas habuit laudes, ferventia depromens vota populi Godiensis, enixas preces, commendationis officio communitas Venerabilis Fratris Episcopi Mantuani, humiliter Nobis adhibuit ut Ecclesiam paroecialem Godii titulo ac dignitate. Basilicae Minoris decorare dignemur. Nos, ut filialis pietas Godiensis populi erga *Beatam Mariam Virginem,* gratiarum omnium apud Deum sequestram, magis magisque firmetur, augeatur, ultro libenterque oblatis Nobis precibus votisque annuendum censuimus. Quare, collatis consiliis cum Venerabili Fratre

Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti) Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Ecclesiam paroecialem, Deo in .honorem Beatae Mariae Virginis vulgo « Madonna della Salute » dicatam, Godii in arce exstantem, intra fines Mantuanae dioecesis, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus privilegiis, praerogativis, atque iuribus quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Augusti, in festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

III

AD DIGNITATEM" ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA PAROECIALIS DEO IN HONOREM S. MARTINI DICATA ET IN CIVITATE POSITA, CUI NOMEN VULGO ((HAL)) INTRA FINES ARCHIDIOECESIS MECHLINIENSIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Paroecialis Ecclesiae, Deo in honorem Sancti Martini dicatae, intra fines Archidioecesis Mechliniensis, in civitate cui nomen *Hallae,* vulgo « Hai » exstantis, antiquitatem, magnificentiam, splendorem, cultumque praefervidum erga Imaginem Beatae Mariae Virginis, a fere septem saeculis intra dictum templum maxima affectam admiratione, amplissimo Nobis celebravit libello Dilectus Filius Noster Ioseph Ernestus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis van Roey, Archiepiscopus Mechliniensis. Namque illius Ima-

ginis cultus, *HalliSj* in oppido, proximo Bruxellis, inde ab anno MCCLVII ortus est — uti in suo libro, per Plantinianos typos Antverpiae edito anno MDCIV, tradidit Iustus Lipsius, in Lovaniensi Studiorum Universitate Professor eximiusque marialis cultor. Mecbtildes, uxor Fiorentini IV, Comitis Hollandiae et Zelandiae, unam e tribus Imaginibus, quas dono acceperat, tunc temporis Ecclesiae Hallensi obtulit. Sic crevit Beatae Mariae Virginis cultus Hallis, miras propter gratias quae ab Eius gremio manabant, ut non modo e vicinia sed etiam ex longinquo fidelium turmae eam celebrarent. Cum autem Ecclesia illa ad excipiendam christifidelium multitudinem nimium facta esset angusta, Sodalitas cui vulgo nomen « Clercs et vallerts de Notre Dame de Hai », faventibus praecipue Decessoribus Nostris rec. mem. Ioanne Pp. XXIII et Martino Pp. V, stipem a populo tam copiose coegit, ut novum ampliusque templum, eiusdem vi, erectum sit. A bon. mem. Petro, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali d'Ailly, Archiepiscopo Cameracensi, sollemniter consecratae saeculo xv ineunte, usque ad Gallicam perturbationem, sumptuosae Ecclesiae illi subiecta fuit civitas Hallensis. Eiusdemque nominis Beatae Mariae Virginis Confraternitas, anno MCCCXXXXIV erecta et a Decessore Nostro rec. mem. Eugenio Pp. IV anno MCDXXXII approbata, memoratu digna est quia ad eam non solum illius ditionis cives ascripti fuerunt, sed et Galli quoque, Germani, Itali, Hispani, Poloni, Scoti, Hiberni et Angli. Quos inter sodales adnumerantur etiam optimates, comites, duces, reges nec non imperator. Quinquaginta circiter sunt in Belgio Confraternitates Beatae Mariae Virginis Hallensis, quarum nonnullae in Gallia quoque exstant. Recordatione fruimur insignium benef actorum vel peregrinorum, idest Ludovici XI, Delphini Galliae, qui pulcherrimum obtulit ostensorium anno MCCCCLX; Caroli V Imperatoris, Philippi II, Hispaniae Regis ; Archiducum Alberti et Isabellae; Henrici VIII, Anglorum Regis, qui, cum adhuc Ecclesiae esset defensor, perdives dono dedit ostensorium, quod in universo Eucharistico Congressu Londini anno MCMVIII habito ad Sanctissimum Sacramentum in ore atque oculis omnium exponendum adhibitum fuit. Nec pios inter peregrinos prae terni ittendi sunt Sanctus Ignatius de Loyola et Sanctus Ioannes Berchmans, nec non Maria Henrica, secunda Belgarum Regina. Ipsi Decessores Nostri rec. mem. Iulius II, Pius IX et Leo XIII peculiarem erga Hallensem Beatam Mariam Virginem pietatem insignibus suis comprobarunt donis. Inclyta Imago diademate redimita fuit, nomine Pii Pp. IX, ab Archiepiscopo Mechliniensi die iv mensis Octobris anno MDCCCLXXiv. Temporum decursu fervida erga Hallensem Virginem re-

ligio vividior facta est : ad eam colendam ingens confluii frequenterque fidelium vis, praesertim singulis Maii mensis diebus, in Pentecostes festo et prima Dominica Septembris, ex urbe potissimum Bruxellis huiusque e vicinia, atque ex Hannonia quoque, Flandria, Leodio et Namureo, nec non e septemtrionali Galliae regione. Processiones plurimae, quarum prima mentio anno MDxxxii **habetur, quibusque per civitatem Imago ipsa magna cum pompa vehitur, clara sunt publici cultus marialis signa. Singulis quinquenniis mira arte ab Hallensibus in honorem Patronae civitatis ludi scaenici eduntur, quibus complures intersunt gentes exterarum quoque nationum. Ecclesia vero, quae tam praeclaram possidet custoditqne excultam Imaginem, magnificum est preti osunique structurae gothicae monumentum, quod copiosis renidet operibus mirifico artificio ab insignibus scriptoribus factis. Splendide a Caroli V Sculptore, Ioanne Mone, confectum, exstat atque eminet Altare cum retabulo ex alabastro, maximaque sunt in admiratione imagines extypae septem Sacramentorum et quattuor Ecclesiae Doctorum. Antiquae structurae genere confectum, conspicitur prope chorum tabernaculum. In Ecclesiae thesauro insuper etiam reposita sunt magni pretii ostensoria, calices, coronae, grave plerumque artis argentum, aliaque abundans atque excellens supellex. Hisce omnibus singillatim expositis et peculiari anfiquoque cultu erga Imaginem Beatae Mariae Virginis et magnificentia Hallensis Ecclesiae S. Martini, Dilectus Filius Noster Cardinalis Archiepiscopus Mechliniensis enixas Nobis adhibuit preces, commendationis ofiicio quoque suffultas Venerabilis Fratris Nostri Clementis S. B. E. Cardinalis Micara, Episcopi Veliterni, in Belgio iam Nostri Nuntii Apostolici, ut supra illustratam Ecclesiam Nos titulo et privilegiis Basilicae Minoris condecorare dignaremur. Ad Mechliniensis et praecipue Hallensis populi pietatem erga Beatam Mariam Virginem firmandam, roborandam ac magis magisque augendam intenti,, Nos Eminentissimi Praesulis votis perlibenter annuere statuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Carolo S. R. E. Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, Ecclesiam paroecialem Sancto Martino sacram, Hallis, intra fines Archidioecesis Mechliniensis exstantem, titulo ac dignitate** *Basilicae Minoris* **decoramus, omnibus cum privilegiis, praerogativis atque iuribus, quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Haec benigne largimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac perma-**

nere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumqtie ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Augusti, in festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno MCMxxxxvi, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

IV

BASILICAE MINORIS TITULO AC PRIVILEGIIS DECORATUR ECCLESIA B. MARIAE VIRGINIS PERDOLENTIS « AD TABELLAS MARIANAS)), VULGO ((MARIA TRAFERL)), INTRA DIOECESIS SANCTI HIPPOLYTI FINES.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Solatium in aerumnis, in adversis fortitudo semper et ubique habita est Beatissima Dei Genetrix Virgo *Maria,* Christifide^bus maximum et dolores fortiter tolerandi et fiduciam in Deum numquam amittendi praebens exemplum. Nil mirum proinde si, inter varias et poéticas et benignas ipsi Deiparae tributas appellationes, crebrior animisque carior illa exstet, qua « Virgo Perdolens » seu « Dolorosa » dulciter fideliterque appellatur. Cuius ad aras, ante Ipsius Effigies, tum marmore sculptas tum in tabulis depictas, frequentes conveniunt populi et animos doloribus ob privatas vel publicas calamitates vexatos, tamquam tenerrimae Matri filioli, effundunt, ita ut dici possit Templum quodque, ubi Dolorum Virginis Effigies asservatur, cum totius nationis ac populi historia arcte coniunctum esse. Eo convenientibus fidelibus audiri videtur materna ac dolens pia vox : « O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus! »; iisdemque dulce est ac maximo solacio Caelestis Matris doloribus suas Patriaeque angustias intexere, ut leniri possint et in gaudium converti. Haud aliter profecto accidit, prout Nobis innotuit, quod ad Ecclesiam pertinet Uni Trinoque Deo

dicatam in honorem Beatae Mariae Virginis Perdolentis, <(ad Tabellas Marianas », vulgo « *Maria Traferl* », intra Sancti Hippolyti dioeceseos fines, apud Vindobonam, principem Austriae Urbem. Enimvero, exeunte saeculo xvi et praesertim xvn albescente, pietas erga Marialem Effigiem, in tabula lignea depictam et in eadem Ecclesia asservatam, diffundi coepta est, atque adeo, signis miraculisque faventibus, percrebuit, ut sive Episcopus Passaviensis, tunc loci Ordinarius, sive Ratisbonensis Antistes, tunc Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, canonica inquisitione rite peracta, Primum Lapidem pro exstruendi Templi fundamentis, die xxv mensis Aprilis anno MDCLX, sollemniter posuerint; novamque pulchrioremque Ecclesiam in honorem Virginis Mariae Perdolentis dedicaverunt. Quae celeberrima in tota Austria et Bavaria brevi evasit, tum ob loci amoenitatem tum ob architecturae pulchritudinem qua ceteris antecellit. Clarissimi et architecti, et pictores et varii generis artifices in aedificandam exornandamque Ecclesiam operam suam contulerunt, gloriam Dei nec non Mariae Virginis cultum augentes, populorumque foventes pietatem. Pretiosis marmoribus picturisque magni pretii renident sollemnia Altaria, ferréis cancellis septa; auro vero refulgent magnus suggestus ac praelonga chori lorica. Eiusdem profecto Ecclesiae fama, saeculo potissimum xvin, non modo peregrinorum turmas alliciebat, sed etiam Romanos Imperatores atque Archiduces Austriacos, qui, eam visitantes, multis iisdemque praeclaris donis cumulabant. Anno autem MDCLXXXIII, infensissimis Turcis Vindobonam oppugnantibus et obsidentibus, frequentiores impensioresque effundebantur fidelium preces, ab ipso Innocentio Pp. XI, rec. mem., Decessore Nostro, in universo orbe catholico inditae, potissimumque in illa, nondum perfecta, proximiore Mariali Ecclesia, donec, die XII mensis Septembris, eadem Virgo Maria, per Ioannem Sobieski, Poloniae Regem, atque strenuum, non minus quam devotum, Supremum Exercituum Ducem, Christianis claram apertamque prodidit victoriam, Vindobonam totamque Austriam, immo et Europam, a Turcarum periculo penitus liberavit. Anno denique MDCCLtXxxm, supra memorata Ecclesia in Paroeciam evecta est, eidemque nonnulli Sacerdotes, una cum Parocho, etiam nunc inserviunt. Decus huius Templi splendoremque augent, praeter insignes Sanctorum Reliquias, privilegia et quam plurimae Indulgentiae, quibus a Summis Pontificibus potissimumque a Decessore Nostro Leone Pp. XIII, fel. rec., Templum ipsum ditatum est. Piae insuper Consociationes fidelium ad divini cultus magnificentiam et ad Religionis incrementum alacriter intendunt; hisce vero novissimis temporibus, ad reiiciendum sacrum aedificium,

christifideles et ex omni ordine cives laudabili contentione adlaboraverunt. Quae omnia retulit Nobis Venerabilis Frater Michael Memelauer, Sancti Hippolyti Episcopus, qui, proprio nomine et Canonicorum omnisque Cleri, nec non Procer um universique populi, enixas Nobis deprompsit preces, ut Ecclesiam « ad Tabellas Marianas », Perdolenti Virgini Mariae dicatam, titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decorare dignaremur. Nos porro, ad augendam huius Templi magnificentiam, cuius historia una cum Austriae praeclaris eventis est arctissime coniuncta, ad fovendam in dies fidelium pietatem, nec non ad tribuendum Parochi ac Sacerdotum sollertiae atque Sodalium navitati publicum luculentumque praemium, postulationes, quas supra memoravimus, excipiendas statuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Ecclesiam, Uni Trinoque Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Perdolentis « ad Tabellas Marianas», vulgo «Maria Traferl », dicatam atque intra Sancti Hippolyti dioeceseos fines exsistentem, ad dignitatem *Basilicae Minoris,* CUBI **omnibus privilegiis huic titulo adnexis, evehere perhibenter decrevimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique Ecclesiae ad quam pertinet, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Decembris, anno MCMXXXXVII, **Pontificatus Nostri nono.**

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

V

S. IOSEPHUS CALASANCTIUS CAELESTIS PATRONUS CONSTITUITUR OMNIUM SCHOLARUM POPULARIUM CHRISTIANARUM UBIQUE EXSISTENTIUM.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Providentissimus Deus, Qui numquam Ecclesiam suam contra impios inimicorum hominum conatus, opportunis auxiliis munire et aequatis temporum necessitatibus praesidiis defendere cessat, Nobis, christianae reipublicae *pono* **provehendo iugiter intentis, misericorditer concedit ea Supremi Pastoris officia obire quae praesentia rerum adiuncta magis requirere videntur. Et revera hac Nostra aetate, qua puerorum et adolescentium recta institutio, ob plurimas et omnibus notas causas, quanto difficilior eo magis est necessaria, dum veritatis osores, ne ab impudentissimis quidem calumniis abhorrentes, quotidie effutire non dubitant Catholicam Ecclesiam haud umquam aut ra 'o et inepte intimae plebis necessitatibus consuluisse, propitia Nobis] raebetur occasio in mentem fidelium omnium revocandi quae et quanta Christi Ecclesia, Sanctorum suorum opera et studio, omni tempore egerit ut pueri et adolescentes e populo egentiores et tenuiores ad virtutis semitam adducerentur, litterisque, scientiis et artibus, uno verbo, omni humanitate gratuito instituerentur. En, intra paucos dies, tertium feliciter explebitur saeculum ex quo Sanctus Iosephus Calasanctium, Fundator Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, aetate gravis ac meritis superabundans, sanctissime obdormivit in Domino, et secundum pariter erit plenum saeculum ex quo idem sanctus vir, merito angelus et princeps studiosae iuventutis, iam cum in saeculo adhuc viveret, vocatus, a Decessore Nostro rec. me. Benedicto XIV, in Vaticana Basilica, intra Beatorum numerum sollemniter adnumeratus fuit. Nos igitur, qui geminatae laetitiae memorati Ordinis, de christiana educatione optime meriti, iam per epistolam ad Praepositum Generalem, quodammodo Nosmetipsos iunximus, nunc volumus novum propensae voluntatis Nostrae erga Calasanctianam Religiosam Familiam testimonium proferre, etiam ut, Divini Magistri mandatis obsequentes, paternam adsiduamque sollicitudinem Nostram erga pueros et adolescentes, pauperes praesertim et omni ope destituios, iterum iterumque manifestam faciamus ; utque christifideles universi erga Sanctum Iosephum Calasanctium eiusque Sodales et Scholas Pias grati sint pro merito, eiusdem Patris Legiferi aliorumque venerabilium virorum exempla sequantur et frugiferis Ordinis laudati operibus adiumenta, pro viribus conferant. Gravissimis enim et indubiis probatum est docu-**

mentis ipsum Calasanctium, hac Alma in Urbe, ad Sanctae Dorothea« templum, trans Xystum pontem, anno MDXCVII, primam in Europa scho^ Iam publicam pueris e populo egenis et derelictis gratuito instituendis aperuisse. Ad quod saluberrimum et tunc praesertim maxime necessarium opus aggrediendum Vir Dei inde a suscepto, in Hispania, patria sua, sacerdotio, sibi ipsi visus est superne vocari, cum Urgellensis dioecesis Vicarii Generalis munere fungebatur. Narratur enim, cum in ea urbe commoraret, vocem ipsum audivisse intimam illud sibi iterum iterumque inculcantem : perge Romam, Ioseph, perge Romam, et cum fluctuaret ancipite animo multitudinem puerorum innumerabilem in somnis vidisse ; eiusdemque teñeras adhuc mentes et iuvenilia pectora ad pietatem et litteras ab se invitari, institui, doceri. Cuius visionis Iosephus recordatus est dum, Romae commorans, quadam die, forum aliquod pertransiens, revera puerorum agmen ei ob oculos venit, scurrilia et turpia miseranda adeo licentia proferentium ut precocem suam corruptione!» satis satisque ostenderent. Videt Ille, miseretur ex animo et sibi dicta audit verba Spiritus Sancti : « Tibi derelictos est pauper, orphano tu eris adiutor ». Scholas igitur, uti diximus, tunc fundavit quas *Pias* **Calasanctius ipse appellari voluit ut earum naturam et finem clare ostenderet quasque Dominus eiusque Sanctissima Mater, inter difficultates, hostilitates, persecutiones quamplurimis manifeste protegere numquam cessarunt atque e Decessoribus Nostris multi, inde ab initio, benigno prosecuti sunt favore. Clemens revera VIII, vix cognito Calasanctii consilio gratis instituendi pueros ex plebe, patrocinio suo rem avocavit et, nisi morte praeventus esset, ipse Pias Scholas procul dubio approbavisset : Paulus V opus Iosephi « auctore Deo » susceptum dixit et anno MDCXVII** *Congregationem Scholarum Piarum* **instituit, quam a suo nomine** *Paulinam* **cognominari voluit ; Gregorius XV, cui Sanctus Iosephus, Narniae commorans, superno lumine illustratos, electionem in Summum Pontificem praedixerat princeps eiusdem Sancti et Sodalium amicus fuit, nam Constitutione Sua Apostolica** *In supremo apostolatus solio,* **anno MDCXXI edita, Paulinam Congregationem ad gradum Ordinis Religiosi evexit et eius Constitutiones paulo post probavit ; Urbanus VIII vetuit ne alii, Scholarum Piarum nomine ad lucrum uterentur ; Alexander VII Iosephi Beatificationis causam introduxit; Clemens IX omnes gratias omniaque privilegia a Gregorio XV Scholarum Piarum Ordini concessa iterum probavit et confirmavit; Clemens item XII sollemniter declaravit Iosepho missionem coelitus esse traditam maxime « ad exemplum primum exhibendum christianae popularis eruditionis universae » ; Benedictus deinde XIV, qui Calasanctium « Iobum legis gratiae » vocaverat, Illum inter Beatorum agmina, uti diximus, abhinc duo plena saecula, adnumeravit, donec Clemens XIII, anno MDCXLXVII, Eumdem Sanctorum Albo accensuit. Postremus vero Benedictus XV fel rec, hisce**

nostris temporibus, in pontificio documento anno MCMXVII edito, S. Conditori Scholarum Piarum primatui in provehenda puerorum paupereulorum gratuita institutione suam apposuit supremam sanctionem. Nil mirum proinde si Scholae Piae, tot et tantis munitae coelestibus praesidiis, tantis laudibus et suffragiis elatae et contra detractores profectae, brevi tempore late in Italiam et Europam ac in Americam diffusae, uberrimos ubique virtutis et scientiae fructus protulerint et etiam hodie floreant ad ornamentum et laetitiam Ecclesiae Sanctae, ad utilitatem christianae iuventutis, cuius Sanctus Iosephus Calasanctius inter maximos Patres et Magistros amantissimos est iugiter habendus. Haec omnia animo repetentes, et vestigiis inhaerentes tot Romanorum Pontificum, qui in hac Divi Petri Cathedra per tria haec saecula Nos praecesserunt, precibus quibus dilectus filius hodiernus Procurator Generalis Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, totius Ordinis vota expromens, Nos humiliter et enixe rogavit, ut, ad duplicis centenariae celebrationis quam diximus memoriam perennandam, ad antiquum Religionis Calasanctianae desiderium, alias huic Apostolicae Sedi patefactum, explendum, Sanctum Iosephum Calasanctium christianae popularis institutionis Patronum eligere de Nostra benignitate dignaremur, ultro libenterque annuere decrevimus. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, perpetuumque in modum, *Sanctum Iosephum Calasanctium Confessorem omnium Scholarum popularium christianarum ubique exsistentium caelestem apud Deum Patronum* **constituimus, eligimus, declaramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent seu pertinere potuerunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Augusti, anno MDCCCCXXXVIII ^ Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. BOCCELLA IOANNEM, TERTII ORDINIS REGULARIS SANCTI FRANCISCI MINISTRUM GENERALEM : QUINTO IMPLETO SAECULO AB IPSIUS ORDINIS PONTIFICIA APPROBATIONE ET PRIMI CAPITULI GENERALIS CELEBRATIONE.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laetamur equidem, illud a vobis initum esse consilium sollemniter recolendi, vertente boc anno, quinti expleti saeculi, ex quo Tertius iste Ordo Regularis a Decessore Nostro fel. rec. Nicolao V per Litteras Apostolicas « Pastoralis officii)) probatus est et primum in Umbria Capitulum Generale eoncelebratum. Etenim Franciscale eiusmodi Institutum, hoc haud brevi annorum decursu, inter tot difficultates rerumque publicarum vicissitudines, haud parvos poenitentiae, doctrinarum operumque apostolatus fructus in Ecclesiae bonum comparavit. Postremis autem lustris, praesertim postquam isti Ordini accesserunt florentes Hispaniae et Americae congregationes, non modo sodalium vestrorum numerus feliciter crevit, sed curae quoque et sollicitudines praecipue ad iuvenes iii vestris collegiis instituendos, ad sacras missiones in terris infidelium promovendas, ad reditum dissidentium in sinum Ecclesiae precibus a Deo impetrandum, prospera acceperunt incrementa. Nos vero, qui nihil habemus antiquius, quam ut religiosi sodales Franciscales, seraphico illo Dei hominumque ardore, quo Assisiensis Patriarcha flagrabat, magis magisque inflammentur, eorumque instituta, pro novis temporum necessitatibus, novis sociorum auctibus frugiferumque operum accessione in dies revirescant et vigeant, pia consilia inceptaque vestra libenter dilaudamus et saecularia sollemnia faustis votis ominibusque prosequimur. Plane itaque confidimus fore, ut ipsa praeteritorum recordatio fructuum, quos hactenus cepistis, ad maiora vos excitet atque ad aemulandas sancti Francisci virtutes laboresque exacuat impellatque vehementer. Quod ut prospere succédât, caelestium conciliatricem donorum paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, Dilecte Fili, omnibusque sodalibus tuae moderationi concreditis Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Iunii, anno MDCCCCXxxxvin, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

ii

AD EXCMUM P. D. VACHON ALEXANDRUM, ARCHIEPISCOPUM OTTAVIENSEM, EUMDEMQUE CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS OTTAVIENSIS MAGNUM CANCELLARIUM: PRIMO VERTENTE SAECULO AB IPSA OCTAVIENSI UNIVERSITATE CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Prater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perpetua semper exstitit laus Ecclesiae Pastorum, praesertim vero Romanorum Pontificum, veri nominis scientiam humanasque artes sollicite provehere studioseque ita curare, ut, coniunctis revelationis rationisque viribus, invictum inde fidei propugnaculum constitueretur. Singulari itaque animi delectatione nuper comperimus, Catholicam istam Octaviensem studiorum Universitatem saecularia sollemnia proximo Octobri mense esse peracturam. Nos equidem, quum superiore anno ad fideles Canadienses in Marialem Conventum Octaviae congregatos per nuntium radiophonicum paterne locuti sumus, iucundam profecto mentionem fecimus de religiosis Oblatis Beatae Mariae Virginis Immaculatae, qui isti insigni doctrinarum coenaculo assiduam egregiamque operam impenderunt. Constat enim, centum abhinc annos collegium de Bytown nuncupatum iuventuti catholicae instituendae Octaviae conditum fuisse a Iosepho Eugenio Guigues, illustris memoriae presbytero Congregationis Oblatorum B. Mariae Immaculatae, qui primus Octaviensi civitati Episcopus datus est. Collegium eiusmodi, minime obstantibus difficultatibus ipsius originis reique oeconomicae angustiis, tum aedificio novis operibus amplificato novisque ad eruditionem instrumentis munito, tum concursu et frequentia alumnorum, ita fama et utilitate crevit, ut duodevicesimo anno ab ortu Universitatis studiorum civilis nomen et iura acceperit, post quattuor deinde lustra ad catholicae Universitatis dignitatem ab Apostolica Sede evectum sit. Progressu autem temporis alia disciplinarum magistrorumque incrementa obtinuit. Namque institutiones de rebus divinis et philosophicis deque iure canonico, recentioribus maxime lustris, ad meliorem amplioremque rationem redactae sunt, scholae de scientiis politicis et socialibus itemque litterarum bonarumque artium studia opportune promota, et, bello nuper confecto, duae additae sunt Facultates, altera de medicina arte, altera de scientia ad usum vitae proxime pertinentibus. Quae quidem disciplinae, sicut ceterae omnes, ad praescripta fidei catholicae et sapientiae christianae normas plane istic traduntur. Quapropter Universitas Ca-

fcholica Octaviensis saeculari suae vitae spatio praeclare est merita de recta educatione et institutione iuventutis sive ex ordine clericorum sive laicorum atque in praesens optimo iure existimatur Ecclesiae patriaeque decus atque ornamentum. Aequum igitur est, ut Athenaei docentes et alumni, beneficia Dei praeterita recolentes, debitam Ei referant gratiam atque dare operam velint, ut ex ea, quae celebretur, memoria centenaria animi ipsorum ad demerendam magis magisque opem divinam et ad partes nobilissimi sui muneris strenue obeundas alacrius incitentur. Nos interea Patrem luminum omniumque bonorum Auctorem enixa prece eiHagitamus, ut clarum Octaviense studiorum domicilium laetioribus in dies incrementis efflorescat prosperitatis et gloriae. Haec ut feliciter ex votis Nostris contingant, auspicem superni auxilii animique Nostri testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Prater, egregio Rectori, aliisque moderatoribus, doctoribus et alumnis Catholicae studiorum Universitatis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XX **mensis Iulii, anno** MDCCCCXXxxvin, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

III

AD EXCMUM P. D. BÉLJVEAU ARTHURUM, ARCHIEPISCOPUM SANCTI BONIFACII, PRIMO EXPLETO SAECULO AB IPSA DIOECESI CONDITA CONSECRATIONEM CATHEDRALIS TEMPLI PERACTORUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Prater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Periucundo excepimus animo, in praeclara tua sede novum cathedrale templum, stilo Romano-Byzantino affabre aedificatam, ornamentis et sacra supellectili magnifice ditatum, quod amplitudine et maiestate omnibus praestat ecclesiis in occiduis Canadiae partibus exstantibus, proximo Septembri mense sollemni ritu consecratum iri. Quae quidem fausta sacrorum celebratio, quum nuper primum expletum sit saeculum, ex quo Sancti Bonifacii sedes condita est, peropportune cumulum afferet saeculari commémoration i. Consilium enimvero iam ab anno praeterito istic susceptum est tot tantaque Dei beneficia recolendi, quae hac temporis diuturnitate fideli isti populo Deus munifica contulit largitate. Profecto Sancti Bonifacii grex centum abhinc annos tribus milibus catho-

licor tim tantummodo constabat, licet eiusdem dioecesis fines latissimae complecterentur Canadiae regiones, quae ad Oceanum Pacificum vergunt easque plagas, quae spectant inter occasum solis et septemtriones. Saeculo autem vertente, ex prima Sancti Bonifacii ditione prodiere quinque archidioeceses, sex dioeceses, totidem Apostolici vicariatus, una abbatia « nullius » et duo Apostolici exarchatus ; numerus vero fidelium ex illo grege pusillo ad sescenta fere milia increvit. Ipsa interea Sancti Bonifacii dioecesis, certis limitibus circumscripta, auctoritate Decessoris Nostri fel. rec. Pii IX ad sedis metropolitanae dignitatem evecta, nunc tot viget paroeciis, tam multis floret presbyteris pluribusque religiosis familiis, tam salutaribus exorna tur educationis et caritatis institutis, quae opes viresque suas in Ecclesiae civilisque societatis bonum alacriter intendunt. Saecularia igitur sollemnia Nos bonis secundisque votis prosequimur atque ominamur a Domino, ut grex tibi traditus et felici pastorum fideliumque copia et sollertia bonorum operum salutisque fructuum ubertate maiora in dies incrementa suscipiat. Quo interea cathedralis templi consecratio utilior populo tuo evadat, ultro facultatem damus, ut, die statuta, Antistes qui pontificali ritu sacra sollemnia peregerit, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicat, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Tibi autem, Venerabilis Frater, praevalida a Deo benignissimo adprecamur solacia, ut gravem infirmamque aetatem aequo animo sustinens et copiosa ex huius vitae doloribus promerita in aeternum aevum consequi valeas. Auspicem deni que auxilii divini Nostraeque peculiaris caritatis testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, egregio Episcopo tuo Coadiutori, universoque clero ac populo Sancti Bonifacii peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxni mensis Iulii, anno MDCŒEXXXXVM, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. HENRICUM TIT. SANCTI PETRI IN MONTE AUREO S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM PLA Y DENIEL, ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD SANCTUARIUM COMPOSTELLANUM SANCTI IACOBI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quotiescumque oculis animove cernimus collectos bene multos iuvenes, aetatibus viribusque florentes, ad aliquod virtutis officium obeundum paratos atque expeditos, occurrit profecto Nobis cogitantibus speciosa et blanda illa amoeni ruris imago, « quum tempestas arridet et anni tempora conspergunt viridantes floribus herbas ».[1] Et sane alacres omnes puberes exstant ceu vernantes flores, qui primo ad solem aperiuntur explicantque tenues bracteas variisque tinguntur coloribus et primas in auras efflant suavitates odorum. Qui quidem multifariae fragrantiae efflatus, laeta scilicet quae apparent in puerili aevo germina virtutum, ne cito evanescant neu malis depraventur moribus, sagaci parentum atque educatorum opera ita custodienda ac moderanda sunt, ut ad ea plane, quae vera, quae honesta, quae praeclara sunt, mature convertantur. Optima sane dux iuvenilibus ingeniis est religio christiana eiusque custos et magistra Ecclesia. Siquidem religio est, quae indolem animi bonam virtute sua perficit ac nobi litat, vitiosam vero emendat et poliendo limat. Si adulescentuli in studiis doctrinae versantur, omnium doctrinarum incrementis favet Ecclesia ; si litteris dant operam, est quidem Ecclesia ingenuarum litterarum moderatrix et altrix; si ad artes liberales instruuntur, artes quoque suo afflatu ad altiora excitat suoque tegit patrocinio; si mercaturis faciendis contrahendisque negotiis erudiuntur, iubet religio iustitiam in omni re paciscenda et aequitatem sancte servari. Neque vero facile dictu videtur, quantum ad religionem in teneris animis inculcandam prosint publicae sollemnesque fidei avitae significationes. Inter quas haud postremum locum obtinent piae peregrinationes ad ea insignita templa, ubi clarissimorum sanctorum memoria maximo honore excolitur. Quoties enim praeclaras caelitum laudes ferventi gratoque animo prosequimur, toties eximiarum virtutum splendorem, quibus illi in mortali Vita ceteris praeluxere, flagranti studio revocamus. Quare nobilissima Hispanorum gens Iacobi Apostoli memoriam, sanctitudinem gloriamque Oompostellae, in Gallae-

1 LUCR., II, 32-33.

ciac regione, perantiquo cultu et singulari observantia veneratur, eiusque patrocinium constanti supplicatione efflagitat. Opportune igitur istic recens initum est consilium, ut catholici ex omni Hispania iuvenes, exeunte proximo mense Augusto, piam in Compostellae sanctuarium peregrinationem suscipiant. Nos autem, qui religionis incrementum pietatisque fervorem, praesertim in molli et lubrica aetate, tanti facimus et habemus, non modo salutare consilium Nostra commendatione probamus, sed ipsis Compostellanis celebritatibus praeesse quodammodo exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui vetustam atque insignem Toletanam sedem pastorali sollicitudine tenes et Romana purpura praefulges, Legatum Nostrum constituimus et renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, sacris sollemnibus, quae proxime Compostellae, coram catholicis iuvenum cohortibus, ex Hispaniae regionibus deductis, peragentur, Nostra auctoritate praesideas, Sacroque pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Vota autem Nostra et desideria ore tuo explicaturus, Dilecte Fili Noster, generosae iuventae commemora, quot beneficia maiores Hispanienses ab avita religione exceperint, favente quidem Patrono Sancto Iacobo, quot exinde prosperitatis et gloriae fructus in civilem ipsam societatem profiluxerint. Discant animosi adulescentes in primaevo flore oculos animosque a terrenis fluxisque rebus deflectere et ad caelestia ac nobilissima vertere, sicut priscus ille Cordubensis philosophus, Annaeus Seneca, Lucilium iuniorem ipso rationis lumine edocebat : ((Corpus hoc animi pondus ac poena est : premente illo urgetur, in vinculis est, nisi accessit philosophia et illum respirare rerum naturae spectacula iussit et a terrenis ad divina dimisit. Haec libertas est, haec evagatio : subducit interim se custodiae, in quo tenetur, et caelo reiicitur ».[2] Pro certo quidem habemus, te, praeclarum Nostrae mentis interpretem, perhonorificum Legati munus fauste esse utiliterque expediturum. Divini interea praesidii opisque supernae conciliatrix et nuntia, propensaeque Nostrae voluntatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero populoque Composteli ano ac fidelibus in Sancti In cobi sanctuarium tecum conventuris, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Iulii, in festo Sancti Iacobi Maioris Apostoli, anno MOCŒCXXXXVIII, **Pontificatus Nostri decimo.**

PIUS PP. XII

[2] *Mp. (Ì5.*

V

AD EMUM P. D» ANTONIUM TIT. S. LAURENTII IN PANISPERNA S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CACCIANO, EPISCOPUM ROSARIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM CATHOLICAE EDUCATIONIS, E CUNCTIS AMERICAE NATIONIBUS PAXIAE INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Christi Regno constabiliendo provehendoque, ex quo hominibus gloria virtutis, concordiae pax, sempiterna felicitas profluunt, optima sternitur via, ubi ad catholicae sapientiae normam et afflatum animi et mores conformentur, eaque de causa magna communis utilitatis affulget spes, si eo contenduntur et confluunt vires, ut tam salutaris disciplina apta temperati one maxime foveatur. Quam ob rem laetanti animo percepimus Paxiae, in Boliviae urbe capite, Conventum e cunctis Americae nationibus, qui de catholicae educationis variis pertractabit argumentis, celebratum iri. Quae congressio quum haud levis sit momenti indeque perdilectis istis gentibus multa maturescere posse portendantur, quae catholici nominis honori et robori usui sunt, concedentes precibus et ipsa vota Nostra explere cupientes j per purpuratum virum, qui vices Nostras gerat, ei adesse et interesse decrevimus. Te igitur, dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum eligimus et constituimus, qui coetibus Conventus catholicae educationis Paxiae in Bolivia habendi praesideas neque dubitamus, quin, cum tuam probe pernoverimus religionis laudem, scientiam, sollertiam, demandatum tibi munus ita obiturus sis, ut fiduciae Nostrae in te positae satis facias et tibi praeclara promerita compares. Ut vero Deus Pacensi Congressui benignus aspiret eiusdemque coepta caelestium munerum ubertate fortunet, tibi, Dilecte Fili Noster, et universis qui eo convenient, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die VIII mensis Septembris anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

*Ad Exomum Virum d'Ormesson Vladimirum, Galliae Oratorem extra ordinem liberis cum mandatis, Litteras publicas Summo Pontifici por-Hg entern. **

Excellence,

Le plaisir que Nous éprouvons à vous accueillir aujourd'hui et à recevoir de vos mains les Lettres, qui vous accréditent auprès de Nous comme Ambassadeur Extraordinaire et Plénipotentiaire de la République Française, est d'autant plus vif que vous n'êtes point ici un inconnu. Votre passage en cette Ambassade, aux heures les plus douloureuses qu'ait connues votre Patrie, Nous a donné, si court qu'il ait été, l'occasion de concevoir une haute estime de votre personne, d'apprécier les eminentes qualités qui font de Votre Excellence le digne représentant de la France.

Nous souvenant que ceux-là ne veillent pas en vain, dont Dieu garde et protège la cité, que ceux-là ne travaillent pas en vain, dont Dieu édifie la maison (cfr. *Ps.* 126, 1), Nous avons une pleine confiance dans Pheureux succès d'une mission, que vous abordez, Nous en avons eu autrefois le témoignage, avec un esprit tout imprégné de <(la conception chrétienne de la société et de la vie ».

A Nos souhaits de bienvenue, Nous joignons, Monsieur l'Ambassadeur, l'expression des sentiments que Nous vous prions de transmettre à Son Excellence Monsieur le Président de la République et des vœux les plus ardents, que Nous formons pour la prospérité et la félicité de la France, Notre bien-aimée France à laquelle Nous attachent des liens et des souvenirs particulièrement chers.

En vous renouvelant l'assurance de l'appui très cordial que vous trouverez toujours auprès de Nous dans l'accomplissement des devoirs de votre si importante charge, Nous invoquons de grand cœur sur Votre Excellence les plus abondantes bénédictions du Très-Haut.

* Habita *nie* 29 Septembris mensis a. 1948.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

AD CHRISTIFIDELES OB CONVENTUM CATHOLICAE EDUCATIONIS PROVEHENDAE E CUNCTIS AMERICAE NATIONIBUS PAXIAE COADUNATOS. *

Venerables Hermanos y amados hijos :

Entre los graves y múltiples cuidados, que Nuestra universal paternidad Nos impone, hemos considerado siempre como uno de los principales el consagrar particular atención a cuanto, de una manera o de otra, se refiere a la juventud. ¿Cómo, pues, hubiéramos podido dejar de dedicaros unas palabras precisamente a vosotros, educadores de las futuras generaciones de todo un continente llamado a jugar tan importante papel en la historia de nuestro atormentado siglo; a vosotros, reunidos en una Asamblea que, por los muchos países representados, por la calidad de los representantes y por la finalidad que se propone, puede ser considerada, ya desde ahora, como jalón fundamental en la historia de la pedagogía católica en el Mundo Nuevo?

Suban hasta el trono del Altísimo Nuestras más fervientes plegarias para que de este Congreso salga definitivamente plasmada esa Confederación, cuyo fin es conseguir que la educación de la juventud en todos los países americanos sea llevada a cabo, consciente y eficazmente, en consonancia con la sabiduría y la experiencia de la Iglesia en materia, de enseñanza y especialmente con las normas promulgadas por esta Sede Apostólica, alcanzando esí aquella dignidad y aquel esplendor que han de mover a los gobernantes y a los ciudadanos de vuestros respectivos pueblos a reconocer la libertad y a otorgar el respeto a que las instituciones docentes de la Iglesia católica tienen derecho.

Pero este Congreso vuestro goza todavía de otro atractivo : el tema que tan sabiamente habéis elegido para vuestras deliberaciones, que es <(educación y ambiente moderno ».

La esencia y el blanco de la educación — para expresarnos con las palabras de Nuestro inmediato Predecesor — consisten en la colaboración con la divina gracia para la formación del verdadero y perfecto cristiano. En esta perfección va incluido que el cristiano, en cuanto tal, se halle en condiciones de afrontar y superar las dificultades y corresponder a las exigencias de los tiempos en que le ha tocado vivir. Esto quiere decir que la labor educativa, al tener que realizarse en un ambiente determinado y para un determinado medio, tendrá que irse adaptando cons-

* Datus die 6 Octobris mensis a. 1948.

tantemente a las circunstancias de ese medio, y de ese ambiente donde la perfección ba de conseguirse y para el cual se destina.

Oponed, pues, a los perniciosos esfuerzos, que querrían apartar completamente la religión de la educación y de la escuela o por lo menos fundar la escuela y la educación sobre una base puramente naturalista, el ideal de una labor docente enriquecida con el tesoro inestimable de una fe sentida y vivificada por la gracia de Nuestro Señor Jesucristo.

Procurad que vuestros niños y vuestros jóvenes, a medida que van progresando en el camino de los años, reciban también una instrucción religiosa cada vez más amplia y más fundamentada ; sin dejar de tener en cuenta que tanto la conciencia plena y profunda de las verdades religiosas cuanto las dudas y las dificultades suelen dé ordinario presentarse en los últimos años de los estudios superiores, especialmente si el educando ha de hallarse en contacto, cosa hoy difícilmente evitable, eon personas o con doctrinas adversas al Cristianismo ; y que por eso la instrucción religiosa exige con todo derecho un puesto de honor en los programas de las universidades y de los centros de estudios superiores.

Haced de manera que con esta instrucción vayan estrechamente unidos el santo temor de Dios, la costumbre de recogerse en la oración, y la participación plena y consciente en el espíritu del Año litúrgico de la Santa Madre Iglesia, fuente de incontables gracias; pero en esta labor actuad con cautela y con prudencia, a fin de que sea el mismo joven quien siempre busque algo más y poco a poco, obrando por sí mismo, vaya aprendiendo a vivir y a actuar su vida de fe.

Contraponed a la escasez de principios de este siglo, que todo lo mide por el criterio del éxito, una educación que haga al joven capaz de discernir entre la verdad y el error, el bien y el mal, el derecho y la injusticia, plantando firmemente en su alma los puros sentimientos del amor, de la fraternidad y de la fidelidad. Si las peligrosas películas de hoy día, hablando tan sólo a los sentidos y de una manera excesivamente unilateral, traen consigo el riesgo de producir en las almas un estado de superficialidad y de pasividad anímica, el libro bueno puede completar lo que aquí falta desempeñando en la labor educativa un papel de importancia cada vez mayor.

Responded a la exagerada importancia hoy concedida a cuanto es puramente técnico y material con una educación que reconozca siempre el primer lugar a los valores espirituales y morales, a los naturales y, sobre todo, a los sobrenaturales. La Iglesia, sin duda ninguna, aprueba la cultura física, si es ordenada; y será ordenada cuando no se enea-

mine al culto del cuerpo, cuando sea- útil para fortalecerlo y no para despilfarrar sus energías, cuando sirva también de recreo al espíritu y no sea causa de debilitación y de rudeza espiritual, cuando procure nuevos estímulos para el estudio y para el trabajo profesional y cuando no conduzca a su abandono, a su descuido o a la perturbaein de la paz que debe presidir el santuario del hogar.

Oponed a la busca inmoderada del placer ya la indisciplina moral, — que querrían igualmente invadir hasta las filas de los jóvenes católicos, haciéndoles olvidar que llevan consigo una naturaleza caída cargada con la triste herencia de una culpa original —, la educación del dominio de sí mismo, del sacrificio y de la renuncia, empezando con lo más pequeño para pasar luego a lo mayor; la educación de la fidelidad al cumplimiento de los propios deberes, de la sinceridad, serenidad y pureza, especialmente en los años en que el desarrollo va llegando a la madurez. Pero nunca se os olvide que a esta meta no se puede llegar sin la potente ayuda de los Sacramentos de la Confesión y de la Santísima Eucaristía, cuyo sobrenatural valor educativo jamás podrá ser apreciado debidamente.

Desarrollad, en las almas de ios niños y de los jóvenes, el espíritu jerárquico, que no niega a cada edad su debido desenvolvimiento, para disipar, en lo posible, ese atmósfera de independencia y de excesiva libertad que en nuestros días respira la juventud y que la llevaría a rechazar toda autoridad y todo freno, procurando suscitar y formar el sentido de la responsabilidad y recordando que la libertad no es el único entre todos los valores humanos, aunque se cuente entre los primeros, sino que tiene sus límites intrínsecos en las normas ineludibles de la honestidad y extrínsecos en los derechos correlativos de los demás, tanto de cada uno en particular cuanto de la sociedad tomada en su conjunto.

Finalmente, puesto que la educación del niño y del joven ha de ser la resultante del esfuerzo común de muchos elementos concordados, dad toda la importancia que se merece a la cooperación y al acuerdo entre los padres de familia, la escuela, y las obras que la ayudan y que continúan su labor cuando se sale de ella, como son la Acción Católica, las Congregaciones marianas, los centros de estudio y otras instituciones semejantes. Ayuda especial podrán necesitar no raramente los mismos padres de familia, que muchas veces no cuentan con la debida preparación para el ejercicio de sus deberes educativos; y de la buena inteligencia con ellos dependerá de ordinario el éxito de la educación, aunque sean buenos los colegios y mejores los maestros.

Nos **aprovechamos esta oportunidad, amados hijos, para expresaros**

Nuestra paternal satisfacción por los serios progresos realizados en el camino hacia vuestro ideal; y con placer proponemos a todos como ejemplo y como estimulo aquellos países que van a la cabeza en esta empresa de la educación cristiana de la juventud. Manifestamos al mismo tiempo Nuestra esperanza de que los gobiernos de vuestros países irán reconociendo cada vez mejor el valor y más aún el carácter casi insustituible de vuestro trabajo en la educación y en la enseñanza, concediéndoos gustosos todas las posibilidades y facilidades para que podáis formar un buen nucleo de maestros y maestras, tan fieles católicos como excelentes profesionales, así religiosos, como también seglares. Igualmente confiamos en que las autoridades públicas, en cordial colaboración con vosotros, destierren de la prensa y de la pantalla todo lo que pudiera ser causa de escándalo o de perdición para la juventud.

Así, el ideal cristiano de la educación se identifica con los últimos hallazgos de la ciencia psicopedagógica, rodeándola de una luz que la perfecciona y facilitando el proceso educativo con el desarrollo unitario y fecundo de la personalidad.

Vuestra reunión ha tenido lugar en La Paz, la «noble, valerosa y fiel », la « ilustre y denodada », y precisamente coincidiendo con una fecha tan notable, come el cuarto centenario de su fundación. ¡ La Pazï •¡ Educad, amadísimos congresistas de la Paz, y educad para la paz! En vuestras manos están las almas de vuestros alumnos como cera moldeable; hacedlos cristianos íntegros y conscientes y habréis contribuido del mejor modo posible a la paz futura!

Alzad los ojos a esas blancas cimas del Humani, que os señalan el cielo; esparcid la mirada por ese tranquilo, riente y abundoso valle donde La Paz se asienta como en un pequeño paraíso; mirad correr serenas las aguas ligeras del Choqueyapu, que bajan frescas de la montaña al mar. Dejad que vuestras almas se embeban a fondo en estos sentimientos de elevación, de serenidad, de amor y de paz y llevádselos luego a vuestros Institutos, a vuestras aulas, a vuestros jóvenes y pequeñuelos para que sean mejores que sus hermanos de ayer y para que finalmente reinen en el mundo la caridad y la concordia.

Con estos sentimientos y con estos deseos os bendecimos con especial efusión de Nuestro afecto paternal, para que la mansedumbre y la bondad de la Virgen Santísima y la caridad ardiente del Corazón Sacratísimo de Jesús desciendan sobre todos los presentes, y de modo especial sobre los llamados a la altísima vocación de la enseñanza, confortando sus voluntades e iluminando sus inteligencias a lo largo del sendero, a veces áspero, 4e su abnegada labor.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 7 Augusti 19^8. — **Titulari episcopali Ecclesiae Tigiensi praefecit R. P. D. Andream Beck, e Pia Societate Presbyterorum ab Assumptione, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Arthuri Doubleday, Episcopi Brentwoodensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Albulensi R. D. Perei val Caza, Moderatorem seminarii « Sancta Teresia » Archidioecesis Marianopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioseph Alaphridi Langlois, Episcopi Campivallensis.**

die 4 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae de Bonfim R. D. Iosephum Alves de Trinidade, Cancellarium Curiae Metropolitanae Marianensis.**

die **14** *Septembris.* — **Cathedralibus Ecclesiis Savonensi et Naulensi, invicem perpetuo unitis, R. D. Ioannem Baptistam Parodi, Antistitem Urbanum, Vicarium Capitularem earumdem dioecesium et Canonicum Capituli cathedralis Savonensis.**

die 16 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Neritonensi, R. D. Franciscum Minerva, Archipresbyterum-parochum ecclesiae S. Sabini in civitate Canusio in Apulia, dioecesis Andriensis.**

die 20 Septembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Platensi Exc. P. D. Thomam Solari, hactenus Episcopum titularem Aulonensem.**

die 29 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Montisclarensi R. D. Antonium Moraes Almeida, parochum oppidi « Guaratinguetà » in dioecesi Taubatensi.**

die 5 Octobris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Cissitanae R. D. Henricum Gleumes, Vicarium Generalem dioecesis Monasteriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Michaelis Keller, Episcopi Monasteriensis.**

die 7 Octobris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Scyriae R. D. Carolum Leiprecht, canonicum Capituli cathedralis Rottenburgensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Baptistae Sproll, Episcopi Rottenburgensis.**

die 9 Octobris. — **Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae Exc. P. D. Carmelum Ballester y Nieto, hactenus Episcopum Victoriensem.**

die 11 Octobris. — **Metropolitanae Ecclesiae Rothomagensi Exc. P. D. Iosephum Mariani Martin, hactenus Episcopum Aniciensem.**

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

GIT AMENSIS

DECRETUM

TERRITORIUM INSULAE WAKB **VICARIATUI. APOSTOLICO GUAMENSI ADNECTITUR**

Cum recenter compertum fuerit insulam Wake, geographice ad Micronesiam pertinentem, politice in praesens regimini Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis obnoxiam, nullius adhuc subesse iurisdictioni ecclesiasticae Ordinarii, ut congruenter prospiceretur bono spirituali in eadem insula Wake incolentium seu commorantium, haec Sacra Congregatio idem territorium Vicariatui Apostolico Guamensi. ab Apostolica Delegatione Statuum Foederatorum dependenti, adnectendam censuit.

Quam Sacrae Congregationis de Propaganda Fide sententiam, ab infrascripto Cardinali Praefecto in Audientia diei 17 mensis Iunii vertentis anni, Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Sanctitas Sua, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. Congregationis de Propaganda Fide, die 17 mensis Iunii A. D. 1948.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep, Theodosiopolitan., *Secretarius.,*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

.WNSTANTIEN. ETABRINGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARTHAE LE BOUTEILLER/EX INSTITUTO SCHOLARUM CHRISTIANARUM A MISERICORDIA.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Caritas, ot docet S. Thomas, est radix, mater et forma virtutum omnium. Ut autem quis hanc facilius assequatur, maxime iuvat evangelicorum consiliorum amplecti statum, in quo per religiosa vota paupertatis, castitatis et obedientiae, sicut in finem ad caritatis perfectionem ordinatur. « Illi itaque antonomastice religiosi dicuntur, qui se totaliter mancipant divino servitio, quasi holocaustum Deo offerentes. Unde Gregorius dicit (Sup. Ezech. hom. XX) : Sunt quidam qui nihil sibimetipsis reservant : sed sensum, linguam, vitam atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti Deo immolant» (S. Th., 2, 2, 186, 1, C).

Serva Dei Martha Le Bouteiller de qua in hoc decreto agitur, totam Deo in religione, quasi holocaustum, sese immolavit, uti mox innuemus.

Morum probitate et religione praestantes, Andreas Le Bouteiller et Maria Francisca Morel, gallicae perturbationis tempore multa quidem sunt passi, sed fortes in fide perstiterunt, atque a Deo, quasi in praemium virtutum, electi sunt ut Servae Dei parentes fierent, dicente psalmista « donum Domini sunt filii, merces fructus ven tris » (Ps., 126, 3). Die secunda Decembris anno 1816 in oppido « Percy » Constantien. dioecesis, haec infans tertia ex quinque eorum filiis nata est, eademque die sacris baptismi aquis regenerata impositis : Amatae, Adelis nominibus. Piissime pueritiam atque adulescentiam transegit, parentum exempla sequens, atque optimae magistrae, tertio Carmelitano Ordini adiunctae, a qua non modo litterarum sed et virtutum rudimentis apprime fuit edocta. Ad sacram mensam admissa, miros in religione ac pietate progressus effecit, Parochialem Ecclesiam adire ibique diutius coram sanctissimo Eucharistiae sacramento immorari in deliciis, habebat.

Demortuo patre, Amata efficax in familiae gubernatione matri adiumentum praestitit.

Ad religiosam capessendam vitam, a Deo invitata, Institutum Scholarum Christianarum a Misericordia a S. Maria Magdalena Postel, fundatum, non sine eiusdem magistrae hortatu, amplecti statuit. Voti compos facta die 19 Martii a D. 1841 ab ipsa sancta fundatrice, in principe domo Abbatiae sancti Salvatoris « le Vicomte » excepta fuit, atque postulatum sub Venerabili Serva Dei Placida Viel posuit. Hoc laudabiliter exacto, religionis habitum una cum Marthae nomine suscepit, atque tirocinium inchoavit; in quo sub eiusdem Venerabilis moderamine, quacum per totam vitam spirituali vinculo coniuncta fuit, in virtutum omnium palaestra inter sodales facile eminuit.

Religiosis votis nuncupatis, eius ad temporales res gerendas aptitudine perpensa, his fuit addicta. Culinam prius exercuit, agrorum deinde, postea vero vinariae cellae nec non famulorum curam sustinuit, in quibus obeundis muniis omnia Dei dumtaxat amore acta perficiebat. Totius eius vitae ratio tribus hisce verbis veluti comprehendi potest : Orare, operari, pati. Nil itaque mirum, quod humilitate, simplicitate, ceterisque virtutibus theologalibus et moralibus, ut videtur, in exemplum per totam vitam floruerit.

Meritis plena die 18 Martii anno 1883 ad caelestem Sponsum evolavit.

Sanctitatis fama statim erupit a gravibus indiciis confirmata plurium gratiarum, et fortasse miraculorum, ea interveniente, a Deo patratorum.

Quare factum est ut, consummatis canonicis inquisitionibus cum pro canonizatione Fundatricis, tum pro beatificatione S. D. Placidae Viel, Institutum animum admovent ad beatificationis Sororis Marthae causam introducendam. Quod annis 1933-1934 in Constantiensi Curia factum est. Inquisitiones itaque super scriptis, sanctitatis fama atque super cultu Servis Dei non praestando peractae sunt, Urbemque delatae. Die 28 Februarii a. 1940 Sacra haec Congregatio, scriptis non repertis, nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi decrevit. Plures interim postulatoriae litterae pro Servae Dei causae Introductione Pio Papae XI fel. rec. oblatae sunt, inter quas Emi Archiepiscopi Parisien., Episcopi Constantien. et Abrincen., Cathedralis Capituli Constantien., Decanatuum dioecesanorum, Generalis Superiorissae Instituti Scholarum Christianarum.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Revmo P. Christophoro Berutti O. P., Postulatore legitime constituto, instante, in Ordinario Sacrae Congregationis coetu, die 27 Ianuarii mensis, anni huius habito, Emus ac Revmus D. Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Causae Po-

nens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac auscultata, auditis quoque officialium Praelatorum suffragiis necnon R. P. D. Salvatore Natucci, generali Promotore Fidei, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignato die, a R. P. D. Promotore generali Fidei, relatione Beatissimo Patri, Domino nostro Pio Papae duodecimo, Sanctitas Sua rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servae Dei Marthae Le Bouteiller* Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 1 Februarii a. D. 1948, Dominica in Sexagesima.

I$l C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. © S.

t *A.* Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius,*

II

SINARUM SEU VICARIATUS APOSTOLICI SIBN-HSIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI LEONIS IGNATII MANGIN ET PAULI DENN SACERDOTUM SOCIETATIS IESU, PETRI TCHOU VIRI LAICI, ANNAE WANG VIRGINIS SAECULARIS ET SOCIORUM SACERDOTUM ATQUE CHRISTIFIDELIUM IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Plurimum milium a Boxeribus, in Sinis, crudelibus, atrocibus atque nefandis suppliciis interfectorum invitissima fides totius mundi admirationem sibi conciliat, atque divinam omnipotentiam praedicat, quae tantam animi fortitudinem eisdem cuiusque sexus, aetatis ac condicionis inseruit, atque eorum exemplo non paucos ad catholicam fidem amplectendam attraxit. Lanceae, enses, ignis, suspendia, membrorum sectio, in aquis praefocatio, fames, sitis, equulea aliaque tormenta incassum, ut eos ad apostasiam adigerent, adhibita sunt: eorum immo gloriosius reddiderunt martyrium^

Multae quidem agitatae sunt quaestiones circa persecutionis naturam in Sinis anno 1900 saevientis, utrum nempe fuisset potius politica quam contra religionem. Verum, adiunctis omnibus perpensis, odium in Christianam immo Catholicam religionem solidis argumentis probatum est; ideo insectationis victimae veri Christi martyres sunt habendi. Eapropter ex bis mille quadringentis octodecim ab Ordine Fratrum Minorum productis quorum causa anno 1926 fuerat introducta, quum impossibile fuisset horum omnium et singulorum martyrium pertractare, viginti novem tantum selecti sunt, veluti horum primitias, atque Beatificationis honores sunt consecuti.

Similiter contingit in causa, quae a Societate Iesu modo pertractanda proponitur. De bis mille sexaginta sex victimis, de quibus Apostolicus Vicarius iuridicas inquisitiones peregit, sex supra quinquaginta ab Actoribus selectae sunt, atque Sacrae huic Congregationi exhibitae ut pertractentur. Hae sunt:

1. Leo Ignatius Mangin Sac. Prof. S. I.; 2. Paulus Denn, Sac. Prof. S. I.; 3. Petrus Tchou-Ieu-Sinn; 4. Ioannes Baptista Tchou-Ou-Ioei; 5. Remigius Isoré, S. I.; 6. Modestus Andlauer, S. I.; 7. Elisabeth Tsinn; 8. Simon Tsinn; 9. Barbara Ts'Oei-Lien-Cheu; 10. Raymundus Li-Ts'uan-Tchenn; 11. Petrus Li-Ts'uan-Hoei; 12. Lucia Wang-Tchengh; 13. Maria Fan-K'Ounn; 14. Maria Ts'i-U; 15. Maria Tcheng Su; 16. Iosephus Ma-T'ien-Chounn; 17. Maria-Tehao-Kouo-Cheu; 18. Rosa et 19. Maria eius filiae; 20. Rosa Wang-Hoei; 21. Teresia Tchang-Heue-Cheu; 22. Aima Nan-Sinn-Cheu; 28. Maria Nan-Kouo-Cheu; 24. Maria Nan dicta Ling-Hoa; 25. Anna Nan Tsiao-Cheu; 26. Maria Fou; 27. Magdalena Tou-Fong-Kiu; 28. Maria Tou-T'ien-Cheu; 29. Maria Tou-Tchao-Cheu; 30. Petrus Liou-Tzeu-IT; 31. Maria Kouo-Li-Cheu; 32. Petrus Tchao-Ming-Tchenn; 33. Ioannes Baptista Tchao-Ming-Hi; 34. Paulus Ou-Kiu-Nan; 35. Ioannes B. Ou-Mari-T'ang; 36. Paulus Ou Wan-Chou; 37. K'i-Tchou-Tzeu; 38. Paulus Liou-Tsinn Tei; 39. Tchang-Hoai-Lou; 4.0. Iosephus Yuann-Keng-Yinn; 41. Theresia Tch'enn-Kinn-Tsie; 42. Rosa Tch'enn-lS'ai-Tsie; 43. Iosephus Wang-K'Oei-Tsu; 44. Ioannes Wang-K'Oei-Sinn; 45. Marcus Ki-T'-Ien-Siang; 46. Petrus Wang-Tsou-Loung; 47. Paulus Keue-T'Ing-Tehou; 48. Lang-Yang-Üheu; 49. Paulus eius filius; 50. Anna Wang; 51. Iosephus Wang-Iou-Mei; 52. Lucia Wang-Wang-Cheu; 53. Andreas eius filius; 54. Maria Wang-Li-Oheu; 55. Ioannes Ou-Wenn-Yinn; 56. Maria Tchou-Ou-Cheu.

Super omnibus et singulis Apostolicus Vicarius severas inquisitiones peregit, non solum super martyrio sed super quoque scriptis atque obedientia Urbani Pp. VIII decretis cultum publicum Servis Dei prohiben-

titras. Hi processus ad Urbem transmissi fuere, ut iuxta nostri fori iuridicas normas acta pro causae Introductione pararentur. Scriptis perpensis, die 25 Martii a. 1945 S. Rituum Congregatio decrevit *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur.*

Interim non paucae Summo Pontifici oblatae sunt litterae, huius causae Introductionem postulantes, inter quas Emi ac Revmi Cardinalis Lienart, plurium Vicariorum seu Praefectorum Apostolicorum Sinensium, e Mantchouria, e Mongolia, Professorum, Seminaristarum aliorumque. Omnibus itaque servatis de iure servandis, Revmo P. Carolo Miccinelli S. I., Postulatore generali instante, die 25 Maii mensis nuper elapsi, in Ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, infrascriptus Cardinalis, Causae huius Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum, de quo agitur,* de eaque nec non de oboedientia Urbanianis decretis, retulit. Emi ac Revmi Patres, duplici hac relatione auscultata, auditisque ofiicialium Praelatorum suffragiis nec non R. P. D. Salvatore Natucci, generali Fidei Promotore, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem si Ssmo placuerit,* atque *de cultu non exhibito constare.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis duplex rescriptum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servorum Dei Leonis Ignatii M angin, Pauli Denn, e Soc. Iesu, Petri T chou, Annae Wang et sociorum* propria manu signare dignata est.

Datum Romae, die 28 Maii a. D. 1948.

i$(C. Card. MICARA, Ep. Vel item., *Praefectus.*

L. j$i S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarias.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CATASTEIS".

NULLITATIS MATRIMONII PRINCIPATO-DE LUCA

Cnm ignoretur locus actualis commorationis Dui Iosephi De Luca,, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive* per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S.R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 5 ianuarii 1949, hora undecima,, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Iosephi De Luca, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. •

Pericles Pelici, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 22 septembris 1948.

H. Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph De Luca, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote-Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 5 janvier 1949, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

öonste-t-il de la nullité du mariage dans le cast

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dû dit Joseph De Luca devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 29 settembre 1948, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Conte d'ORMESSON VLADIMIRO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Francia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

20 aprile 1947. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Suore Francescane del Onore di Maria* **(Brasile).**

10 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, *Protettore delle Suore Missionarie di S, Colombano* **(Killaloe).**

» dicembre » L/Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore di Carità di S. Vincenzo* **(Halifax).**

» gennaio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Me Guigan Giacomo Carlo, *Protettore dell'Istituto della Beata Vergine Maria* **(Toronto).**

2 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Terziarie di S. Bernardino* **(Reading, Pa.).**

10 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Piazza Adeodato Giovanni, *Protettore delle Suore Maestre di S. Dorotea* **(Venezia).**

16 luglio » L'Emo e Revino Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Divina Provvidenza* **(Magonza).**

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Pro-*

tettare delle Suore del Santo Bambino Gesè d'Aurillac **(St-Fleur).**

9 agosto 1948. L'Emo e Bevmo Signor Cardinale ¡Nasalli Bocca di Corneliano Giovanni Battista, *Protettore delie-Suore Minime dell'Addolorata* **(Bologna).**

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Bourg.*

18 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Figlie di S. Maria della Divina Provvidenza* **(Como Lora).**

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Venerabile Arciconfraternita dei Bergamaschi* **(Roma).**

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Congregazione delle Suore di N. D. de Sion* **(Parigi).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Suore Sacramentine* **(Bergamo).**

2 settembre » L'Emo e Revino Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Piccole Suore della Divina Provvidenza* **(Alessandria).**

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore del Collegio Americano del Nord* **(Roma).**

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale van Roey Giuseppe Ernesto, *Protettore delle Suore della S. Famiglia d'Helmet* **(Malines).**

29 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore dell'Addolorata* **(Roma).**

2 ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Figlie di Maria Ausiliatrice* **(Torino).**

4 ». » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedescumi Federico, *Protettore delle Religiose Terziarie Cappuccine della Sacra Famiglia* **(Valenza).**

Assistenti al Soglio Pontificio :

29 settembre 1944. S. E. Reviña Monsig. Kumpfmulier Giuseppe, Vescovo di Augusta.

27 ottobre 1945. S. E. Revma Monsig. Sproll Giovanni Battista, Vescovo di Rottembürgo.

29 luglio 1948. S. E. Revma Monsig, Ryan Riccardo, Vescovo di Sale.

Protohotari Apostolici ad instar participantium :

18 gennaio 1946. Monsig. Conway Guglielmo Giuseppe, delladiocesi di Edmunston.
15 luglio 1947. Monsig. de Meurers Enrico, della diocesi di Treviri,
3 maggio 1948. Monsig. Daniele Giuseppe, della diocesi di Caserta.
11 » » Monsig. Vaioli Claudio, dell'archidiocesi di Bologna,
9 agosto » Monsig. Mazanek Stefano, dell'archidiocesi di Cracovia.
8 settembre » Monsig. Signora Aurelio, del Patriarcato di Venezia.

Prelati Domestici di Sua Santità :

1 aprile 1944. Monsig. Keinen Guglielmo, dell'archidiocesi di Colonia.
20 » » Monsig. Stolte Clemente, della diocesi di Hildesheim.
14 giugno » Monsig. Rude Alberto, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
80 settembre » Monsig. Doinm Roberto, della diocesi di Augusta.
» » » Monsig. Bach Eugenio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Hoermann Giuseppe, della medesima diocesi.
18 dicembre 1945. Monsig. Staab Carlo, della diocesi di Würzburg.
» gennaio 1946. Monsig. Hein Giovanni, della diocesi di Treviri.
Monsig. Lenz Giovanni Evangelista., della medesima diocesi.
» Monsig. Finn Guglielmo, della diocesi di Harbor Grace.
» febbraio Monsig. O'Neil Michele, dell'archidiocesi di Edmonton.
7 aprile Monsig. Galligan Eugenio, della diocesi di Ballarat.
» ». Monsig. Goidanich Edoardo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Leonard Giovanni Francesco, della diocesi di Gouibourn.
Monsig. Sharkey Giovanni, della medesima diocesi.
Monsig. Canili Guglielmo, della medesima diocesi.
Monsig. Lynch Tommaso, della medesima diocesi.
Monsig. Me Kenna Giacomo, della medesima diocesi.
Monsig. Carey Michele, della medesima diocesi.
Monsig. Devine Aroldo, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Grece dell'Ordine Piano :

2 giugno 1947. A S. E. il Signor Papée Casimiro, Ambasciatore di Polonia presso la Sante Sede.

2 giugno 1947. A S. E. il Signor Nabuco Maurizio, Ambasciatore del Brasile presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il Signor Maritain Giacomo, Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il Signor Franco Franco Tullio, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.
» • • » » A S. E. il Signor Sotomayor y Luna Emanuele, Ambasciatore dell'Equatore presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

2 giugno 1947. A S. Ë. il Signor d'Arcy Godolphin Osborne Francesco, Ministro di Gran Bretagna presso la Santa
r Sede.
» » » A S. E. il Signor van Weede *JonJcheer* Marco, Ministro di Olanda presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il Signor Holma Harri, Ministro di Finlandia presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il Signor Girdvainis Stanislao, Ministro di Lituania presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il Signor Pecci conte Stanislao, Ministro del Sovrano Militare Ordine di Malta presso la Santa Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

25 luglio 1946. Al sig. Barriga Errazuriz avv. Gonzalo, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro :

30 marzo 1946. Al sig. Bina Machado col. Giuseppe (Brasile).
13 giugno » Al sig. Boldrini ing. Galiano, dell'archidiocesi di Firenze.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa :

14 agosto 1946. Al sig. Martino Giuseppe, della diocesi di Asti.
15 » » Al sig. Lo Re avv. Guido, della diocesi di Foggia.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa :

4 giugno 1946. Al sig. Battaglia Ottavio, dell'archidiocesi di Udine.

An. et vol. XL 21 Novembris 1948 (Ser. H, v. XY) - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANIZALENSIS

CANONICORUM CAPITULUM IN CATHEDRALI ECCLESIA MANIZALENSI ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In cathedralibus templis ex veneranda Ecclesiae consuetudine et iuris canonici praescripto Canonicorum Capitula constituenda sunt, ecclesiasticorum nempe coetus pietate ac doctrina praecellëntium, qui et in templis ipsis laudes Deo persolvendo divinum cultum splendidiorem reddant et Episcopo in pastorali suo munere obeundo consilio et opera adiuvent eique sacra sollemniter peragenti assistant. Quae omnia perpendens venerabilis Frater Aloisius Concha, Manizalensis Episcopus, ab Apostolica Sede enixe petiit ut, ad Sacrorum Canonum normam, Canonicorum Capitulum in sua Cathedrali instituatur. Nos autem, rati hoc fidelium pietati sane profuturum, praehabito venerabilis Fratris Ioseph Beltrami, Archiepiscopi titularis Damasceni et in Columbiana Republica Nuntii Apostolici voto, de dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis consilio, oblatas Nobis preces lu ben ter excipiendas duximus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Canonicorum Capitulum

in Cathedrali Ecclesiae Manizalensi erigimus et constituimus, quod tribus constabit Dignitatibus nempe Decano, Archidiacono atque Thesaurario et septem Canonicis, quorum, ad Codicis Iuris Canonici normam, alter ad officium Theologi, alter ad Poenitentiarii officium deputentur. Canonicorum praebendam constituet pars decimarum ab Episcopo Manizalensi ad hoc adsignata vel adsignan da. Chorale servitium ad sacrorum canonum normas et iuxta quae in condendis Capitularibus Constitutionibus praescripta fuerint persolvatur. Dignitates et canonicatus ad iuris communis tramitem conferenda erunt, salvis igitur reservationibus in ipso iure statutis, et servato praescripto fidei professionem emittendi et sueta iuramenta praestandi ante beneficii possessionem. Cum autem congruum sit eos qui in Episcopi senatum adsciscuntur peculiaribus condecorar* insignibus, concedimus ut Dignitates et Canonici in choro et in capitularibus functionibus, intra fines tantum suae dioecesis, deferre possint supra vestem talarem nigram, zonam (vulgo *fascia)* **violacei coloris, rochetum, palliolum (vulgo** *mozzetto)* **nigri coloris cum oràe textibus, orbiculis et ocellis violacei coloris. Volumus insuper ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta (juae praesentibus Litteris a Nobis statuta sunt quam primum conficiantur, quas, ab Episcopo adprobatas, ab omnibus postea Dignitatibus et Canonicis religiose adservari iubemus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta executioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Ioseph Beltrami in Columbiana Republica Nuntium Apostolicum, deputamus eique propterea necessarias et opportunas tribuimus faeul tate», etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus ostensis tribueretur. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis**

id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Pei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die sexta Martii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. *R.* **E.** Cancellario

P. **Card. MARCHETTI SELVAGGIANI** — *8. Collegii Decanus.*

Fi R. C. Card. ROSSI — *S. C. Consistorialis a Secretis.*

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost,*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

*Reg. **in Catw.** Ap., vol. LXXV, **n. 6S** - Al.* Trussardi.

II

DE LISHUI
(LISOIOEIVENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LISHUI IN SINIS, IN DIOECESIM ERIGITUR, SUB NOMINE ((LISCIOEIVENSIS)).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicam in Sinis Praefecturam de Lishui, a fel. rec. Pio Undecimo, Praedecessore Nostro, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo, sub appellatione *de Ghuehow,* **seiuncto territorio e Vicariatu Apostolico de Ningpo erectam et Missionariis Societatis Scarborensis pro Missionibus ad Exteras Gentes concreditam, qui, etsi multis praepediti obstaculis, sollerter ac fructuose in catholicam religionem illic propagandam suam usque nunc navant operam, in dioecesim constitui ab Apostolica Sede, enixis dilecti Filii Societatis illius Moderatoris Generalis precibus expostulat um est. Nos vero de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attenteque favorabili voto venerabilis Fratris Antonii Riberi, Archiepiscopi titularis Darensis, in Sinis Internuntii Apostolici,**

omnibus mature perpensis, ut animus quoque praefatis divini verbi praeconibus addatur ad maiores exantlandos apostolicos labores, oblatis Nobis praecibus annuendum censuimus. Suppleto itaque quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Lishui, eius servato territorio, in dioecesim, *Liscioeivensem* **nomine appellandam, evehimus, erigimus et constituimus, eamque metropolitanae Ecclesiae Hamceuvensi suffraganeum edicimus eiusque idcirco pro tempore Episcopos metropolitico Hamceuvensis Archiepiscopi subiicimus iuri. Huius dioecesis sedem episcopalem in** *Lishui* **urbe constituimus, a qua ipsa dioecesis nomen mutuatur; Episcopi vero cathedram in eiusdem urbis ecclesia principe agimus, quam propterea ad cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, et ei et pro tempore Episcopis Liscioeivensibus omnia tribuimus iura et privilegia, honores, insignia et gratias, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae et earum Antistites iure communi fruuntur; illosque pariter omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Episcopalem autem mensam constituent, praeter bona hucusque ad Praefecturam Apostolicam pertinentia, Curiae Episcopalis emolumenta et fidelium oblationes, in quorum bonum dioecesis ipsa modo erecta est. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in cathedrali ecclesia Canonicorum Capitulum modo constituatur, volumus ut interim pro Canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit parvum saltem Seminarium iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Propaganda Fide traditas in hac quoque nova dioecesi erigatur. Quod autem ad dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera ceteraque huiusmodi, sacrorum canonum praescriptis inhaerendum iubemus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Internuntium Apostolicum in Sinis deputamus eique idcirco necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus peractae exsecutionis actorum authenticum exemplar eidem S. Congregationi de Propaganda Fide quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam**

tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus ; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, subiectionis, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die tertiadeeima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. B. E. Cancellario
F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANÍ
8. Collegii Decanus.

P. Card. FÜMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 96 - Al. Trussardi.

III

DE MAKASSAR
(MAKASSARENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MAKASSAR IN VICARIATUM APOSTOLICUM, ((MAKASSARENSEM)) NOMINE, EVEHITUR ET ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Archipelagi Indonesiani insula Célebes, undecim abhinc annis, a fel. rec. Pio undecimo, Praedecessore Nostro, erecta est Praefectura Apostolica de Matassar, quae Congregationis Immaculati Cordis Mariae, vulgo de *Scheut,* curis nunc concredita, ultimis hisce annis ob sédulas illorum Evangelii Praeconum curas tam laetos tulit, quoad catholicae fidei dilatationem et missionalia opera, fructus, ut digna visa sit quae ad Vicariatus gradum et dignitatem extollatur. Attento itaque venerabilis Fratris Georgii de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopi titularis Misthiensis, in Archipelago Indonesiano Delegati Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia Apostolicam quam supra memoravimus Praefecturam de Makassar, iisdem servatis limitibus, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine in Vicariatum Apostolicum, Makassarensem nomine nuncupandum, evehimus, erigimus et constituimus ; quem dilectorum Filiorum Congregationis Immaculati Cordis Mariae Sodalium curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum concreditum volumus. Novo autem Vicariatui Makassarensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis sigilloque viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem pror-

sus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam provectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die tertia decima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. B. Cancellario

P. Card. MARCHETTI SELVAGGI ANI *S. Collegii Decanus.*

P. Card. FÜMASONI BIONDI *S. C. de Propaganda Fide Praefectus.*

t **Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Selene,** *Dec. Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco SJ Plumbi

Reg. in Cane Ap., vol. LXXVI, n. 14. - Ai. Trussardi

IV

NIAMEYENSIS
, (PARAKUENSIS)

BX PRAEFECTURA APOSTOLICA NIAMEYENSI PARS MERIDIONALIS SEIUNGITÜR ET NOVA EXINDE ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, ((PARAKUENSIS)) NOMINE, QUAE SOCIETATI PRO MISSIONIBUS AD APRO S COMMISSA MANEBIT. PRAEFECTURA APOSTOLICA NTAMEYENSIS, ITA TERRITORIO IMMINUTA, CONGREGATIONI SS.MI REDEMPTORIS COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Evangelizationis operi melius procul dubio consulitur, si enascentes inter infideles populos Ecclesiae, nimio territorio redundantes, disperdantur et novae exinde constituantur Missiones aliis divini verbi Praeconibus concredendam. Quo moti consilio lubentissime excipiendas duximus preces ad hanc Apostolicam Sedem oblatas, quibus exposcitur ut Praefectura Apostolica Niameyensis in Africa Occidentali bipartiatur et nova proinde erigatur Praefectura. De consilio itaque venerabilium

Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, omnibus mature perpensis, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab Apostolicae Praefecturae Niameyensis territorio meridionalem partem separamus, complectentem civiles districtus *de Kandi, Paralcon, Djougou* **et** *Natitingou* **et non excedentem lirnites septentrionales coloniae civilis** *de Dahomey;* **eamque in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam** *ParaJcuensem* **nuncupandam, quae concredita manebit Patrum Societatis Pro Missionibus ad Afros curis. Partem vero septemtrionalem Niamey en sis Praefecturae Apostolicae, ita etiam in posterum appellandae, complectentem districtus civiles** *de Zinder, Niamey* **et** *Fada N'Gour~ ma,* **curis committimus Congregationis Ssmi Redemptoris sodalium, qui plures iam annos sacerdotale illic ministerium laudabiliter exercent. Novae autem Praefecturae Apostolicae Parakuensi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstrui gimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti sigillo munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die tertiadecima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. ***R.*** B. Cancellario
F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. **Card. FUMASONI BIONDI**
S. ***C. de Propaganda Fide Praefectus-***

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 92. - Al. Trnssarâi.

V

B. M. V. DE MONTE SERRATO FLUMINIS IANUARII

MONASTERIUM B. M. V. DE MONTESERRATO FLUMINIS IANUARII IN ABBATIAM ((NULLIUS)) ERIGITUR SEU RESTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Decessor Noster sa. mem. Pins Papa Decimus per S. Congregationis Consistorialis Decretum, die quintadecima Augusti mensis, anno millesimo nongentesimo septimo editum, ab Amazonensi dioecesi territorium de *Rio Branco* seiunxit et Coenobio adnexuit B. M. V. de Monteserrato Fluminis Ianuarii Congregationis Brasiliensis Ordinis S. Benedicti, in urbe *Rio de Janeiro* exstanti ; atque exinde Coenobium istud in Abbatiam *nullius* erexit. Per eiusdem Congregationis Decretum alterum, die vicesima prima Aprilis mensis, anno millesimo nongentesimo triger simo quarto editum, Pius Undecimus, et ipse Decessor Noster, idem territorium de *Rio Branco* a iurisdictione subtraxit Archiabbatis Monasterii praefati B. M. V. de Monteserrato Fluminis Ianuarii et commissum, voluit in Administrationem Apostolicam Prioratui S. Bonifacii in urbe *Boa Vista* eiusdem Congregationis Ordinis S. Benedicti ; ac proinde Monasterium illud B. M. V. de Monteserrato Fluminis Ianuarii desiit esse Abbatia *nullius* et monastica tantum Abbatia evasit. Apostolicis deinde Litteris *Ad maius animarum bonum* die trigesima Augusti mensis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo quarto sub plumbo datis, territorium de Rio Branco in Praelaturam *nullius* a Nobis erectum est, Monachis Prioratus S. Bonifacii Congregationis Ordinis S. Benedicti concreditam. Nuper vero cum dilectus Filius Placidus Staeb, Congregationis Brasiliensis eiusdem Ordinis Archiabbas, enixe ab Apostolica Sede postulaverit ut sui monachi ab administratione praefatae Praelaturae *nullius* de Rio Branco, praesertim propter exiguum sacerdotum numerum, eximantur, Nos petitioni huic benigne annuere statuimus; et, prae oculis habentes labores et opera quadraginta annorum spatio a Monar chis Ordinis S. Benedicti in territorio de Rio Branco impensa, rogante praefato Archiabbate, et de dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis consilio, titulum Abbatiae *nullius* veteri Monasterio B. M. V. de Monteserrato Fluminis Ianuarii concedere seu restituere decrevimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, consensu aliorum quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesu-

mant, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine praefatos Monachos Congregationis Brasiliensis Ordinis S. Benedicti ab administratione eximimus Praelaturae *nullius* **de Rio Branco; et insuper territorium, inter septa tantummodo eiusdem Monasterii circumscriptum, ab archidioecesis S. Sebastiani Fluminis Ianuarii territorio evellimus, atque ex eo Abbatiam** *nullius* **B. M. V. de Monteserrato Fluminis Ianuarii appellandam, constituimus eamque uti suffraganeae subiicimus Ecclesiae metropolitanae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii. Porro, etsi Abbatia ista paroeciis careat, tamen ex peculiari gratia, non obstante praescripto canonis 319, § 2 Codicis Iuris Canonici, illius pro tempore Abbati iura, privilegia et facultates tribuimus, quibus ceteri Abbates** *nullius* **fruuntur eumque officiis et obligationibus adstringimus, quibus ceteri adstringuntur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Carolum Chiarlo, Archiepiscopum titularem Amidenum et apud Brasilianam Rempublicam Nuntium Apostolicum, deputamus, eique tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Has igitur Nostras Litteras firmas, validas et efficaces semper esse ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere et illis ad quos spectat in omnibus plenissime, suffragari volumus et statuimus. Volumus insuper ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nulli ergo hominum hanc paginam Nostrae exemptionis, restitutionis, constitutionis, derogationis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei ausu temerario contraire liceat. Si quis vero id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die undevicesima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

Fr. R. C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXV, n. 95 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUARIUM B. MARIAE V. ((NOSTRAE DOMINAE SPEI)) IN MACERIENSI CIVITATE, VULGO MEZIÈRES DICTA, INTRA RHEMENSIS ARCHIDIOECESIS FINES, TITULO BASILICAE MINORIS ORNATUR.

PIUS PP, XII

• •Ad perpetuarti rei memoriam. — Praefervida tantaque est fidelium, Maceriensium potissimum, pietas erga perantiquam Imaginem Beatae Mariae Virginis, quae, « Nostra Domina Spei » appellata, usque a nono saeculo omni colitur honore in Maceriensi civitate, vulgo « Mezières » dicta, intra Rhemensis Archidioeceseos fines, ut eorum muneribus iiupensisque magnifica et praeclara exstructa sit Ecclesia, in qua ipsa asservatur Imago. Cuius religione urbs cinc ta quodammodo fuit efficacius quam ipsis moenibus. Nam Virgo Maria, quae plura per saecula iugi circumdata fuit pietate, et large quoque eflhiseque incolis donavit beneficia, quorum multa in miraculorum numero haberi possunt, tempore atrocissimi immanisque belli, tandem superiore anno perfecti, maiora tulit auxilia gratiasque dilargita est. Incolis militibusque assiduas fundentibus preces et sollemnibus quoque pompis Deiparae patrocinium implorantibus, Beata Maria Virgo, ad propulsandam a moenibus civitatis, suae saluti concreditae, hostium vim iugiter parata, suum obtulit divinum et certum praesidium. Sic plane servata Maceriensis urbs, quamvis tormentis et telis verberata, quamvis omne genus cladibus Obiecta furorique belli, clarum divini et mirifici auxilii praebet testimonium. Quo factum est ut filialis pietas populi erga Virginem Mariam, e cuius Sanctissimo gremio tam mira emanarunt, in increménto fuerit semperque sit. Christifideles, qui frequentes Statuam, post inventano., in omne tempus coluerunt, nunc multum aucti sunt, et quotannis, die festo Sanctissimae Trinitatis, coetus convocatur, qui Deiparae cultorum numerum sex milium excedit. Omnes, qui Beatae Mariae Virginis, nomine « Nostrae Dominae Spei » auxilia experti sunt, valde optantes ut Ecclesiam, in qua praefata Imago servatur, plura, miracula edens, ad *Basilicae Minoris* dignitatem Vos evehere dignemur, humiliter *Nos* in vota vocarunt. Quapropter Venerabilis Prater *Aloysius Augustinus Marmottin j* Rhemensis Archiepiscopus, Nostra benignitate omnino confisus ardenter que cupiens ut magis magisque in dies cultus ac pietas erga

Virginem Mariam augeantur, enixas preces *Nobis* **adhibuit, ut praedictam Ecclesiam tanta dignitate** *Nos* **honestare dignemur. Quibus votis precibusque** *Nos* **peramanter obsecundantes, audito Venerabili Fratre Nostro** *Carolo* **Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali** *Salotti,* **Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque iii modum Ecclesiam in Maceriensi civitate, vulgo « Mezières » appellata, exstantem, intra fines Archidioecesis Rhemensis, titulo ac dignitate** *Basilicae Minoris* **decoramus, cum omnibus privilegiis, praerogativis atque iuribus, quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere : suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum : irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XY-mensis Augusti, in festo Assumptionis,Beatae Mariae Virginis, anno MCMXXxxvj, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

B. MARIA V., IMMACOLATI CORDIS TITULO, PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA ¡SIÜCEUVENSIS DIOECESIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Novissimo universarum gentium bello furente, cum atrocissima quaeque terra marique caeloque perpetrarentur, mentes quorundam perterritas haec forsan invasit opinio, nullam iam pietatem in hominum cordibus superesse. Sed opinentur ita, sed hoc profiteantur qui non meminerint illius materni Cordis quod una simul cum Infantis sui Iesu Corde suavissimo flagrantissime palpi ta vi t. Immaculati Mariae Cordis pietas est propemodum infinita, ex

illa quadam infinítate quam propter consanguinitatem cum Deo, Deiparae proprium esse Doctor dicit Angelicus; Mellifluus autem Doctor animam Beatae Mariae Virginis dicit affectuosissimam. Cum itaque, refrigescente mundo, de caelo esset ignis iterum excitandus, Nosmet ipsi in festo Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, eidem Immaculato Cordi genus hominum universum sacratum in perpetuum voluimus. Maiori exinde cum fiducia Christifideles undique gentium gratiae thronum adire coeperunt, et largior itidem Mariae aperta est misericordiae vena. E plenitudine ac dulcedine materni Cordis hauserunt abunde etiam fideles Siüceuvensis Dioecesis in Sinis, qui suam e periculis aerumnisque bellicis potissimumque ex laponensium obsidione incolumitatem eidem Immaculato Cordi referunt acceptam. Cum autem votum Deo nuncupaverint se Beatam Virginem Mariam sub Immaculati Cordis titulo Patronam sibimet ipsos delecturos, nunc votum idem Apostolica auctoritate firmandum soivendumque subiecerunt Nobis per Venerabilem Fratrem *Philippum Voté,* **Siüceuvensem Episcopum, cuius vota precesque Nobis rettulit Venerabilis Frater Noster** *Carolus* **Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis** *Salotti,* **Episcopus Praenestinus, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus. Quibus precibus Nos benigne libenterque indulgendum esse censuimus. Itaque certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum,** *Beatissimam Virginem Mariam, Immaculati Cordis titulo, praecipuam Caelestem Patronam* **Siüceuvensis Dioecesis confirmamus, declaramus atque constituimus, omnibus et singulis adiectis privilegiis liturgicis quae praecipuis locorum Patronis competunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Maii, anno MCMXXXXVII, **Pontificatus Nostri nono.**

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

III

ECCLESIA COLLEGIALIS **B.** MARIAE) V., VULGO DICTA ((DE SAN JUAN DE LOS LAGOS », INTRA FINES ARCHIDIOECESIS GUADALAJARENSIS, HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — De historia Ecclesiae Collegialis B. **Mariae Virginis vulgo dictae «de San Juan de los Lagos», de nobili eius structurae genere, pulchritudine, maiestate, nec non de opulentia supellectilis operumque illustrium copiose exponens, Venerabilis Prater** *Iosephus .QariM Ewem,* **.Guadalajarensis Archiepiscopus, a Nobis enixe effiagitavit, vota quoque nonnullorum Mexicanae ditionis Praesulum depromens, ut laudatam Ecclesiam ad Basilicae Minoris dignitatem Nos evehere dignaremur. Ab ipso nimirum Oratore certiores facti sumus primum dicti Sanctuarii lapidem a rec. mem. Carolo Gómez de Cervantes, Episcopo Guadalaiarensi, anno millesimo septingentésimo tricesimo secundo collocatum benedictumque fuisse in oppidulo videlicet, quod, sub invocatione ac patrocinio Divi Ioannis Praecursoris positum, religiosi Franciscani, universae illius regionis evangelizatores, vel iam exsistens invenerunt vel per se ipsi constituerunt. Illuc enimvero ab eisdem primum allata fuit parva Imago Beatae Mariae Virginis, sub titulo** *Conceptionis,* **quae, temporis iniuria tabescens, apte restituta fuit ex quo, mirum in modum, uti fertur, a discrimine ultimo vitae moribunda puella servata fuit simulatque Imagini supplices pro eius salute preces adhibitae fuerunt. Magis exinde magisque in dies ipsius cultus crevit, prioresque duae Ecclesiae, non satis ultro idoneae ad fidelium copiam accipiendam, locum dederunt huic pulcherrimo Templo, quo aedificando omnes munifici fideles tunc temporis extra modum magnificentia processerunt. Hodiernum Templum, vulgo appellatum <(de Nuestra^ Señora de San Juan », die tricésima mensis Novembris anno millesimo septingentésimo sexagesimo nono benedictum sacrisque publicis apertum fuit. Mira, quae Beata Virgine « de San .Juan » deprecatrice patrata ferebantur, tanti nominis famam Eiusque cultum ita augebant ut e civitatibus quoque ac longinquis locis plurimi Ecclesiam celebrarent, opem a divina Matre imploraturi. Exinde factum est ut Sacra illa Aedes decore, copia, cultu facile alias multas praestiterit. Tali intus Templo, amplitudine conspicuo, opus doricum cernitur, minime vero ita adamussim expressum sicut in graeco-romana arte, sed hispanica, seu potius nationali, quam « colonial » vocare mul-**

tis libuit. Gothicae vero speciei sunt forniees, quamvis arcubus rotundis suffulti ; structuram penitus demonstrant insolitam, quia, ad planitiem devitandam, in multiplices evolvuntur forniculas, variis perpuichrisque inibi innixis venis : omnia haec eleganter ficta sunt, eximiae plena venustatis. Admiratione sunt digna altaria more graeco-romano decorata ac praecipue maius, quinque ornatum grandibus sculpturis, in eius culmine et utroque in latere inter columnas collocatis. Nobile supereminet aulaeum, columnis marmoreis suffultum, conchae instar obumbrans; permagnum intus exstat tabernaculum affabre congruenterque structurae Ecclesiae effectum, octo stipatum coluniellis, ionicis item frondibus ornatis; summoque renidet cacumine circumdata radiis nubécula. Ibi crystallis mediis, adhuc supra mensam pretiosiorem, perpulchris plenam caelaturis, desuper posita est cupa artis speciosissimae pro basi inserviens; cumque omnia argento puro admodum sint confecta, Sacra Imago Beatae Mariae Virginis populis devotis conspicienda patet. Mensa altaris, e Oarrariensi marmore orientalique alabastro, et aegyptia granata, perduro lapide, arte summa conformata, eadem est quae in Patriarchali Aede Beatae Mariae Angelorum, prope Asisium, Portiuncula nuncupata, antehac sita conspiciebatur, deinde a rec. mem. Archiepiscopo *Francisco Orozco y Jiménez* memoratae Collegiali Ecclesiae una cum ornamentis donata. Quam supra mensam adhuc est expositorium mirabili opere pretioso ex metallo perfectum. Plurimum elegantiae excipit Templum e duabus proceris ornatisque turribus, e quarum altitudine aeneae campanae sonos eliciunt lateque diffundunt, modulatos suaviterque fidelium auribus blandiuntur ut Beatae Mariae Virgini preces ab imo -pectore fundant introeuntes in Templum per pronaon amplum, repagulis undique circumsaeptum colu*-mellis refertis, elegantibus distinctum columnis ferreisque munitum et artificiosis cratibus. Imminet praealtus, musivo opere perbelle ornatus, tholus a latere circumdatus vitris. E quatuor sacellis, Templo afferentibus decus, illud pulchre renidet in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, nobilioribus inauratis metallis affabre confectum. Desuper, adest, admirandum in modum, media inter columnas, Virginis Guadalupensis Imago. Duobus in sacellis, prope ingressum, subter turres, apte accommodatis, religiose asservantur in arcis crystallinis Sanctorum Martyrum Puerorum Benigni et Vincentii Relliquiae sub ceris arte fie tis. Quartum sacellum post Altare maius et B. M. Virginis Thronum elate exstat decore ornatum. Quem laudavimus Guadalajarensis Antistes, rem ordine enarrans, historico nitore usus, addit praeterea amplissimo in Sacrario, tribus fornicibus cum arcubus insignis archi-

tecturae pieturisque exornato, summa cum munditia asservari sacerdotalia vestimenta, quorum nonnulla permagni pretii: ex aureo et argenteo panno duo : alterum, caeruleum nempe, taurinense, ornatissimum atque argento primo relucens ; <(angelicum » alterum e Lugdunensibus officinis ; asservari quoque viginti supra centum planetas, duos calices auro solidos totidemque ostensoria, ac reliquam praecipuae artis copiosam argenteamque supellectilem. Quod autem idem Guadalajarensis Archiepiscopus oratione exaggerat est ingens quidem populorum frequentia ad invisendani tam portentosam leonem, adeo ut, si olim, pro titulari festo ac nundinis insequentibus, usque ad triginta millia illuc conveniebant fideles, nunc, reviviscente pietate, minimeque lucrum quaerentes, pro festis quibusdam ac potissimum in festivitate de Purificatione B. Mariae Virginis, ducenta millia et amplius concurrant, plurimique pedibus per aspera et devia peregrinen tu r itinera ac non pauci genibus viam arripiant. Pietate fidelium, tanta colligitur stipis vis, ut quotannis affluentes copiae non modo satis divini cultus faciant expensis sed dioecesanis, quoque operibus suppetiantur. In ipsa Ecclesia Collegium Canonicorum diligentesque Sacerdotes in liturgicas functiones decore peragendas magno numero incumbunt. Templique decorem ac splendorem adaugent rerum divitiae, opera et artificia; duo videlicet vasa praegrandia, sed delicatissima arte perfecta, vulgo « tibores » appellata, e Sinensibus regionibus antiquitus allata ac B. Virgini dono donata ; sex picturae de re biblica Petro Paulo Rubens merito ascriptae; duae aureae coronae, quarum antiquior, tot tamque pretiosis eleganter que illigatis adamantibus micans, tali subtilitate col oru inque varietate, sic exquisite perfecta, ut omnes in maximam admirationem coniciat. Diademate pretiosissimo ipsa Imago Beatae Mariae Virginis « de San Juan » benigna concessione rec. mem. Decessoris Nostri *Pii Pp. X,* **per Decretum Capituli Vaticani, redimita fuit. Tum laudata Ecclesia, plurimis et a pluribus Decessoribus Nostris ditata privilegiis, titulo Collegialis anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio a Decessore Nostro fel. rec.** *Pio Pp. XI* **insignita fuit. Hisce omnibus de hoc Templo scriptis, narratis, adhibitas Nobis preces votaque ad Nos lata ultro libenterque excipienda censemus, quum maxime sit Nobis cordi ut firmior, amplior vividiorque fiat in dies erga Virginem Mariam Guadalajarensium pietas fidelium. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro** *Carolo* **Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali** *Salotti,* **Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in**

modum, Ecclesiam Collegialem Beatae Mariae Virginis vulgo « de San Juan de los Lagos » nuncupatam, intra fines Archidioecesis Guadalajarensis exstantem, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus cum privilegiis atque honoribus, quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Maii, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

IV

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR ECCLESIA GRAECI RITUS DEO IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS PERDOLENTIS IN LOCO « MÁRIAPÓCS » DICATA, INTRA FINES EPARCHIAE HAJDUDOROGHENSIS IN HUNGARIA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Hungaricae gentis fides, quam Stephanus Rex Sanctus primus propagavit, singulari munificentia fovit et praeclaris virtutibus illustravit, haereticorum et infidelium conatibus minime obstantibus, plura saecula mirifice effulsit multaque ac praeclara edidit omni tempore documenta. Inter quae primum locum tenet peculiaris illa devotio erga Sanctissimam Dei Genitricem, quam ipse Stephanus constituit Hungariae Patronam quamque precibus suis omnino adnuentem suisque necessitatibus opportuno tempore subvenientem fideles Hungari experti sunt. Huiusmodi vero Magnae Dominae et Serenissimae Reginae, prout ipsi Eam appellare solent, maternae sollicitudinis insigne monumentum habendum est Sanctuarium, in planifie vulgo « Szabolcs » exstans, « Máriapócs » nuncupatum et in quo Imago Beatae Mariae Virginis in ligno depicta singulari veneratione coli coepta est

anno Domini MDCXCVI^ quo, uti fertur, a die iv m. Novembris ad VIII m. Decembris lacrymas pluries effudisse a multis illuc convenientibus hominibus aetate, conditione, religione diversis visa est. Nec defuerunt miracula et nonnulli ex infidelitate et haeresi ad catholicam veritatem mirabiliter conversi sunt. Quae omnia ab Episcopali Curia Agriensi, cuius iurisdictioni tunc Pócs subiectum erat, rite examini proposita, tamquam coelestia prodigia habenda esse declaratum et publicis documentis traditum est. De quibus certior factus, Leopoldus, Austriae Imperator et Hungariae Rex, proximo anno, pro sua pietate, voluit ut sacra Imago ab Episcopo Agriensi Georgio Fenessy, magna pompa et ingenti populi concursu, transferretur Vindobonam, ibique, in Ecclesia Sancto Stephano Protomartyri dicata, publicae venerationi exponeretur. Traditur insuper, Eugenium a Sabaudia, supremum christiani exercitus ducem, antequam, mense septembri anno MDCXCVIII, apud locum v. « Zenta », adversus Turcarum copias, Christianorum copiis multo maiores, proelium committeret, oculis conversis ad Vindobonam, ubi tunc fideles enixis precibus auxilium Beatae Virginis implorabant, ab Ipsa pie petiisse ut a Christianorum finibus imminens periculum averterei et victoriam de infensissimo hoste a Deo impetraret. Quod cum feliciter evenerit, percrebuit et usque ad hodiernum diem perseverat Vindobonensium erga Beatissimam Virginem a Pócs devotio et publicus cultus. Sed parvum paglini, a quo, ut diximus, prodigiis clarum ligne u m simulacrum translatum fuerat, ab Ipsa Deipara electum prae ceteris locis visum est tamquam miraculorum theatrum et divinarum gratiarum fons. . Etenim novum simulacrum, exemplari omnino conforme, anno MDCCVII, iussu Stephani Teleseky, Episcopi Agriensis, in ecclesia memorati pagi « Pócs » denuo collocatum, fertur anno MDCCXV diebus *i,* II et v Augusti mensis, lacrymas iterum effudisse. Etiam prodigium hoc rite examinatum et adprobatum fuit ab eadem Curia Episcopali Agriensi, quae sacrae Imaginis cultum excitandum et augendum curavit, ita ut, ex illo tempore, fidelium concursus ad memoratum templum in dies frequentior evaserit et in praesenti celeberrimus in Hungaria peregrinationum locus non solum ab Hungarico populo sed etiam a Slavicis gentibus, Ruthena praesertim et Rumena, habeatur. Qui peregrinorum, natione, fide et ritu diversorum, conventus adsiduus concordiam inter eos et christianam caritatem maxime fovit et augere pergit in dies. Magno autem afficimur gaudio cum compertum habeamus « Máriapócsense » Sanctuarium fuisse semper et adhuc esse veluti centrum auspicatissimae illius unionis quae anno MDCXLVI facta est inter populos orientalis ritus in Hungaria degentes, qui usque ad praesens a Beatissima Dei Genitrice et Virgine

Maria, gratiarum omnium apud Deum sequestra, expostulant et obtinent necessitatibus suis auxilium opportunum, doloribus cuiusque generis levamen in sua erga hanc Divi Petri Gathedram fidelitate perseverantiam, in praesentibus gravissimis angustiis spem et fiduciam. Fertur insuper etiam anno MCMV veneratae Imaginis novam lacrymarum effusionem ab Episcopali Curia Munkácsiensi, ad quam tunc temporis Pocs pertinebat, examinatam et praeternaturalem declaratam rite fuisse. Interea, cum prima sacra aedes, ex ligno tantum extructa, ad confluentes ex finitimis regionibus peregrinos excipiendos magis in dies impar fieret, anno MDCCXXXI, a Georgio Gennadio, Byzantinorum Episcopo, aedificari a fundamentis coeptum est novum amplum et arte praeclarum templum, quod a successoribus Antistitis quem diximus, anno MDCCLVI completum et in formam, que nunc cernitur, redactum est. Hisce vero novissimis annis instauratum et ornatissima nova ara maxima ditatum est. Cum autem anno MCMXLVI, anniversarius ducentesimus quinquagesimus primae lacrymationis saepius memoratae sacrae Marianae Imaginis simulque trecentesimus felicis unionis gentis orientalis ritus Hungariae cum Catholica Ecclesia celebratus sit, dilecti filii Superior Provincialis Ordinis S. Basilii Magni Congregationis a S. Iosaphat M. in Hungaria et Rector Ecclesiae « Mariapöcs » idemque Moderator continentis monasterii, preces, Procuratoris Generalis Ordinis S. Basilii M. commendatione suffultas, ad Nos admoverunt ut Ecclesiam ipsam titulo et privilegiis Basilicae Minoris, ad duplicem anniversariam diem digne commemorandam, decorare velimus. Quas preces, etiam votis et gravibus roboratas suffragiis Dilecti Filii Nostri Iosephi S. R. E. Presbyteri Cardinalis Mindszenty, Archiepiscopi Strigoniensis et Principis Primatis Hungariae, necnon Ven. Fratris Nicolai Dudas, Episcopi graeci ritus Hajdudoroghensis, benigne excipientes, ut Nostram erga benignissimam Dei Matrem pietatem et magnam fiduciam in praesentibus angustiis testemur, ut tantorum suffraga torum optatis accedamus, audito Venerabili Fratre Nostro Eugenio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Tisserant, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, S. Congregationis pro Ecclesia Orientali Secretario, certa scientia et matura deliberatione Nostris atque Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam graeci ritus Deo in honorem B. Mariae Virginis Perdolentis, in loco v. « Máriapócs », intra fines Eparchiae Hajdudoroghensis in Hungaria, honoribus ac privilegiis Basilicae Minoris decoramus atque aflicimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus ac statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sor-

tiri et obtinere; illisque quibus pertinet, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv m. Martii, anno MCMXLvni, **Pontificatus Nostri decimo.**

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULA

AD REVMUM P. IOANNEM BAPTISTAM JANSSEN», SOCIETATIS IESU PRAEPOSITUM GENERALEM EUMDEMQUE CONSOCIATIONIS AB «APOSTOLATU ORATIONIS)) MODERATOREM SUPREMUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quod sodales Consociationis ab « Apostolatu Orationis », cui tu digne moderari», tam frequentes « ex omnibus gentibus et populis et linguis »[1] Romam convenerunt, ut collatis inter se consiliis, diuturno rerum usu alitis confirmatisque, temporum nostrorum necessitatibus praesidia luculentissima admoveantur, ex animo gaudemus. Neque enim Nos fugit quanto studio hac vestra omnibus aperta ac pervia sodalitate divini Iesu Cordis cultui propagando incumbatis, cum non **modo ephemeridibus illis, quibus « Nuntii Sacratissimi Cordis » est nomen, quadraginta ferme linguis editis, aliisque scriptis** bene **multis, sed etiam recentissimis aetatis nostrae inventis, cinematographica videlicet arte atque undis radiophonicis, studeatis christifideles imbuere spiritu apostolico, uti decet membra illius Ecclesiae, cui a Domino ipso dictum est: «Euntes docete omnes gentes ».[2] Huiusmodi enim Apostolatus, nedum certis quibusdam precibus absolvatur, eo potius suapte natura tendit, ut suis asseclis perfectissimam christianae vitae formam praebeat atque suppeditet; cum nemo christiano nomine dignus Christique Corpori Mystico per Baptismum insertus suae possit sanctitati consulere aeterna aliorum**

[1] *Apoc.* **T, 9.**
[2] MATTH. 28, 19.

salute neglecta;, im memor « unicuique Dominum mandasse de proximo suo ».[3] At vero, cum christifidelium inter se et cum Christo coniunctio ac coagmentati© optime per cultum erga Ssíñum Iesu Cor perficiatur — adeo ut iure meritoque dici queat Apostolatum Orationis perfectam formam esse pietatis erga Ssmum Cor Iesu, ac vicissim pietatem erga divinum Cor Iesu ab Apostolatu Orationis omnino seiungi non posse — cumque eiusdem huius pietatis sit amorem in Deum hominesque usque ad plenam devotionem sui excitare, idcirco sodalitium hoc vestrum tamquam tesseram sibi adiudicavit propriam illud dominicae orationis : « Adveniat Regnum Tuum ». Etenim per oblationem quotidianam, quam qui penitius consideraverit veram esse agnoverit divino Iesu Cordi consecrationem, quaeque, tamquam sui ' complementum, non modo familiarum ac privatarum consociationum, sed ipsarum etiam Civitatum consecrationem videtur expostulare ; per cultum Immaculato B. Virginis Cordi in dies mire succrescentem ; per crebriorem christifidelium divinae mensae consuetudinem ; per fervidissimum in Christi Vicarium amorem; per peculiares denique intentiones, quae singulis mensibus sociorum menti proponuntur, itemque per « Missarum Horologium », quod vocant, « Orationis Apostolatus » cum christianae plebis universitatem, tum delectissimos manipulos ad religionem pietàtemque informat actuosoque fervore incendit ; idque non tantum in nationibus iamdiu evangelica luce collustrat», sed in ipsis quoque regionibus recens suavi Christi iugo subiectis. Quae omnia prae oculis habentes, ut Decessor Noster fel. rec. Pius XI, ita et Nos ediximus iterumque perlibenter declaramus gratissimum animo Nostro futurum si christifideles ad unum omnes huic sacrae militiae dent nomen ita ut hodiernum asseclarum numerum, qui ad tercenties quinquagies centena milia facile accedit, quam longissime exsuperen t. Neque id cuiquam suspicionem inicere potest cuiusdam quasi in alienas messes irreptionis, cum ii qui « Apostolatus Orationis » divino quodam instinctu fundamenta iecerunt illud iam fuerint aperte professi : nihil nempe se novi, sicubi pia instituta iam fiorerent, inducturos, verum illud solummodo fore curar turos ut cum ceteris consociationibus, eorum ordinibus nullatenus perlurbatis, divini amoris ignem et apostolicum studium communicarent. Quare, multo ante quam laicorum sodalitia Regno Christi maxime provehendo laeta illa incrementa suscepissent, quae hodie gratulantes cernimus, iidem iam solidum doctrinae corpus apparaverant, qua apostolicorum hominum et interiorem vitam alerent et incepta sustentarent ; porro quasi ea actuosae vitae pericula praesentientes, quae Nos de « hae-

[3] Cfr. *Bccti.* 17, 12.

resi actionis » disserentes indicavimus, etsi Christi Regni dilatandi studium et dilaudarent et foverent, primas tamen partes interiori vitae tributas voluere, probe scientes hanc humanis quibuslibet industriis immensum praecellere in animis Deo lucrandis. Quae cum ita sint, quemadmodum centesimum a constituto « Apostolatu Orationis » annum commemorantes monuimus, omnes christifidelium consociationes, eae praecipue quae « Actionis Catholicae » nomine decorantur, quanto largius ab hoc copiosissimo fonte « aquae salientis in vitam aeternam » hauserint, eo arctiore caritatis vinculo « quod est vinculum perfectionis » et cum Christo et inter se cohaereant necesse est; ex qua etiam animorum coniunctione operumque conspiratione et uberiores suorum laborum fructus singulae coacervabunt, et, quod caput est, illud consequentur ut pax Christi in cordibus omnium exsultet, in qua omnes vocati sunt in uno corpore.[4] At progressu temporum factum est, ob singularia rerum adiuncta, ut nonnullae sodalitates vel ex ipso « Apostolatu Orationis » efflorescerent vel cum eodem consociarentur, ita tamen ut, eius pia exercitia in suam rem derivantes, propriam sibi agendi normam propositumque praestituerent, quales sunt « Cruciata Eucharistica », quae dicitur, et «Foederationes a Ssmo Iesu Corde» nuncupatae. Quarum prima, quae inter iuniores ubique terrarum plurimum invaluit, incredibile est quot puerorum agmina, divini Cordis delicias, ad crebram, imo etiam cotidianam, coelestis mensae consuetudinem adducta, sincera in Deum pietate solidoque animorum Deo lucrandorum studio imbuerit, quotque se totos divino servitio mancipandi desiderio inflammaverit; ita quidem ut idem Decessor Noster Pius XI « Cruciatae. Eucharisticam » appellandam declaraverit « Actionis Catholicae » quasi palaestram vel tirocinium. Quamobrem non sine magna animi voluptate accepimus huiusmodi institutum grandiori aetati rite accommodatum frequentissimos adulescentes iam sibi adscivisse, vario nomine appellatus, qui rectius pleniusque in schola Christi instituantur. Singulari autem nota consociatio illa digna est, quae « Foederationis a Ssmo Corde », seu « Foederationis a Perseverantia » nomine censetur, quaeque vel viros aetate provectos, vel adulescentes Spiritualibus Exercitiis saepe iam excultos, congregat hac praecipua lege ac ratione ut semel saltem in mense conveniant universi codeste epulum una celebraturi. Quibus christianae vitae exemplis praeclarissimis permoti, quot christifideles sive in pagis sive in urbibus ad meliorem frugem remeare suaviter compulsi sunt! quot ultro libentes pacificae militiae nomine dato, sive « rectae conscientiae restituendae », sive temperantiae pro-

* Cfr. *Col.* 3, 14.

movendae, sive aliis id genus inceptis, re ipsa alte proclamavere quantum valeant ad vitam catholice instituendam huiusmodi hominum coetus sub Ssmi Iesu Cordis vexillo pro aris et focis dimicandum! Nil mirum igitur quod ob tot tantasque utilitates rei catholicae comparatas, quae pignora indubia sunt maiorum fructuum in futurum afferendorum, pluribus in locis sacrorum Antistites Foederationes a Ssmo Corde <(Actionis Catholicae » acies seleetissimas declaraverint, cum eaedem ad hoc munus obeundum aptissime sint instructae ac conformatae. Qua in re silentio praeterire nolumus radiophonicas illas enunciationes, quae nuperrime variis linguis per plusquam sexcentas Stationes efferri coeptae, centies quinquagies centena hominum millia attingentes, atque igniculos veluti quosdam virtutum amorisque in Deum in auditorum animos inicientes, natae sunt ad fervidae christianae vitae sive inter domesticos parietes, sive in foro ac vel in ipsis consiliis rebus publicis administrandis, nedum desideria roboranda at etiam novis stimulis exercenda. De quibus omnibus editis in Ecclesiam promeritis dum singulis sodalibus ex animo gratulamur atque a Deo precamur ut eorum inceptis larga semper fructuum ubertas arrideat, tibi, dilecte Fili, laborisque tui consortibus, atque universis (f Apostolatus Orationis » membris et coetibus eidem vel origine, vel caritate devinctis, divinorum munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xix mensis Septembris, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo,

PIUS PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A SUMMO PONTIFICE CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB QUINTUM CONVENTUM EUCHARISTICUM NATIONALEM E TOTA BRASILIA IN URBE PORTALEGRENSI COADUNATIS. *

Veneráveis Irmâos e dilectos filhos,

Pela quinta vez, em breve volver de anos, se reúne hoje o católico povo Brasileiro em Cortes de honra à volta do trono eucaristico do Bei divino, para prestar-lhe as devidas homenagens da sua fé sincera, da sua esperança firme, do seu amor agradecido.

* Datus die 31 Octobris mensis fu 1948.

Desta, vez a concentralo faz-se na capital do Rio Grande do Sul, na nobre cidade de Porto Alegre, que, ha precisamente cem anos, foi constituida Rispado independen te, para dal! a pouco surgir à categoria de Arcebispado, transformando a diocèse numa grande e florescente Provincia eclesiástica.

Assim esse Quinto Congresso Eucaristico Nacional reveste um pròprio, caraterístico significado. Nao é só a devida apoteose de adoraçâo e 1 ou vor, de amor e acca o de graças ao Deus da Eucaristia, constantemente presente nos mil Sacrários, que constelam as Terras do Cruzeiro, protegendo-as, santificando as, vivificando-as sobrenaturalmente ; - è, em primeiro lugar, a homenagem de gratidâo que os fiéis da Arquidio* cese Porto-alegrense e das Diocèses sufragáneas, e com eles - unidos num só coração e numa só alma - os fiéis de todos os Estados da grande Confederaçâo Brasileira elevam ao Senhor por um século de assinalados beneficios, com que a divina liberalidade tao opulentamente enriqueceu toda a Provincia de Säo Pedro do Rio Grande do Sul.

Quando o primeiro Antistite de Porto Alegre viu inesperadamente cair sobre seus ombros a cruz do novo Rispado, sentiu-a enormemente pesada : tanta era a esc assez de colaboradores, que o ajudassem a levá-la. Pouquíssimo o Clero para as poucas, mas imensas, frèguesias; quasi nenhum para o seminario que tentava fundar! Em consequência, por toda a parte, na oceànica vastidäo das cochilhas, um espectáculo quasi täo confrangedor, como aquele que o Redentor divino contemplava ñas suas correrias apostólicas atravéz da Palestina e que lhe fazia vibrar de comiseraçâo as mais íntimas fibras do Coraçao terníssimo.

Hoje, graças ao zelo indefesso dos Pastores de almas, -graças à correspondencia dos fiéis, que um de vossos grandes Bispos qualificava de « povo nobre e generoso, que tanto sabe aproveitar-se das graças abundantes que Deus lhe comunica », - graças sobretudo à Providencia com que o Pastor divino vela pela sua Igreja, - hoje o peso da cruz episcopal é sustentado por seis zelosos Prelados; o Clero, se nao proporcionado ainda à grandeza da grei e à vastidäo das terras por onde eleve ser apascentada, é contudo numeroso e mais que em tantas outras diocèses; tem a emular-lhe o zelo e a coadjuvà-lo desinteressadamente muitos Institutos Religiosos; a vida católica, grandemente dilatada e cultivada, manifesta a sua pujança nas mais diversas manifestantes e em variadas instituiçôes religiosas e sociais; numa palavra, toda a Provincia eclesiástica, material e espiritualmente florescente, oferece à terra e ao ceu um espectáculo fértil de consolaçoes, opimo de frutos, rico de prometedoras esperanças.

É justa pois, é devida essa homenagem de amor e gratidão ao Rei divino ; e Nos, cujas sao as alegrías e prosperidades de Nossos amados filhos, exultamos em espirito, bendizendo o Padre e Senhor dos ceus e da terra, porque assim lhe aprouve revelar em vos as maravilhas da sua graça e misericordia, porque assim vos abençoou com toda a sorte de bênçâos espirituais e celestes em Cristo, elegendo-vos nele para serties santos e imaculados na sua presença pela caridade.

A ardente piedade, o entusiasmo e fervor eucaristico demonstrado tao esplendidamente nos Congressos diocesanos, cujos ecos grandiosos transpondo os mares chegaram até Nos, **culminam hoje dignamente nessa apoteose incomparável do actual Congresso.**

Oh praza aos ceus que o hiño de gratidão e amor que dele se desprende, não esmoreea nem se estinga, antes perdure e cresca para a eternidade!

E perdurará seguramente, se todos os participantes ao Congresso so uberem colher a lição pràtica que ele não semente sugere, mas impöe : a lição de urna vida cada vez mais impregnada de Eucaristia.

Quando o Rei divino, prestes a sair deste mundo para o Padre, decidiu no excesso do seu infinito amor ficar connosco até à consumaeäo dos secutos, não foi para se condenar a ser um eterno prisioneiro, esquècido ñas trevas de Sacrários abandonados! Nem foi só ou principalmente para sair deles de quando em quando a rec e ber, em tronos esplendentes de lûmes e recendentes de flores, as homenagens de adoracaó e gloria, que à sua infinita Majestade, quanto mais escondida, tanto sao mais devidas! Se ficou, foi para ser o Coracâo eternamente vivo e palpitante do seu Corpo místico; para ser o centro propulsor, a fonte manancial de vida e vida abundante para a sua Igreja e para todos e cada um de seus membros.

Ele sabia que o mundo *in maligno positus,* **mesmo depois de consumada a Redencáo, continuaría a afogar-se em diluvios de iniquidades; por isso ai o tendes, a todas as horas do dia e da noite, Vítima Santa em inilhares de altares, como noutros tantos Calvarios, imolando-se em holocausto latreutico e propiciatorio à Santidade e à Justiça eterna. Ele sabia e repetidamente o proclamara, que a sua Igreja atravéz dos séculos semelharia a um exercito continuamente empenhado ein renhidas e incessantes batalhas, às quais ninguém se poderia eximir, e onde a vitória é só dos herois que sabem perseverar até ao firn, sem render-se nem a lisonjas nem a ameacas, sem recuar diante do traballio que o dever inipôe ou do sacrificio que a cruz representa, sem temer os que podem matar o corpo, mas não alcançam a ferir a alma; con-**

stantemente prontos a renunciar a tudo e renunciar-se a si mesmos, para seguir a Cristo, para servir e ganhar a Deus, como peregrinos no tempo e cidadäos da eternidade. Mas sabia também que, para tanto, o cristäo, que entìm é hörnern, nâo tinha em si mesmo recursos suficientes. E é por isso que ai o temos sob as aparências de pâo, feito näo SÓ **companheiro inseparável da nossa avançada para a eternidade, mas alimento quotidiano, fonte de saude e forças e vida divina.**

0 si scire s donum Dei! **Se os fiéis, se todos os fiéis compreendessem bem o dom de Deus, com que fervor se precipitariam a haurir vida da fonte da vida! Porque enfim « para ser bons católicos - o que quer dizer santos - devemos ser sarmentos daquela frondosa videira, devenios dessedentar-nos naquela fonte que jorra para a vida eterna, beber aquela agua que apaga toda a sede, comer aquele pâo que da a vida e a imortalidade.** [1]

Com efeito, é ali na contemplacelo do Modelo perfeitíssimo de toda a santidade e ao seu misterioso contacto, que se aprendem as virtudes que formam o verdadeiro cristäo e se haurem energías para as praticar. É ali, ao pé da ara santa, onde se renova o único sacrificio que apaga os pecados do mundo, que se vê corno a genuina liturgia da Igreja é a que faz dos fiéis, em uniäo com a Vítima imaculada, urna hostia viva, santa, agrada vel a Deus pela imolaçâo generosa dos vicios e das más concupiscencias, e pela conformidade com a imagem daquele que do trono da cruz na terra fez degrau obrigado para o trono eterno da sua glòria. Ali vereis crescer e iluminar-se cada vez mais a vossa fé, e com eia distinguiréis a verdade evangélica dos falsos evangelhos, que nâo sâo evangelho; a verdadeira espiritualidade, que eleva e endeusa a alma, das falsas miragens de espiritismos fantásticos que a degradam na fraude e na mentira. Ali, sentados todos à mesma mesa divina, participando todos do mesmo espiritual banquete, unidos todos em Cristo e feitos nele urna só familia, um corpo só, sentiréis inflamar-se a caridade; mas urna caridade sincera, generosa, antiegoista, niveladora de todas as diferenças de raça, aproximadora de todas as distancias sociais, conciliadora de todos os antagonismos de classe, triunfadora de todos os intéresses contrastantes; e entäo até as crises sociais que añigem a hunianidade e mais ou menos se fazem sentir entre vós, desapareceriam por encanto; porque ou nâo tem soluçâo, ou só a tem resolvidas cristâmente na justiça informada da caridade.

Mas outra grande bénçâo de incalculável alcance podemos prome-

[1] **B.** CONTARDO FERRINI, ***Scritti religiosi,*** raccolti dal Sac. Carlo Pellegrini, ed. 2% p. 299-300.

ter-Nos deste reflorir da vida eucaristica, e é o aumento das voeaeöes sacerdotais. Quem frequentemente « se assenta àquela mesa de Paraiso e saboreia as delicias de ser filho de Deus »,[2] compreende melhor quäo grande bênçâo é para urna pàtria o Sacerdocio, pelo quai tem, sem o quai näo pode ter Jesus a morar em seu meio, a santificar a sua terra. E entäo necessariamente aspira à honra de ver algum membro de sua familia ennobrecido com a nobreza divina do carácter sacerdotal, feito outro Cristo na terra, e entretanto folgará de colaborar quanto possível para o incremento e cultivo das vocaçôes sacerdotais; a firn de que multiplicados os bons pastores e bem apascentada a grei de Cristo, o Brasil seja realmente, em todo o alcance da palavra, a grande Naçâo católica do continente sul americano.

Digne-se a Virgem Aparecida, a cujo patrocinio confiastes o Congresso, estender o azul celeste do seu manto sobre o ceu do Cruzeiro; digne-se a Medianeira que deu ao mundo Jesus e com ele todas as graças, dar-vo-lo de novo, chamando as almas à Eucaristía : e näo só à inocencia para conservar imaculados os lirios da sua can dura, nem só à juventude para entrar sä e forte na liça onde se forjam os atletas de Cristo, mas também e mais ainda à idade madura, que deve sustentar o maior peso da luta, sobre quem gravam as maiores responsabilidades para o bem e para o mal, de cujo exemplo e acçao depende principalmente a derrota ou o triunfo final.

Com estes votos confiados à Virgem Aparecida, Rainha do Brasil, como penhor dos favores celestes, a vos, Veneráveis Irmäos e dilectos filhos, e a todo o vosso Clero, ao Excelentíssimo Presidente da República, aos membros do Governo e mais Autoridades civis e militares, e a todo o amado Povo Brasileiro damos com todo o amor e carinho paterno a Bênçao Apostólica.

ALLOCUTIO

*Ad Delegatos, qui Romae convenerant, ob Conventum internationalem pro Unione Foederati Europea instauranda. **

Nous sommes tros sensible à votre démarche, Messieurs. Elle Nous prouve que vous avez compris et apprécié les efforts que, depuis près de dix ans, Nous multiplions sans relâche en vue de promouvoir un rap-

* L. c.

* Habita die 11 mensis Novembris a. 1948.

proehement, une union sincèrement cordiale entre toutes les nations. Soyez-en remerciés.

C'est précisément ce souci qui Nous inspirait le *2* juin dernier, quand Nous parlions en faveur d'une union européenne. Nous l'ayons fait en Nous gardant bien d'impliquer l'Eglise dans des intérêts purement temporels. La même réserve est également de mise sur la question de savoir quel degré de vraisemblance ou de probabilité assigner à la réalisation de cet idéal, de combien on en est loin encore ou de combien Pon s'en est rapproché.

Que l'établissement d'une union européenne offre de sérieuses difficultés, personne n'en disconvient. De prime abord on pourrait faire valoir le besoin, pour la rendre psychologiquement supportable à tous les peuples de l'Europe, d'un certain recul qui éloigne d'eux le souvenir des événements de la dernière guerre. Cependant, il n'y a pas de temps à perdre. Et si l'on tient à ce que cette union atteigne son but, si l'on veut qu'elle serve utilement la cause de la liberté et de la concorde européenne, la cause de la paix économique et politique intercontinentale, il est grand temps qu'elle se fasse. Certains se demandent même s'il n'est pas déjà trop tard.

Pourquoi donc réclamer que le souvenir de la guerre se soit d'abord estompé dans le recul d'une perspective lointaine, alors que, tout au rebours, ses effets, encore douloureusement sentis, sont précisément pour ces peuples d'Europe un encouragement à déposer une bonne fois leurs préoccupations égoïstement nationales, source de tant de jalousies et de tant de haines, une incitation à pourvoir à leur légitime défense contre toute politique de violence ouverte ou larvée?

Il est un point sur lequel on ne saurait trop insister : l'abus d'une supériorité politique d'après-guerre en vue d'éliminer une concurrence économique. Rien ne réussirait mieux à envenimer irrémédiablement F œuvre de rapprochement et de mutuelle entente.

Les grandes nations du continent, à la longue histoire toute chargée de souvenirs de gloire et de puissance, peuvent aussi faire échec à la constitution d'une union européenne, exposées qu'elles sont, sans y prendre garde, à se mesurer elles-mêmes à l'échelle de leur propre passé plutôt qu'à celle des réalités du présent et des prévisions d'avenir. C'est justement pourquoi l'on attend d'elles qu'elles sachent faire abstraction de leur grandeur d'autrefois pour s'aligner sur une unité politique et économique supérieure. Elles le feront d'autant meilleur gré qu'on ne les astreindra pas, par souci exagéré d'uniformité, à un nivellement forcé, alors que le respect des caractères culturels de chacun des peu-

pies provoquerait, par lenr harmonieuse variété, une union plus facile et plus stable.

Quelle qu'en soit la valeur, toutes ces considérations et bien d'autres le cèdent en intérêt et en importance à une question, ou plutôt â la question fondamentale qui se pose inéluctablement en matière de reconstruction européenne, et de laquelle Nous n'avons pas le droit de détourner notre attention.

Personne, croyons-Nous, ne pourra refuser de souscrire à cette affirmation qu'une Europe unie, pour se maintenir en équilibre et pour aplanir les différends sur son propre continent — sans parler ici de son influence sur la sécurité de la paix universelle —, a besoin de reposer sur une base morale inébranlable. Où la trouver cette base? Laissons l'histoire répondre : il fut un temps où l'Europe formait, dans son unité, un tout compact et, au milieu de toutes les faiblesses, en dépit de toutes les défaillances humaines, c'était pour elle une force ; elle accomplissait, par cette union, de grandes choses. Or, l'âme de cette unité était la religion, qui imprégnait à fond toute la société de foi chrétienne.

Une fois la culture détachée de la religion, l'unité s'est désagrégée. A la longue, poursuivant comme une tache d'huile son progrès lent mais continu, l'irréligion a pénétré de plus en plus la vie publique et c'est à elle, avant tout que ce continent est redevable de ses déchirements, de son malaise et de son inquiétude.

Si donc l'Europe veut en sortir, ne lui faut-il pas rétablir, chez elle, le lien entre la religion et la civilisation?

C'est pourquoi Nous avons eu grand plaisir à lire, en tête de la résolution de la Commission culturelle à la suite du Congrès de La Haye en mai dernier, la mention du « commun héritage de civilisation chrétienne ». Pourtant, ce n'est pas encore assez tant qu'on n'ira pas jusqu'à la reconnaissance expresse des droits de Dieu et de sa loi, fond solide sur lequel sont ancrés les droits de l'homme. Isolés de la religion, comment ces droits et toutes les libertés pourront-ils assurer l'unité, l'ordre et la paix?

Et puis, oubliera-ton encore de recenser parmi les droits de l'homme -ceux de la famille, parents et enfants? L'Europe unie ne peut se bâtir sur une simple idée abstraite. Elle a pour support nécessaire des hommes vivants. Qui seront-ils? Bien difficilement les anciens dirigeants des vieilles puissances européennes : ils ont disparu ou n'ont plus d'influence. Moins encore les éléments d'une masse telle que Nous l'avons 4éfinie dans Notre message de Noël 1944: la vraie démocratie avec soa idéal de saine liberté et égalité n'a pas d'adversaire plus redoutable.

Reste donc à nous demander d'où viendra l'appel le plus pressant à l'unité européenne? Il viendra des hommes aimant sincèrement la paix, des hommes d'ordre et de calme, des hommes qui — tout au moins d'intention et de volonté — ne sont pas encore « déracinés » et qui trouvent dans la vie de famille, honnête et heureuse, le premier objet de leur pensée et de leur joie. Voilà ceux qui porteront sur leurs épaules l'édifice de l'Europe unie. Tant qu'on fermera l'oreille à leur appel, on ne fera rien de durable, rien qui soit à la mesure des crises présentes.

Mais, Nous Nous le demandons, trouvera-t-on aussi la compréhension nécessaire dans ces conjonctures, la compréhension au défaut de laquelle toutes les tentatives sont vouées à l'échec? Voilà le grand problème ; il exige une solution, si l'on veut parvenir à la réalisation de l'union européenne.

Grâce à Dieu, le mouvement enrôle déjà et entraîne tant d'hommes de bien, tant d'hommes de cœur, que Nous ne Nous lasserons pas d'espérer qu'on finira par trouver le vrai remède aux maux de ce continent. En tout cas, avec la plus vivante sympathie, Nous prions le Père des lumières de vous éclairer, de vous assister dans vos travaux et de bénir vos efforts tendus vere la paix si ardemment convoitée.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACEA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die **27** *Octobris 191,8*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt *Opera omnia* **a IOANNE PAULO SARTRE conscripta.**

Et sequenti .Feria V, die 28 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, in solita Audientia Excnio ac Revmo I). Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 30 Octobris 1948.

Petrus Vigorita, *Notarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BURDIGALEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNAE DE LESTONNAC, VIDUAE, FUNDATRICIS ORDINIS FILIARUM B. MARIAE VIRGINIS.

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam Eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, Tuto procedi possit ad sollemnem, Eiusdem Canonizationem.

Qua aetate impia calvinistarum secta mentes aeque ac hominum mores a christiana disciplina novo nisu avertere moliebatur, taeterrimas clades Ecclesiae ac civili societati inferens, miserentissimus Deus tanto occurrere volens malo, insignes suscitavit viros ac mulieres, qui vitae sanctitate ac doctrina devios ad rectam fidem reducerent ac iuventam ad bonas artes, ad scientiam, atque ad amorem ti morem que Dei instituèrent. Quos inter Beata Ioanna de Lestonnac merito est accensenda. Quae medio decimosexto saeculo Burdigalae nobili genere orta, etsi matrem calvinianae sectae acerrime addictam nacta fuit, catholicam fidem forti animo professa est, iugiterque illibatam servavit. Patri obsequens honestissimas nuptias celebravit, sancteque omnia officia uxoris ac matris servavit. Coniuge demortuo, rebusque familiaribus apte compositis, domesticis quibus abundabat deliciis, humilem Christi sequelam generosa praeposuit.

Deplorandam tot puellarum, quae a grassante haeresi in discrimen adducebantur, condicionem miserans, divino instinctu percita, Ordinem Filiarum B. Mariae Virginis fundavit, quem Paulus Pp. V approbavit, quique uberrimos lectissimosque fructus tunc et adhuc Ecclesiae Dei affert.

Multis despectionibus, desertionibus omneque genus doloribus, Deo permittente, fuit obnoxia, quae eius virtutes ad heroicum usque gradum perfecerunt. Anno 1640 ad caelestem Sponsum evolavit.

Servato iuris ordine Leo Papa XIII fel. rec. die 23 Septembris anno 1900 Beatorum catalogo eam adscripsit. Pii Papae X sa. me. aucto-

rítate Canonizationis causa resumpta fuit, duoque miracula eius interventione a Deo patrata fuisse Sacra haec Congregatio. Summo Pontifice approbante, die 19 Martii mensis, huius anni, decrevit.

Ut autem iuridica super canonizatione quaestio absoluta constet, nihilque possit opponi, necesse est ut Sacra haec Congregatio edicat : *An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, Tuto procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* Quod dubium in generali Sacrorum Rituum coetu coram Sanctissimo Patre die 27 elapsi mensis ab infrascripto Cardinali propositum fuit : cui quotquot aderant Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater magna quidem animi delectatione concors hoc votum auscultavit, attamen ad hunc usque diem Ssmae Tripitati sacrum sententiam ferre distulit, ut suis adstantiumque ingeminatis precibus divinum beneplacitum clarius Ipsi pateret. Quod factum est. Quocirca eumdem Cardinalem Praefectum et Ponentem, R. 3?. Salvatorem Catucci, Fidei generalem Promotorem meque Secretarium advocavit Sacroque devotissime celebrato, edixit : *Tuto procedi> posse ad Beatae Ioannae de Lestonnac Canonizationem.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Maii, in festo Ssmae Trinitatis, a. D. 1948.

ß8 C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ffi S.

t A. Carinci, Archiep. Selene, *Secretarius.*

Il

AQTJEN. seu ASTÊN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI MARELLO, EPISCOPI AQUENSIS, CONGREGATIONIS OBLATORUM S. IOSEPH FUNDATORIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Pedemontana regio, quae gloriosa ob praeclaros filios e sinu suo editos praedicatur, gloriosior merito est extollenda, quia plurium mater exstitit virorum ac mulierum, qui Ecclesiam Dei, nostris quoque temporibus,

mirifice virtutibus omne genus illustrarunt. Etenim in S. Iosepho Benedicto Cottolengo sacerdotem effusissimae caritatis in derelictos ac paene infinitae in divinam Providentiam fiduciae, in S. Ioanne Bosco amantissimum adulescentium patrem, atque fiorenti ssimae familiae conditorem, quae universum mundum per suos filios Aliasque regnum Dei prolatat, in S. Iosepho Cafasso sapientissimum praeceptorem, animorumque insignem moderatorem datum est admirari. Alii quoque non pauci horum exemplis permoti, cum operum tum virtutum eorum aemuíatores effecti, qui altarium honores assequantur digni esse videntur.

Quos inter Iosephus Marello, Aquensium Episcopus, modo est adnumeranda. Hic Augustae Taurinorum e Vincentio et Anna Maria Viale, piis honestisque coniugibus die 26 Decembris anno 1844 natus, eodem die baptizatus est. Post decem annos eius familia ad oppidum cui nomen « S. Martino Alfieri » aut « ad Tanarum » se transtulit, in Astensi dioecesi, in qua Saero chrismate delibutus est, atque, in seminarium admissus, humanioribus litteris excultus fuit.

Patri morem gerens e Seminario invite egressus, per biennium circiter Augustae Taurinorum est commoratus. Gravi morbo correptus, a patre, si valetudinem recuperasset, ut ad Seminarium rediret obtinuit, quod factum est. Sacris initiatus, die 19 Septembris anno 1860 ad sacerdotium promotus est.

Tanta prudentia, pietate ac morum suavitate enitebat ut ab Episcopo secretarii munus ei fuerit concreditum, quo in officio constitutus, Episcopum ad Vaticanum Concilium accedentem comitatus est. Omnibus sacerdotalibus muniis in exemplum est functus, omnibus se probans magno animarum emolumento. Quarum zelo permotus Congregationem Oblatorum S. Ioseph, in parochorum adiumentum constituit, quae Congregatio ab Episcopo Astensi prius, ab Apostolica deinde Sede a. 1909 approbata est, uberesque fructus ad conditoris mentem Ecclesiae affert.

Cathedralis Ecclesiae canonicus, episcopalis Curiae Cancellarius, Confessarius assiduus, impiger concionator, omnibus omnia factus* animi candore, cordis amplitudine, in consiliis impertiendis fidelitate et pru« dentia, alacritate et constantia in agendo, fortitudine ac suavitate in gerendis negotiis enituit, omniaque officia, pro sua humilitate numquam , quaesita, sed obedienti dulcique animo suscepta, Deo favente, semper valuit feliciter adimplere. Quas laudes Astensis Episcopus in litteris Apostolicae Sedi datis pro eius ad episcopatum electione celebravit.

Porro anno 1889 Leo XIII, qui Vaticani Concilii tempore eum agno verat, Aquensium Episcopum elegit. In hoc sibi commisso officio, pastorem bonum, forma' factum gregis ex animo, se praebuit.

Verum inscrutabili Dei consilio, vix sexennium dioecesim rexit, die enim 30 Maii, anno 1895 Savonae, quo ut festis ad honorem S. Philippi Nerii assisteret, se contulerat, inopinate cessit a vita. Sanctitatis fama continuo Savonae quoque erupit, vividior autem, uti pronum est, in Aquensi dioecesi atque in Oblatorum Congregationis sinu. Quare in Aquensi curia duo constructi sunt processus, annis nempe 1924-1928; 1941-1942, in quibus super Servi Dei scriptis, sanctitatis fama, atque de liturgico cultu non praestito actum est; item in Astensi annis 1924-1928; anno vero 1925 in Taurinensi per Rogatoriales litteras. Scriptis perpensis, Sacra haec Congregatio die 12 Maii a. 1937 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset.

Plures pro huius causae Introductione Summo Pontifici oblatae sunt postulatoriae litterae, inter quas duae Cardinalis Taurinen. Archiepiscopi, cunctorum Archiepiscoporum et Episcoporum Pedemontis, aliorumque.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Revmo Nicolao Praglia e Congregatione Oblatorum S. Ioseph, generali postulatore instante, die 25 Maii anni huius Emus ac Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrae huius Congregationis coetu dubium disceptandum proposuit: *An signanda sit commissio Introduis ctionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur* **de eaque retulit. Emi ac Revmi Cardinales, relatione auscultata, auditisque Officialium Praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus mature perpensis, inscripserunt :** *Signandam esse commissionem j si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Ssmo D. N. ab infrascripto Cardinali, subsignata die, relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servi Dei Iosephi Morello* **Sua manu dignata est obsignare.**

Datum Romae, die 28 Maii a. D. 1948.

O. Card. Migaba, **Ep. Velitern.,** *Praefectus.*

✠, *m* B.

t A. Carinci, Archiep. Selene, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

AGRIGENTINE^.

NULLITATIS MATRIMONII (DI CARLO-BILELLA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Duae Rosaliae Bilella, in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 16 Ianuarii 1949, hora undecima, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

*An constet de **Matrimonii** nullitate **in** casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Duae Rosaliae Bilella, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Dinus Staffa, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 Octobris 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Rosalie Bilella, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo délia Cancelleria) le 10 janvier 1949, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Rosalie Bilella devront, dans la mesure du possible, Pavertir de la présente citation.

n

PANORMITANO

NULLITATIS MATRIMONII (RAJA-TRIPÏCÏANO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Mariae Veliae Tripiciano, in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 29 Ianuarii 1949, hora decima, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dñae Mariae Veliae Tripiciano, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur, *

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 25 Octobris 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Marie Velia Tripieiano, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureure légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 29 janvier 1949, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Marie Velia Tripiciano devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nei giorni 15, 16, 17 dicembre 1918 si terranno nei locali della S. Congregazione gli esami di Concorso per la provvista di tre posti di impiegati di ruolo vacanti.

L'esame consisterà : I° In un esercizio scritto sul diritto dei Religiosi, delle Società senza voti e degli Istituti secolari;

2° nella risoluzione di un caso pratico riguardante la competenza delle Sacre Congregazioni;

3° nella redazione fatta in latino e in una lingua estera di un documento proposto.

I candidati che volessero prendervi parte e non abbiano oltrepassato i 35 anni di età e siano muniti almeno di laurea in Teologia o in Diritto Canonico, sono invitati a presentare, non oltre il giorno 10 dicembre, la domanda corredata dal « nulla osta » del proprio Ordinario e delPEminentissimo Cardinal Vicario di Sua Santità, dai titoli di studio, certificati di Uffici e cariche.

Nelle qualifiche si terrà speciale conto della facilità ed eleganza della redazione in latino e della conoscenza pratica delle più usate lingue moderne.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è benignamente degnato di nominare :

15 luglio 1948. L'Emo e Revino Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettare dei Figli della Carità* (Parigi).

10 agosto » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore di 8. Giuseppe di Bourg.*

18 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Schuster Alfredo Ildefonso, *Protettore della Congregazione delle Suore di Maria Ssma Consolatrice* (Milano).

1 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Protettore dei Religiosi Terziari Cappuccini di Nostra Signora Addolorata* (Madrid).

I ottobre 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Piazza Adeodato Giovanni, *Segretario della S. Congregazione Concistoriale,*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Terziarie, Cappuccine di Loano* (Genova).

20 » » I/EñYo. e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Protettore dell'Istituto del Divino Amore* (Roma).

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tisserant Eugenio, *Protettore dell'Istituto delle Religiose dell'Immacolata Concezione di Nostra Signora, di Lourdes* (Tarbes e Lourdes).

S » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Prolettore delle Suore di San Giuseppe dell'Apparizione* (Marsiglia).

Assistenti al Soglio Pontificio :

21 luglio 1948. S. E. Revma Monsig. Tani Antonio, Arcivescovo di Urbino.

15 settembre » S. EL Revma Monsig. Paino Angelo, Arcivescovo di Messina e Archimandrita dei Ssmo Salvatore di Messina.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

25 marzo 1948. Monsig. Pollio Francesco Saverio, delFarchidiocesi di Sorrento.

15 maggio » Monsig. Hoss Giuseppe, della diocesi di Veszprimia.

4 settembre » Monsig. Me Kay Giacomo N. V., della diocesi di Kansas City.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

II ottobre 1945. Monsig. Leuther Ilario, della diocesi di La Crosse.

20 maggio 1946. Monsig. Flynn Giacomo, della diocesi di Meath.

» » » Monsig. Rodríguez Giuseppe Alonso, della diocesi di Bahia Bianca.

12 ottobre 1947. Monsig. McCullen Riccardo, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Das Neves Antonio, dell'archidiocesi di Buenos Aires.

12 ottobre 1947. Monsig. Nuñez Mendoza Mariano, della medesima archidiocesi.
29 » » Monsig. Suarez Francesco, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tortolo Adolfo, della diocesi di Mercedes.
1 novembre » Monsig. Barajas Giusto, della diocesi di Tepic.
23 » » Monsig. Parent Elzear, delParchidiocesi di Quebec.
8 gennaio 1948. Monsig. Mackenzie Raimondo V., della diocesi di Char* lottetown.
14 » » Monsig. Carey Daniele Giuseppe, delParchidiocesi di Vancouver.
» » » Monsig. Fogarty Patrizio, della medesima archidiocesi.
» » » Mönsig. Mchol Tommaso Melville, della medesima archidiocesi.
22 » » Monsig. Koch Giuseppe, dell'archidiocesi di Denver.
27 i» » Monsig. Galloni Francesco, della diocesi di Brescia.
30 » » Monsig* Gagnon Ernesto, dell'archidiocesi di Rimouski.
3 febbraio » Monsig. Cannon Walter, dell'archidiocesi di Quebec.
» » » Monsig; Borboni Giovanni (Boma).
» » » Monsig. Doyon Paolo Emilio, della diocesi di Trois-Rivières.
23 » * Monsig. Loyza Angelo Maria, dell'archid.« di Arequipa.
j) » - » Monsig. Manzanedo-Ruiz Eugenio, dell'archidiocesi di Angelopoli.
25 » » Monsig. Beadry Carlo, dell'archidiocesi di Montréal.
27 marzo » Monsig. Rossi Emilio (Roma).
24 aprile » Monsig. Dufour Giuseppe N., della diocesi di ChicoutimL
13 maggio » Monsig. Burke Vincenzo Paolo, della diocesi di Scranton.
» » » Monsig. Costello Francesco Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Dolan Guglielmo K., della medesima diocesi.
:> » » Monsig. Kane Dionisio Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Losieniecki Venceslao L., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Miliauskas Giuseppe Vincenzo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Schmidt Giorgio Tommaso, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sobota Giovanni Stefano, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Vaughan Giovanni Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mechler Michele A., dell'archidiocesi di Newark.
» » » Monsig. Tralka Antonio A., della medesima archidiocesi.
2 giugno » • Monsig. Maguire Patrizio A., della diocesi di Salt Lakë.
» » » Monsig. Mondón Erberto, della diocesi di La Réunion.

4 luglio 1948. Monsig. McDonald Guglielmo Giuseppe, delFarchidiocesi di San Francisco.
» » » Monsig. Higgins Martino Giuseppe, della medesima archidiocesi.
0 » » Monsig. Lannery Gregorio, della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Lipinski Martino J., della medesima diocesi.
». » » Monsig. McCorristin Carlo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. McCorristin Michele P., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sullivan Francesco J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Licari Natale, delFarchidiocesi di Reggio Calabria.
14 » » Monsig. Hoffman Mattia M., delFarchidiocesi di Dubuque.
» » » Monsig. Luby Silvestro D., della medesima archidiocesi,
» » » Monsig. Sheehy Maurice S., della medesima archidiocesi.
16 » » Monsig. Grégoire Giovanni Battista, della diocesi di Winona.
22 » » Monsig. Barile Vincenzo, delFarchidiocesi di Capua.
1 agosto » Monsig. Barrett Edoardo G., della diocesi di Paterson.
^) » » Monsig. Brady Tommaso, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Caffrey Francesco J., della medesima diocesi.
)> » » Monsig. Downey Giovanni J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Franka Carlo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Hagerdon Francesco J., della meaesima diocesi.
» » » Monsig. Keegan Giacomo J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Keyes Giovanni W., della medesima diocesi.
a » *y* Monsig. McDonald Tommaso B., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Scanlon Cornelio B., della medesima diocesi. •
» » » Monsig. Schilling Enrico, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Strasburger Carlo J., della medesima diocesi.
7 » » Monsig. Yassagari Paolo, delFarchidiocesi di Madras.
21 » » Monsig. Gaddi Clemente, della diocesi di Como.
» » » Monsig. Mercurio Domenico, delFarchidiocesi di Monreale.
» » » Monsig. Ferrara Natale, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Neglia Luigi, della diocesi di Oria.
31 » » Monsig. Condón Giovanni B., delFarchidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Orane Giovanni J., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Cronin Francesco, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Cunningham Carlo N., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Dalton Agostino C, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Kenney Edoardo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Me Cafferty Giacomo. J., della medesima archidiocesi.

31 agosto 1948. Monsig. Salla way Francesco S., della medesima archidiocesi.
2 settembre Monsig. D'Alfonso Ernesto, della diocesi di San Severo.
» » Monsig. Loriga Michele, dell'archidiocesi di Sassari.
Monsig. Caiola Mariano, della diocesi di Cerreto Sannita.
Monsig. De Nicola Mario, della medesima diocesi.
Monsig. De Paola Domenico, della medesima diocesi.
» Monsig. Mendillo Giovanni, della medesima diocesi.
» Monsig. Pastore Pasquale, della medesima diocesi.
10 Monsig. Baldassarii Salvatore, della diocesi di Faenza.
16 Monsig. Portalupi Sante, della diocesi di Vigevano.
20 Monsig. Falzacappa Giuseppe (Roma).
22 Monsig. Novi Antonio, della diocesi di Nocera dei Pagani.
» Monsig. Vitólo Giovanni, della medesima diocesi.
30 Monsig. Comand Fabio, dell'archidiocesi di Udine.
6* ottobre Monsig. Morelli Giacomo, della diocesi suburbicaria di Palestrina.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua, Santità :

12 ottobre 1947. Monsig. Codeviola Michele, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
7 novembre »; Monsig. Damen Guglielmo Giuseppe, della diocesi di Ruremonda.
13 » Monsig. Post Regnerò Riccardo, delFarchidioc. di Utrecht.
14 » Monsig. Duran Alfonso, dell'archidiocesi di Santa Fè (Argentina). ,
19 » Monsig; La barca Giorgio, della diocesi di Talea.
25 » Monsig. Vicuña Aranguiz Eladio, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
1 dicembre » Monsig. Malaga Eusebio, dell'archidiocesi di Lima.
19 » » Monsig. Beaudoin Luciano, delParchidiocesi di Ottawa,
febbraio 1948. Monsig. Fässler Tommaso, della diocesi di Coirà.
23 » » Monsig. Alvarez Emanuele G., dell'archidiocesi di Arequipa,
» » Monsig. Del Carpio Giuseppe Luigi, aelia medesima archidiocesi.
» Monsig. Todco Raimondo, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Mourad Pietro, della diocesi di Baalbek dei Maroniti.
27 aprile Monsig. McVermolen Gerardo M., della diocesi di Breda.
29 » Monsig. Da viia Sisto, della diocesi di Huancayo.
» Monsig. Deursen Uberto Giuseppe, della diocesi di Haarlem.

13 maggio 1948. Monsig. Florey Salvatore Giuseppe, della diocesi di Scranton.
» » » Monsig. Madden Giuseppe Luigi, della medesima diocesi.
» Monsig. Vingerhoets Adriano, della diocesi di s'Serto - genbosch.
» » » Monsig. Whitty ^Pietro, delParchidiocesi di Liverpool.
2 giugno » Monsig. Ingendael Giovanni G. F., della diocesi di Ruremonda.
4 » Monsig. Pelaia Bruno, della diocesi di Squillace.
26 » Monsig. Burns Riccardo, della diocesi di Rochester.
» » Monsig. Nijri Stefano, della diocesi di Gran Varadino dei Latini.
» Monsig. Danieli Edoardo, della diocesi di Como.
i luglio Monsig. Michalski Mariano, delParchidiocesi di Cracovia.
» » Monsig. Slapa Ladislao, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Van Roy Rodolfo, della medesima archidiocesi.
4 » Monsig. Culley Francis T., delParchidiocesi di Cincinnati.
» Monsig. Evans Ferdinando A., della medesima archidiocesi.
Monsig. Liebold Paolo F., della medesima archidiocesi.
Monsig. Welch Guglielmo C, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Catanoso Gaetano, delParchidiocesi di Reggio Calabria.
» » Monsig. Chiappetta Luigi, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Foti Cosimo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giunta Paolo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Palamara Orazio, della medesima» archidiocesi.
» Monsig. Di Lorenzo Salvatore IL, della diocesi di Tren ton.
» » » Monsig. Foley Giacomo S., della medesima diocesi.
» Monsig. Hogan Giacomo J., della medesima diocesi.
•» » » Monsig. Madura Martino A., della medesima diocesi;
» » » Monsig. Rura Giovanni E., della medesima diocesi.
7 » Monsig. Costantini Felice, della diocesi di Civita Castellana.
14 » Monsig. Macearrone Michele, della diocesi di Forlì.
SI » Monsig. Duvanis Pietro, del vicariato apostolico di Egitto.
agosto Monsig. Catenelli Luigi, delParchidiocesi di Camerino.
» » Monsig. Dibbins Carlo A. N., della diocesi di Kansas City.
» » Monsig. Dunn Paolo A., della medesima diocesi.
» » Monsig. Kennedy Pietro R., della medesima diocesi. =
» « Monsig. King Giorgio W., della medesima diocesi.
» Monsig. Roels Guglielmo F., della medesima diocesi.

7 '	agosto	1948.;	Monsig. Bertke Stanislao, delParchidiocesi di Cincinnati.
»	»		Monsig. Puthet Giacobbe, delParchidiocesi di Madras.
9-		»	Monsig. Heim Bruno, della diocesi di Basilea.
»		»	Monsig. Graiff Lino, dell'archidiocesi di Trento.
n	»		Monsig. Davighi Gino, dell'archidiocesi di Perugia.
»		»	Monsig. Minestrini Ettore, della medesima archidiocesi.
21			Monsig. Bavagli Antonio, della diocesi di Modigliana.
»		»	Monsig. Valentini Mario, della medesima diocesi.
2	settembre		Monsig. Bolla Giuseppe, della diocesi di Casale Monferrato.
		• » : >	Monsig. De Luca Giuseppe, della diocesi di Rieti.
			Monsig. Prancesconi Ercole, della medesima diocesi.
»			Monsig. Peduzzi Guido, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Jammarino Pasquale, della diocesi di Larino.
		» v	Monsig. Marotta Biagio, della diocesi di Policastro.
»		»	Monsig. Fiordalisi Carmelo, della diocesi di Tursi.
			Monsig. Ponzetta Giuseppe, della diocesi di Ugento.
		»	Monsig. Bando Federico, dell'archidiocesi di Messina.
10		»	Monsig. Minghetti Sante, della diocesi di Faenza.
»			Monsig. Venturi Giovanni, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Quadraroli Igino (Roma),
12			Monsig. Torpigliani Bruno, della diocesi di Arezzo.
22		»	Monsig. Canzolino Enrico, della diocesi di Nocera dei Pagani.
»		»	Monsig. Di Costanzo Francesco, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Russo Antonio, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Striano Vincenzo, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Vicedomini Vincenzo, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Tou Pietro, della diocesi di Chaohsien.
m			Monsig. Bianchi Filippo, della diocesi di San Miniato.

Camerieri segreti soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

20	giugno	1947.	Il conte Marchisio Giovenale, della diocesi di Brooklyn.
8	gennaio	1948.	Il sig. Charles-Roux Giovanni, delParchidiocesi di Parigi.
28	giugno	»	Il nob. Antonucci Lucidi Augusto (Roma).
»	»	»	Il sig. Capece Minutólo dei duchi di S. Valentino Gennaro, dell'archidiocesi di Napoli.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

26	giugno	1948.-	Monsig. Paponi Tito, della diocesi di Pescia.
14'	luglio	»	Monsig. Doria Michele, della diocesi di And ria.
9	agosto		Monsig. Wuestenberg Bruno, delParchidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

8 gennaio 1948. Il sig. Goodhart Heron, della diocesi di Ginevra.
28 giugno » Il sig. Szudy Giorgio M., della diocesi di Cleveland.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

aprile 1948. Al sig. Betta Angelo, dell'archidiocesi di Trento.
23 maggio » Al sig. Adragna Francesco, della diocesi di Trapani.
» » » Al sig. Errázuriz Larrain Pietro, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
26 » Al sig. Montanaro Edgardo Giorgio, della diocesi di Gozo.
4 luglio Al sig. Laeuffer Federico, dell'archidiocesi di. Parigi.
» » Al sig. Sosson Pietro, della medesima archidiocesi.
10 settembre Al sig. Mandour Alfonso, della diocesi di Damasco dei Maroniti.
Ai sig. Negip Issa El-Khoury, della diocesi di Beirut dei Maroniti.
Ai sig. Van Diermen Giovanni Federico, dei vicariato apostolico di Batavia.
18 Al sig. Cellino Guglielmo, dell'archidiocesi di Torino.
» Al sig. Toselli Francesco, della diocesi di Cuneo.
26 Al sig. Averna Gaetano, della diocesi di Caltanisetta.
» Al sig. Marini Alfredo (Roma).
» Al sig. Stara Tedde Giorgio (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile :

21 settembre 1945. Aì sig. Cahill Tommaso Giuseppe, della diocesi di Cheyenne. ,
3 agosto 1947. Al sig. Mertens Giuseppe, dell'archidiocesi di-Malines,'
26 » » Al sig. Wesseling Pietro Cornelio, della diocesi di Haarlem.
7 novembre » Al sig. de Hoog Ermanno H. N., della diocesi di Breda.
27 » » Al sig. de Bie Giuseppe R. M., della diocesi di Breda.
19 dicembre » Al sig. Aelen Adriano, della diocesi di s'Hertogenbosch.
» »)J Al sig. Meylink Francesco, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Van Schuylenburgh Giuseppe M. Antonio, delia diocesi di Haarlem. -

19- dicembre 1947.. Al sig. Benselorp Ludovico F, M., dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Foley Harold S., dell'archidiocesi di Vancouver.
27 ' » » Al sig. Wijnen Enrico G., della diocesi di Ruremonda.
22 gennaio 1948. Al sig. Van Spaendonk Carlo G. L. M., della diocesi di s'Hertogenbosch.
28 febbraio » Al sig. Dempsey Giovanni C, dell'archidiocesi di Cincinnati.
Al sig. Gibbons Michel J., della medesima archidiocesi.
Al sig. Penker Trien A., della medesima archidiocesi.
Al sig. Richter Ludovico R., della medesima archidiocesi.
Al sig. Schlueter Elmer A., della medesima archidiocesi.
Al sig. Spaeth Paolo, della medesima archidiocesi.
Al sig. Lopez de Romana Ferdinando, dell'archidiocesi di Arequipa.
» Ai sig. Lopez de Romana Francesco, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Lozada Luigi, della medesima archidiocesi.
25 » Al sig. Potters Teodoro G., della diocesi di Breda.
13 aprile Al sig. Héttema Giovanni, della diocesi di s'Hertogenbosch.
Ai sig. Tremblay Eugenio, della diocesi di Chicoutimi.
19 maggio Al sig. Hilado Emilio J., della diocesi di Bacolod.
Al sig. Kreimborg Francesco, della diocesi di Haarlem.
Ai sig. Kreimborg Giovanni, della*medesima diocesi.
Al sig. Kreimborg Leopoldo, della medesima diocesi.
Al sig. Mignot Remigio, della diocesi di s'Hertogenbosch.
Al sig. Moussemlt Gerardo Giovanni M., della diocesi di Haarlem.
Al sie. Van Schaick Gregorio T. S. G., dell'archidiocesi di Utrecht.
:¥7 » Al sig. Van Mspen tot Berenzer Francesco Giov., della medesima archidiocesi.
giugno Al sig. Tabone Antonio, della diocesi di Gozo.
luglio Al sig. De Weck Guglielmo (Friburgo di Svizzera),
9 Al Sig. ing. Dalla Torre Marino (Roma).
20 Al sig. Campegnoli Vincenzo, della diocesi di Novara.
22 » Al sig. Vigna Bartolomeo, della diocesi di Mondovì.
7 Al sig. Dowiy Ugo, della diocesi di Kansas City.
» Al sig. McGee Luigi, della medesima diocesi;
» Al sig. Pais Gilberto Lorenzo, dell'archidiocesi di Madras.
2ä- Al sig. Mancuso Mario, dell'archidiocesi di Monreale.
Al sig. Avedik Felice, delParchidiocesi di Strigonia.

8 settembre 1948. Ai sig. dott. Salhab Toufic, della diocesi di Beirut dei Maroniti.
10 » » Al sig. Marmorosz Casimiro, della diocesi di Grosseto.
30 » » Al sig. Cornelii Gian Gaetano, dell'archidiocesi di Modena.
20 ottobre » Al sig. Belardo Mario (Roma).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa :

19 novembre 1947. Al sig. Donoso Alfonso, della diocesi di Talea.
» » » Ai sig. Fuenzalida Armando, della medesima diocesi.
26 giugno 1948. Al sig. Brotzu Giuseppe, delFarchidiocesi di Cagliari.
» » » iii sig. Calatri Antonio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Cara Salvatore, della medesima archidiocesi.
4 luglio » Al sig. Fammilume Giuseppe (Roma).
7 » » Al sig. Caprotti Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Dorigo Maurilio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Orlandini Edoardo, della medesima archidiocesL
14 » » Al sig. Boschero Felice (Roma).
20 » » Al sig. Locateli! Augusto, della diocesi di Novara.
» » » Al sig. Negra Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ottinetti Italo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Zapelloni Giulio, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. Conte Ciro, delFarchidiocesi di Bari.
1 agosto » Al sig. Afolabi Peter Ade, del vicariato apostolico di Lagos.
» » » Al sig. Belo Laoban Antonio, del medesimo vicariato apostolico.
7 » » Al sig. Paolazzi Pietro, delFarchidiocesi di Milano.
11 » » Al sig. Cicogna Leonardo, delFarchidiocesi di Torino.
9 settembre » Al sig. Mentasti Tarcisio, delFarchidiocesi di Milano.
14 » » Al sig. Sanees Giuseppe, della diocesi di Ascoli Piceno.
» » » Al sig. Scimone Salvatore, della diocesi di Noto.
18 » » Al sig. Gárboli Antonio (Roma).
» » » Al sig. Niccoli Salvatore, della diocesi di Lecce.
22 » » Al sig. Menni Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
30 » » Al sig. Cattabriga Emilio, dell'archidiocesi di Modena.
» » » Al sig. Dotti Giuseppe, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
» » » Al sig. Signora Giuseppe (Roma).
18 ottobre » Al sig. Lodi Jurandyr, dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.
26 » » Al sig. Compostella Pietro, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Dugaria Giovanni, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di Han Silvestro Papá :

7 novembre 1947. Al sig. Vogt Eugenio, della diocesi di Basilea.
19 dicembre » Al sig. Sweeney Leone, dell'archidiocesi di Vancouver.
29 » » Al sig. Swecinski Alfredo, dell'archidiocesi di Vancouver.
» maggio 1948. Al sig. Lizares Antonio, della diocesi di Bacolod.
26 giugno » Al sig. Francone Andrea, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Manfredi Leopoldo, dell'archidiocesi di Sassari.
» » » Al sig. Solinas Antonio, della medesima archidiocesi.
4 luglio » Al sig. Brusa Achille, dell'archidiocesi di Milano.
20 » » Al sig. Giacobini Giacomo, della diocesi di Novara.
22 » » Al sig. Serrafero Giuseppe Luigi, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Al sig. Sirchio Giorgio, della medesima diocesi.
7 , agosto » Al sig. Coccolo Bernardo Giov. Maria, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Al sig. Dreisclmh Alessandro, della diocesi di Nicopoli.
22 » » Al sig. Zachariev. Teodoro, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Scavarda Serafino, dell'archidiocesi di Torino.
25 » » Al sig. Malandrucco Alberto, della diocesi suburbicaria di Veli etri.
18 settembre » Al sig. Bonvini Mario, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Campanini Angelo, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giampietro Giuseppe, della diocesi di Sulmona.
» » » Al sig. Podio Francesco, dell'archidiocesi di Vercelli.

NECROLOGIO

8 agosto 1948. Monsig. Madarász Stefano, Vescovo di Cassovia.
19 settembre » Monsig. Heelan Edmondo, Vescovo di Sioux City.
21 » » Monsig. Lee Guglielmo, Vescovo di Clifton.
26 » » Monsig. Perlo Gabriele, Vescovo tit. di Amizone.
30 » » Monsig. Pereira Basilio Em. O., Vescovo tit. di Lipara.
17 ottobre » Monsig. Beckmann Francesco J., Arcivescovo tit. di Fulli.
22 » y> Emo Sig. Card. HLOND AUGUSTO, del tit. di S. Maria della Pace, Arcivescovo di Gnesna e Varsavia.
23 » » Monsig. Jeremich Giovanni, Vescovo tit. di Berissa.
27 » » Monsig. Roy Antonio Maria, Vescovo di Edmundston.
28 » ». Monsig. Lukomski Stanislao Kostka, Vescovo di Lomza.
31 » » Monsig. Gomes da Silva Giuseppe Tommaso, Vescovo di ; . Aracajù.
4 novembre » Monsig. Perlo Filippo, Vescovo tit. di Maronea.

An. et vol. XL 23 Decembris 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CHACHAPOYASENSIS
(MOYOBAMBENSIS)

A DIOECESIS CHACHAPOYASENSIS TERRITORIO PARS DISIUNGITUR, QUAE IN PRAELATURAM ((NULLIUS)) MOYOBAMBENSIS NOMINE ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanus Pontifex, cui omnium Ecclesiarum regimen et sollicitudo, pro sibi divinitus commisso supremi apostolatus munere, incumbit, dioeceses nimio territorio et fidelium numero redundantes curat dismembrare et novas exinde constituere Ecclesias, aliorum Pastorum curis concredendas. Hodie siquidem mentis Nostrae aciem ad amplissimam Chachapoyasensem in Peruviana Republica dioecesim convertimus ; pro cuius dominici gregis maiori bono et aptiori regimine, eius territorium bipartire censuimus et novam illic constituere Praelaturam *nullius* dioeceseos. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, praehabito venerabilis Fratris Petri Ortiz Arrieta, illius dioecesis Episcopi, consensu, accedente quoque suffragio venerabilis Fratris Aloisii Arrigoni, Archiepiscopi titularis Apameni in Syria ac Nunti Apostolici apud Rempublicam Peruvianam, et suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit aut qui sua interesse praesu-

man t consensu, omnibus mature perpensis, ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a dioecesi Chachapoyasensi totum territorium seiungimus, vulgo *Departamento civil de San Martin* **nun**cupatum, comprehendens sex provincias, videlicet : *Moyobamba, Lamas, II uallaga, Mariscal Gareres, Rio ja* et *Tarapoto;* et ex eo erigimus et constituimus novam Praelaturam *nullius* Moyobambensem appellandam, quae sequentibus paroeciis constabit : *Moyobamba, Rio ja, Tarapoto, Lamas, Juanjiú Saposoa, Ghazuta, Habana* et *Uchiza.* Igitur huius Praelaturae *nullius* Moyobainbensis fines hi erunt : *ad septentrionem* : Vicariatus Apostolicus de S. Gabriele a Virgine Perdolente de Marañón ; *ad orientem* : Vicariatus Apostolicus de Ucayali ; *ad meridiem* : Dioecesis Huanucensis ; *ad occidentem* : Dioecesis Chachapoyasensis et parva pars dioecesis Huanucensis. Praelaturae ita «rectae et limitibus circumscriptae sedem statuimus in *Moyobamba* urbe, a qua ipsa nomen mutuatur; Praelati vero cathedram in ecclesia paroeciali Deo in honorem **S.** Iacobi Apostoli dicata ibidem exstante Agimus, quam proinde ad ecclesiae praelatitiae gradum evehimus : quibus sedi et praelatitiae ecclesiae atque pro tempore Praelatis Ordinariis omnia tribuimus iura et privilegia eisque onera et obligationes imponimus, quae ceteris sedibus et praelatitiis ecclesiis earumque Praelatis ad iuris tramitem sunt adnexa. Decernimus insuper ut Praelatura Moyobambensis metropolitanae Ecclesiae Truxillensi sit suffraganea eiusque pro tempore Praelati metropolitico Truxillensis Archiepiscopi iuri subiecti sint. Praelaturae autem dos subsidio constituetur, quod Peruvianum Gubernium assignat, praeterquam oblationibus fidelium, in quorum bonum Praelatura ipsa constituta est. Quod vero attinet ad huius Praelaturae regimen et administrationem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Mandamus demum ut a nova Praelatura ista eiusque sumptibus bini delecti iuvenes, in sortem Domini vocati, aut modo saltem unus, in Collegium Pium Latinum Americanum in **Urbe,** non intermissa vice, mittantur, ut ibi sub fere oculis Nostris in spem Ecclesiae instituantur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda eum, **qui** Apostolicae quam supra memoravimus Nuntiaturae in Peruviana Republica praesit, deputamus eique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad

S. Congregationem Consistorialem authenticum quantocius transmittendi exemplar peractae exsecutionis actorum. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et iiiexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse sed eas, tanquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentare contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibuscumque aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes d eroga m u s. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subpscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostris infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum. Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die septima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
8. Collegii Decanus,

Fr. R. C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. *in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 65.* - Al. Trussardi.

II

NILI SUPERIORIS
(KAMPALENSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO NILI SUPERIORIS PARS SEPARATUR, QUAE IN NOVUM VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR, KAMPALENSEM APPELLANDUM. SEDES AUTEM NILI SUPERIORIS VICARIATUS IN ((TORORO)) URBEM TRANSFERTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Curas Nostras et cogitationes in christianum nomen longe lateque inter gentes, nondum evangelico collustratas lumine, propaganduin assidue conferentes, in Vicariatum Apostolicum Nili Superioris mentis Nostrae aciem modo convertimus; qui cum nimio redundet territorio ac proinde nimis ardua ac difficilis in illo sit catholicae fidei praedicatio, attentis praesertim incrementis, quae a sedulis Societatis Missionariorum S. Ioseph de M ili Hill sodalium, quibus Vicariatus ille concreditus est, curis comparata sunt, peropportunum visum est, ad evangelizationis operi aptius illic consulendum, Vicariatus illius territorium bipartire et novum exinde erigere Vicariatum Apostolicum. Praehabito itaque venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni in Bithynia, Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae Delegati Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis ac certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine e Vicariatu Apostolico Nili Superioris in regione meridionali et occidentali partem separamus, complectentem regni Bugandae portionem, idest eam civilis districtus *de Mengo* partem, ad Vicariatum illum hucusque pertinentem, et totum civilem districtum *de Busoga;* quam territorii partem in novum erigimus Vicariatum Apostolicum, quem, *Kampa! ensis* nomine nuncupandum, praefatae Societati Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, ad nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Residua vero pars in regione septentrionali et orientali, complectens civiles districtus *de Teso* et *de Mbale,* atque portionem o rien-

talem districtus civilis *de Lira,* **ad Vicariatum ipsum hucusque spectantem, Vicariatum Apostolicum Mli Superioris, ita obstrictum limitibus, in posterum efformabit; qui eorundem Sodalium praefatae Missionariorum Societatis sollertibus concreditus manebit curis, sub regimine venerabilis Fratris Ioannis Reesinck, totius Vicariatus hucusque Antistitis; eiusdem vero Vicariatus Praesulis sedes, non amplius in** *Nsambya-Kampala,* **sed in** *Tororo* **urbe erit. Novo autem Vicariatui Apostolico Kainpalensi, uti supra erecto et constituto, eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ita disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis;, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.**

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die tertiadecima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI — *8. Collegii Decanus.*

P. Card. FUMASONI BIONDI — *S. C. de Propaganda Fide Praefectus.*

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXV, n. 95. — Al. Trussardi.

III

GHARDAIENSIS IN SAHARA

PRAEFECTURA APOSTOLICA GHARDAIENSIS IX SAHARA IN VICARIATUM APOSTOLICUM EIUSDEM NOMINIS EVEHITUR ET ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ghardaiensis in Sahara Praefectura Apostolica, Societati Missionariorum Africae concredita, postremis potissimum hisce annis tam laetum suscepit quoad fidei propagationem et missionalia opera incrementum, per sedulas, Deo auctore, illius Societatis Evangelii praeconum curas, uti magno animi gaudio accepimus, ut digna visa sit quae ad maioris dignitatis gradum evehatnr. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Christiano Nomini propagando praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam Ghardaiensem in Sahara, eadem appellatione iisdemque finibus servatis, in Yicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus : quem dilectis quos supra memoravimus Filiis Societatis Missionariorum Africae sodalibus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, commissum volumus. Novo autem huic Vicariatui Ghardaiensi in Sahara eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis sigilloque viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam provectioni s, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario atteri-

tare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die decima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. E.. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. *Collegii Decanus.*

P. **Card. FUMASONI BIONDI**
8. C. de Propaganda Fide Praefectus.

f Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc, *Dec. Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LXXVI, n. 12. - Al. Trussardi.

IV

MONTANA

PRAEFECTURA APOSTOLICA MONTANA IN VICARIATUM APOSTOLICUM, IISDEM SERVATIS NOMINE AC LIMITIBUS, EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo inter infideles gentes Missionariorum opera utilior ac facilior evadat et insimul animus Evangelii illis praeconibus addatur ad novos in dies maioresque exantlandos labores, aliquando iuvat Praefecturas illas Apostolicas, in quibus res catholica notabile susceperit incrementum, ad maiorem Vicariatus gradum et dignitatem evehere. Cum itaque in Philippinis Insulis Praefectura Apostolica Montana sodalibus Congregationis Immaculati Cordis Mariae (vulgo de *Scheut),* concredita, ob sedulus illorum curas laetos, praesertim postremis hisce temporibus, fructus tulerit, opportunum visum est eam in Vicariatum extollere. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, praehabito venerabilis Fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Nicosiensis, in Insulis Philippinis Delegati Apostolici, favorabili voto, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, Praefecturam illam Apostolicam Montanam, eodem nomine iisdemque limitibus servatis, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus, ipsumque di

lectis Filiis sodalibus praefatae Congregationis Immaculati Cordis Mariae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum concreditum volumus. Novo autem huic Vicariatui Montano eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae praesentibus Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Bei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, die decima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. B. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. *Collegii Decanus.*

P. **Card. FUMASONI BIONDI**
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

Reg. in Canc. *Ap.,* ***vol.*** *LXXVI, n. 10.* - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA VIRGO MARIA ((**DE** GRATIIS)), VULGO ((MADONNA DI MONTENERO)) TUSCIAE UNIVERSAE PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Per Christi Matrem gratia Christi. Quae « sumens illud Ave Gabrielis ore » Eandem salutantis gratia plenam, simul Mater Christi effecta est et divinae gratiae. Maternae autem

« mediationis » exercitium re ipsa coeptum iam inde a dato ad Incarnationem assensu ; primo vero manifestatum cum primo signo gratiae Christi, Canae in Oalilaea; exinde diffusum est una cum dilatatis Ecclesiae tentoriis, per tempora et loca. In Etruscis, qui profecto humaniorum litterarum laude semper floruerunt, nemo est qui ignoret Aligherium, fervida quidem imaginatione sed scientia rerum divinarum non minore, gratiam suae salutis acceptam retulisse Beatae Mariae Virgini, quae tum gratiae illuminantis ope, tum Fidei et rationis, clientem suum e peccatorum silva vix egressum materno iuvit auxilio. Sicut autem maximus ille Tuscorum ad radices montis, qui mons virtutum est, maternam benevolentiam est expertus, ita, et tunc in monte qui « Niger » audit, vulgo « *Montenero* **», apud urbem Labronicam, Tusci cuncti non imminutam Matris largitatem vel solo peregrinationum ac peregrinantium numero profitentur. Frequentes enim. celebrant Sanctuarium illud, a Decessore Nostro, fel. rec. Pio PP. VII, anno millesimo octingentesimo decimo octavo, Basilicae Minoris titulo decoratum, in quo vetusta Beatae Virginis Mariae Imago pientissime asservatur. Ab avis eorumque nepotibus iugiter invocata in terrae motibus, in pestilentiis et in bellis, anno denique supra millesimum nongentesimo quadragesimo quinto, defervescente tandem bellico turbine, quo nullum post hominum memoriam vehementius, quo perniciosius horribiliusve nullum, summis fuit celebrata sollemnibus. Plenum erat enim saeculum sextum quum sacra eadem Imago, ex Nigroponte oriunda, uti fertur, ciando cuidam pastori visa idibus Maiis, in Pentecostes die, apud Ardentiam torrentem, inde migrasse dicitur in amoenum ipsum collem ex quo nunc caeruli Tyrrheni maris prospicit undas, lenibusque tuetur oculis Etruriam. Cum itaque saecularia sollemnia filiorum pietatem mirum quantum refoverint, vota inde deprompta sunt Nobisque exhibitae preces per Venerabilem Fratrem Ioannem Piccioni, Liburnensem Episcopum, ceterosque Tusciae Praesules, necnon per dilectum filium Aemilianum Lucchesi, Congregationis Vallisumbrosae Ordinis Sancti Benedicti Abbatem Generalem, una cum Priore-Abbate eiusdem Sanctuarii, ut eandem Beatam Virginem « de Gratiis », vulgo « Madonna di Montenero », Tusciae universae apud Deum Praecipuam Caelestem Patronam constituere dignaremur, Nos, dilectos filios Etruscos gaudio laetitiaque afficere cupientes, in dulcem spem adducti Gratiarum benignissimam Matrem fideles suos beneficiis magis magisque in dies cumulaturam esse, omnia prae oculis habentes atque paterna mente complectentes, huiusmodi votis precibusque annuendum libentissimo animo censuimus. Quapropter, audito Venerabili Fratre nostro Carolo Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali**

Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae Potestatis plenitudine, harum litterarum tenore perpetuumque in modum : Beatam Maria Virginem Gratiarum, quae vulgo « Madonna di Montonero » nuncupatur, praecipuam universae Tusciae apud Deum Patronam constituimus ac declaramus, omnibus et singulis liturgicis privilegiis atque honorificentiis adiectis, quae praecipuis locorum Patronis caelestibus competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. ITaec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die decima quinta mensis Maii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

ECCLESIA ABBATIALIS DEO IN HONOREM S. MARGARITAE, V. M., DICATA, IN LOCO ((BREVNOV)) PROPE URBEM PRAGAM, IN CECOSLOVACHIA, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Inclyti Ordinis Sancti Benedicti quae et quanta fuerint omni tempore in Ecclesiam merita et humanam societatem permulta et clarissima documenta testantur. Inde enim a primis ipsius Ecclesiae saeculis abbatiae et monasteria quamplurima ubique terrarum, in Europa praesertim, fundata, Legiferi Patris praeceptum : « Ora et labora » actu perficientes, una cum religione et pietate, artes quoque et omnem humanitatem late et indesinenter diffuserunt. Inter quae monasteria non solum haud postremum obtinet locum, immo primas habet partes, Brevnoviense illud coenobium, quod, prope Pragam, a

Sancto Adalberto, eiusdem civitatis, tunc temporis episcopalis, Antistite et Christi Domini martyre, saeculo decimo fundatum, totius Bohemi a e monasteriorum antiquissimum et, ex concessione Decessoris Nostri Ioannis Pp. XV, princeps esse constat. Primitivum templum, quod ab ipso S. Adalberto dicitur consecratum, ab haereticis Hussitis graves pertulit iniurias, sed, anno MDCCLVII restitutum, die ix mensis Octobris eiusdem anni, iterum consecratum dedicatumque est. Hisce vero novissimis annis aliae accesserunt aedificio externae internaeque refectiones, ita ut praedicta Ecclesia Abbatialis, Sanctae Margaritae Virgini et Martyri dicata, inter principales Pragensis urbis sacras aedes adnumeranda sit. Ad ipsam enim denuo construendam et in formam, quae nunc cernitur, redigendam adlaboraverunt architectores, pictores aliique opifices, arte, quae « Baroca » audit, in Bohemia celeberrimi, qui domum Dei quo maiori decet ornamento auxerunt. Amplitudine enim excellit, septem ornata est altaribus et choro ditata in quo quadraginta monachi locum habere possunt. Eam insuper venerabiliorem reddunt plurima Sanctorum coelitum lypsana, inter quae recensendae sunt insignes reliquiae Ssmae Crucis Domini Nostri Iesu Christi, quae in eadem Ecclesia peculiaribus liturgicis honoribus gaudent, nec non reliquiae S. Margaritae Virginis et Martyris, uti diximus, Ecclesiae titularis, ad quam in eius die festo plurimi, peregrinorum more, conveniunt fideles; ibique asservatur corpus S. Gunther! eremitae, qui saeculo decimo primo floruit. In hoc monasterio insuper, saeculo x VIII, sub Abbate Bennone II Loeb, videtur coeptum coli fuisse Sancti Patris Benedicti numisma. Multa insuper et pretiosa sunt vasa sacra, vestes liturgicae, aliaque supellex ad divina officia necessaria, quae in thesauro ecclesiae adservantur. Monachi autem continentis monasterii non solum vitam agunt contemplativam simul et activam, prout exigit sapientissima eorumdem Patris Regula et sacras functiones ad normam liturgicarum legum, ut proprium est sui Ordinis, semper peragunt, sed in ministerium quoque paroeciale ad bonum fidelium laudabiliter incumbunt. Quibus rationibus permoti, preces Venerabilis Fratris Iosephi Beran, Archiepiscopi Pragensis, necnon hodierni Abbatis memorati Brevnoviensis Monasterii libentissime excipientes, ut universo Ordini S. Benedicti, de Ecclesia optime merito, gratificemur et splendorem saepius dictae ecclesiae abbatialis augeamus, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia et matura deliberatione Nostris atque Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam abbatialem Deo in honorem S. Margaritae Virginis et Martyris dicatam in loco v.

« Brevnov », prope urbem Pragam, in Cecoslovachia, honoribus ac privilegiis Basilicae Minoris decoramus atque afficimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri, et obtinere; dictaeque Ecclesiae Abbatiali Brevnoviensi, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii m. Aprilis, anno MCMXLVIII, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

Dominicus Spada
a Brevibus Apostolicis.

III

TEMPLUM IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS, MATRIS DESERÏORUM, DEO VALENTIAE IN HISPANIA DICATUM, PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Vaientiam, quae ceteras inter Hesperiae civitates pulchra est appellata, pulcherrimum excolit templum, in honorem Beatae Mariae Virginis, titulo Matris Desertorum, aedificatum. Hac ampla in Sacra Aede eiusdem B. Mariae Imago maxima cum veneratione asservatur, cuius cultus, saeculo decimo quinto exortas, ita in dies crevit atque efterbuit ut a Valentia, sede et urbe principe, ad totam archiepiscopalem regionem amplificatus sit. Aragoniae Reges pluribus eam honestarunt honoribus. Debacchantibus peste ac pernicie, saeviente bello vel fame urgente, Valentinus populus in misericordiam dulcissimam Matris iugiter, fiduciae plenus, confugit, itemque pro debita gratiarum actione toties ad mirificam leonem reversus est. Decessores Nostri huiusmodi cultum valde f o ver u nt : fel. rec. Benedictus PP. XIII festum cum Officio et Missa instituit ; Pius PP. VII ad ritum primae classis cum Octava evexit, et Leo PP. XIII benigne concessit ut Mater Desertorum praecipua Valentiae Patrona haberetur et coleretur. Anno denique MCMXXIII Imago veneranda, maximo universi populi gaudio, ex indulto Pii PP. XI aurea corona canonice redimita

est. Primo tempore, in exordio huius devotionis, Sacratissimam leonem Matris Desertorum Valentinates humili in aedicula venerabantur, iuxta primum dementium nosocomium exstante; deinde, saeculo decimo sexto, transtulerunt, Capitulo consentiente, in angustum sacellum pone Ecclesiam Cathedralem exstructum. Denique, Eius cultu magis magisque augescente, ut templum ipsa in media civitate aedificantur opus fuit. Primus huius Sacrae Aedis lapis anno mdglii a bon. mem. Urbina, Valentino Archiepiscopo, collocatus fuit, templumque, venustate, decore, maiestate conspicuum, paucos post annos, consecratum fuit. Cuius templi, in Abside curvati, mirifica quoque suavitate stili graeco-romani, ordine dorico et corinthio, exstructi, admirationem movent columnae rubro ac viridi marmore affabre factae; aditus praecipuus, qui ex platea, vulgo « de Ja Seo » appellata, perample ad Ecclesiam fert ; tholus a Palomino, eximiae artis pictore, iucundissima imagine « Gloriae » ornatus ac depictus. Tam speciosum templum, quod « Regalis Cappella » vulgo appellatur, non modo Valentinae civitatis sed etiam totius Archidioeceseos Christifideles omnes celebrant, qui enixas Beatae Mariae Virgini preces adhibent, atque a Divina Matre opem implorant vel maximas, pro acceptis beneficiis, gratias agunt. In laudata Ecclesia non interrupte Missae celebrantur; saepenumero in dies Rosarium recitatur iugiterque functiones mariales et eucharisticae peraguntur. Ad Divini cultus Sacrorumque magnificentiam assiduus, diligens, satisque idoneus Clerus incumbit, fideliumque utilitati praesto est. Tanta quotannis, pietate atque caritate populi, stipis colligitur vis, ut satis superque ea divini cultus expensis suppetat. Civili Hispanica perturbatione anno mcmxxxvi furente, atque, sublato Dei metu, adversus religionem grassante, templum quoque Patronae Celesti Valentiae dicatum nefarie vasta tum deturbatumque fuit; attamen, Confraternitatis cura ac pietate, non modo in integrum sed in melius quoque restitutum fuit, ita ut eius venustas, pulchritudo, magnificentia hodie magis refulgeant. Quum tam insignem artificiosamque Ecclesiam, privilegiis ditatam et Pontificum et Regum, Venerabilis Frater Marcellinus Olaechea Loizaga, Valentinus Archiepiscopus, proximo mense Maio, occasionem nactus quintae et vicesimae diei anniversariae, cum Imago Beatae Mariae Virginis coronata fuit, sollemniter consecrare exoptet, atque una cum eodem Praesule Capitulum Metropolitanum, Magistratus omnes, Senatus Civitatis, Praefecti omnium municipiorum, universaeque Consociationes tam Valentiae quam totius Archidioecesis instantissime ac totis viribus a Nobis efflagitaverint ut praedictum templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris decorare dignaremur, Nos adhibitas Nobis

preces Ordinarii Valentini votaque ad Nos humillime lata ultro libenterque excipienda censemus, quum maxime cordi sit Nobis ut firmior vividiorque in dies fiat erga Virginem Mariam fidelium pietas in Valentina Archidioecesi. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno et Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore perpetuumque in modum, templum in honorem Beatae Mariae Virginis Matris Desertorum Deo dicatum, Valentiae, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus cum privilegiis atque iuribus quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Aprilis, anno MCMXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

IV

CATHEDRALIS ECCLESIA CIVITATIS AC DIOECESIS HARLEMENSIS IN HOLLANDIA DEO IN HONOREM S. BAVONIS DICATA BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Signum cui contradicatur » semper fuit, iuxta Simeonis prophetiam, Christus Iesus in sua vita mortali; posthac vero, ad aetatem usque nostram ac deinceps, iugiter fuit eritque, per saecula, Eiusdem quoque immaculata Sponsa, Corpus nempe Eius mysticum, id est Ecclesia. Exinde factum est ut non solummodo Christus ipse contumeliis, flagellis vulneribusque affectus fue-

rit, sed etiam, prout Ipse suis discipulis praedixerat, fideles persecutiones passi sint, et quidquid ad christianum cultum directe pertinet direptionibus vastationibusque per saecula fuerit obnoxium. Nil mirum proinde si Templum quoque, in Batavorum finibus maximum ac celeberrimi! m habitum, gravissimis eversionibus propter hominum rerumque iniurias dirutum saepe fuerit totidemque Episcoporum, sacerdotum populique catholici cura ac pietate denuo aedificatum. Quandoquidem circa Templum illud, quod splendidum in Harlemensi Hollandiae civitate ac dioecesi exstat, quodque saeculo xni inceptum fuit, adversae eaedemque ardentissimae animorum perturbationes exarserunt, tum potissime cum, x vi perdurante saeculo, civile bellum inter catholicos et novatores haereticos excultas illas regiones dire vastavit. Avitae Catholicae Fidei testimonium ac propugnaculum, Harlemense Templum, ad Ecclesiae Cathedralis dignitatem anno MDLIX evectum, quum Decessor Noster, rec. mem., Paulus PP, IV Harlemensem dioecesim canonice erexit, a furentibus calvinisti s oppugnatum et violatum et com bustum pluries fuit penitusque eversum. Attamen sacra Hierarchia a Pio PP. IX, fel. rec, Decessore Nostro, in Hollandia feliciter, Deo favente, restaurata, Harlemensis tunc temporis Episcopi, utriusque Cleri universique populi nava sollertia, mira liberalitate impensoque studio Ecclesia Cathedralis splendide a fundamentis aedificata est atque in honorem Sancti Bavonis, die ii mensis Maii anno MDCCCXCVIII, fuit sollemniter consecrata. Haec, cum ceteras vastitate atque artis fulgore prae ce!lat cumque vetustae ac pristinae illius locum teneat, catholicis est carissima. Quibus omnibus mature perpensis, Venerabilis Frater Ioannes Petrus Huibers, Harlemensis Episcopus, quinquagesimae anniversariae diei eiusdem Ecclesiae Consecrationis faustam opportunitatem nactus, pro se suisque sacerdotibus ac fidelibus enixas Nobis adhibuit preces ut supra memoratam Ecclesiam Cathedralem ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur. Nos autem, splendidae illius historiae haud inscii, ad immutabilem erga Petri Cathedram ac Romanum Pontificem Batavorum observantiam praemio rependendam, nec ii on a cl augendam dioeceseos fidelium pietatem, huiusmodi votis precibusque annuendum libenti censuimus animo. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, *Ecclesiam Cathedralem* Civitatis ac Dioeceseos Harlemensis iii Hollandia, Deo in honorem Sancti Bavonis dicatam, ad dignitatem *Ba-*

silicae Minoris evehimus cum omnibus privilegiis eidem titulo competentibus. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Maii, anno MCMXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

EPISTULAE

I

AD EMOS PP. DD. IOSEPHUM TIT. S. IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM S. R. E. PRESB. CARD. FRINGS, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, MICHAELEM TIT. S. ANASTASIAE S. R. E. PRESB. CARD. FAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, CONRADUM TIT. S. AGATHAB S. R. E. PRESB. CARD. VON PREYSING, EPISCOPUM BEROLINENSEM CETEROSQUE GERMANIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS : OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET EX EPISCOPALI COETU DATIS.

PIUS PP. XII

Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem. — Commoti valde sumus observantiae testificatione, quam vos, ad S. Bonifacii sepulcrum congregati, communes per litteras Nobis protulistis, erga Petri sedem obsequium et studium professi, quod quidem, quamvis percognitum, dulce est Nobis recognoscere et dictis factisque experiri. De quo ofiicio dum gratias vobis pro merito agimus, laetamur vehementer, quod nobilem impetum vestrum pastoralia munera alacriter perficiendi nulla difficultas praesentium, nulla formido futurorum retardat et in exemplum concordes curae vestrae collocan-

tur, ut religio istic teneat mentes, regat mores et quocumque sua exserat beneficia.

Cum in vestro coetu pertractanda argumenta perpenderimus, novo neque dubio indicio intelligimus, qua sollicitudine, quo conatu vos multigenis necessitatibus, sive iis quae ad animos, sive iis quae ad corpora spectant, quantum fieri possit, obviam ire contendatis.

Caritatis autem nexu vobiscum semper arcte devincti, qua tristia laetave vestra in Nos reciprocari sentimus, omnes istas curas et anxietates vehementer participamus. Vobis autem persuasum sit Nos nullam praetermittere occasionem opem ferendi populo vestro et Ecclesiae causae in Germania, quamvis non semper felix eventus Nostris sollicitudinibus respondere possit. Praesertim dolemus tot languentium miserorum catervas, quibus pro paterno Apostolico munere auxiliati sumus et auxiliamur. At, proh dolor, opitulationes Nostrae miserationi, qua egenis benefacere optamus, non aequantur, quemadmodum non aequentur hominum multitudini, qui tot malis adflicti providae liberalitati» exspectant adiumenta.

Benignissimus Deus, cuius voluntati nihil obsistere potest, tot miseris casibus succurrat et in melius calamitosum aevum convertat. Quod vero ut optato contingat, efficiat sua gratia Deus, ut homines aerumnis et asperitatibus non consumpti, sed consummati, quaelibet admissa lugentes, redeant ad Patrem, a quo, superna lege contempta, in longinquam regionem oblivionis Ipsius et suae inopiae digressi sunt, et ovanti gaudio revertantur ad veritatem et ad virtutem, per quas fit ad Eum ascensus et nostra veri nominis comparatur felicitas.

Ex epistola quidem vestra non tenuem solatii causam tum percipimus, cum animadvertimus, vobis praeeuntibus, sacerdotes et religiosos sodales probata industria et multo labore christifidelibus curandis totos se dedere, praesertim iis, qui acerbiore sorte amie ti, domo expulsi, « Diasporae » regiones incolunt. Quorum Evangelii opificum par virtus, sed impar numerus. Quam ob rem enixe exstimulamus eos, qui aetate, viribus, agendi strenuitate valent, ut, cum ipsis persuasum sit illic accommodatiorem esse Dei administrorum locum, ubi est maior patientia maiorum, ad miserabiliores fratres convolent, praeclara promerita sibi comparaturi, quibus a Deo non deerunt aequissima praemia. Id inprimis erat opus, ad quod perficiendum Maximilianum Kaller, Varmiensem Episcopum, modo ad sempiternae pacis praemium arcessitum, elapso anno destinaveramus, et in quod sapienti consilio et vigili navitate incubuit, et quod vero morte praereptus non absolutum omnino reliquit. Quod ut opus magni momenti in rem congruenter de-

ducatur, supervacaneum Nobis videtur vos monere attenta Nos consideratione libraturos consilia, quae ipsi arbitrati estis vel arbitratami ni Nobis suggerenda et proferenda esse.

In vestra igitur laude ponimus, quod apostolica alacritate, de (pia unquam minime dubitavimus, fideles curare pergitis, cum solidam veramque in Deum pietatem et integros christianae vitae mores restaurare et provehere studeatis, id praeter alia satis agentes, ut Christi oves vigilantiae vestrae concreditae, quemadmodum ipsi faciendum vobis proponitis, recte et moderate sacrae liturgiae afflatu et Sacrae Scripturae cognitione et usu imbuantur.

Haud minor laudatio Nostra, maioris studii incitamentum, adhibenda est etiam Actionis catholicae aliarumque catholicarum consociationum gregalibus, quos novimus impigra contentione increbrescentibus istic miseriis et necessitatibus subvenire.

Multum adhuc usque peractum. Impellente atque moderante Caritatis Associatione, fideles ipsi vestrae crediti vigilantiae, propria contempta inopia, mutuam sibi operam egregie praestant. Contra impiorum perversas doctrinas et nefarios ausus nondum conquiescentes, qui istic catholico nomine recensentur arctiore quam antea coniunctione coalescunt. Academici viri, studiosi, operarii, agricolae, propriis adductis consociationibus, quae nonnunquam foederatas societates constituunt, sibi prospiciunt ac sodalibus quoque certatim sua admovent studia. Peculiarem vero operam date, ut iuniores opifices ad fidem, ad vitam catholicam et ad Ecclesiae de re sociali doctrinam se recipiant. Simulque honorifica mentio inferenda est de catholicis mulieribus, quae novis propositis et inceptis, ad se et ad numerum valde magnum ini i u - ptarum feminarum quod attinet, rem religiosam et socialem excolunt et confovent. Neque silentio praetereundum est, praeter alia, quod Actio catholica id agit, ut coram magistratibus et in publico foro a lectis viris Catholicae Ecclesiae postulata explanentur, scholarum catholicarum iura defendantur, atque in publicis coetibus et in privatis colloquiis christiani dogmatis lumen etiam adhuc ignaris proponatur.

Quae in posterum facienda sunt, maiorem efflagitant tenaci ta tem propositorum. Omnes in id nitantur, ut, nunquam fracto unitatis et concordiae vinculo, eadem sentiant, cogitent, velint, quae cum iustitiae et caritatis praeceptis monitisque usque concordent. Ut tot ruinae reparentur, quas temporis hominumque nequitia istic coacervavi t, una est salubris medela, unum efficax praesidium, ut videlicet Evangelii lex apud omnes plurimi fiat et totum commercium societatem (i ne vitae potiatur et penetret. Immensae enim exoriuntur vires, si privatim

et publice consonet cum moribus fides, si cum operibus conveniat intemerata conscientia. Christus qui dedit recte agendi et patiendi exemplum, Ipse praebet hortamentum et auxilium, quia si durum est certamen, nobile manet praemium nec potest conferri labor, qui pro regno Dei provehendo in terris sustinetur, cum pondere inenarrandae gloriae, quod in caelis victores exspectat. Ipse igitur milites suos cohortatur ad bonum praelium strenuissime pugnandum : « Clamat de caelo : Specto vos; luctamini, adiuvabo; vincite, coronabo! »[1]

Ut hac expergefacti fiducia, officia vestra maiori semper studio obeatis, vobis, dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, uberrima caelestia munera adprecamur et in horum pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, quam et sacerdotibus et fidelibus vigilantiae vestrae commissis ultra extendimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die i mensis Decembris anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

AD EMUM P. D. IACOBUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DE BARROS CÁMARA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, LEGATUM AD QUINTUM CONVENTUM EUCHARISTICUM NATIONALEM E TOTA BRASILIA IN UBRE PORTALEGRENSI HABENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Lata Brasiliana regio, quae vulgo Rio Grande do Sul appellatur, feracium arvorum dives, religionis gloria magis magisque clarescit, quod quidem praecipue effuso cruori trium beatorum Martyrum, Rochi Gonzalez dé Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis de Castillo iure meritoque tribuitur. Portalegriae, in eius urbe capite, iam centum abhinc annos episcopali honore et sede honestata, catholicae rei auctibus et auspiciis Lietissima, sub exitum huius mensis — ut magno cum animi Nostri obiecta mento percepimus — Eucharisticus Conventus e tota Brasiliana natione concelebrabitur, qui fidelium multitudinis frequentia, sacrorum rituum decore, pertractandorum argumentorum momento, Actionis catholicae provehendae studio, omni salutarium fructuum exspectatione

[1] S. AUGUSTINUS, *In Ps. XXXIX,* 0.

magnificus et spectabilis prospicitur. Hanc ob rem, admotis Nobis precibus libenter concedentes, evidentiore ratione et praesentia ei interesse decrevimus atque, hoc permoti consilio, te Legatum Nostrum facimus et constituimus, qui Eucharistici illius Congressus coetibus praesideas, nuntius et interpres amantissimae gratulationis et securae fiduciae, quibus sollemnia eadem festa et pia obsequia prosequimur. Perplacuit Nobis illic hoc propositum esse argumentum, fuse illustrandum et enucleandum, quaenam inter Ss. Eucharistiam et rem socialem necessitudo intercurrat. Quodsi quaelibet sociatae vitae instituta amore sui usque ad contemptum Dei dissolvuntur et amore Dei usque ad contemptum sui augescunt et florent, quantum ad eorum incorruptam sanitatem et ad provectiora incrementa venerandum sacrificium et sacramentum unitatis et caritatis conferat, nemo est qui, si aliquantisper cogitet, non intelligat. Per ea videlicet mysteria maximum munus Deo a nobis offertur, et inaestimabilis pretii dona nobis a Deo profluunt et ad assequenda virtutum culmina incitamur. Idcirco enim Christum summus, ut in eum, quem accipimus, transeamus, et Novi Testamenti dignitatem, legem, promissa numquam non recensentes, tamquam membra capiti, divino Servatoli fidei et caelestis amoris vinculo coniuncti fiamus oves gregis Dei, populus electus Ipsius, gens sacerdotalis et regia : «omnes... dei feri et templiferi, christiferi, sanctiferi ».[1] Manant etiam inde exemplorum celsitudo et magnitudo virium, ut Apostoli praeceptum, ubi tota christianae religionis natura et ratio consistit, perficiamus : ((Caritas fraternitatis maneat in vobis ».[2] Si enim Christus tanta liberalitate fidelibus praebet caelestia ac Se ipsum, qui est rex caelestium, eodem impulsu permoti, donent et ii indigentibus fratribus terrestria quae sibi praesto sint, et, abiecta foeda in retinendo et in arripiendo cupiditate, colant et exsequantur quod suadet caritas et quod imperiosior iubet socialis iustitia. Id hortamur omnes qui e Brasiliae terris eo turmatim pietatis causa convenient, ut « habentes mysterium fidei in conscientia pura »[3] firma fide, valida patientia, erecta spe, sedula industria quidquid communi commodo et utilitati conducat, ad maiorem Evangelii laudem comparandam concordibus conatibus provehant. Portalegriae autem urbi, ubi Eucharisticus celebrabitur triumphus, id volenti animo ominamur, ut auspicalis laetitiae nomen re semper feliciter impleat : gaudeat ea semper honesta cura, virtutum gloria, Christi lege, divinis pollicitationibus, in re sociali pro-

[1] S. IGNATIUS MARTYR *ad Ephesios,* IX, 2.

[2] *Hebr.,* XIII, 1.

[3] *I Tim.,* III, 9.

gredientibus coeptis eademque Ecclesiae et Nobis pii solacii novas semper comparet causas. Ut autem stata sollemnia spiritalium fructuum uberiorem proferant coronam, id tibi potestatis facimus, ut ibidem post Sacrum pontificali ritu peractum Nostro nomine Nostraque auctoritate christifidelibus Benedictionem cum adnexa indulgentia plenaria, suetis praescriptis lucrandam, elargiaris. Nihil demum Nobis restat, nisi ut, caelesti invocato auxilio, tibi Apostolicam Benedictionem impertiaihus, quam etiam Venerabili Fratri sollerti et strenuo Portalegrensi Archiepiscopo, necnon sacrorum Antistitibus, sacerdotibus et piae christianae plebis turbae, tantae celebritati interfuturis, peramanter extendimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die III mensis Octobris anno MCMXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. MAURILIÜM TIT. SANCTI. MARCELLI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM POSSATI, ARCHIEPISCOPUM TAURINENSEM DENA LUSTRA SACERDOTII ET QUINA EPISCOPATUS FAUSTE CELEBRATORUM.

PIUS PP. XII

Dilecto Filio Nostro, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Exeunte hoc mense, ut laeto animo accepimus, dena ab inito sacerdotio lustra fauste explebis atque ineunte proximo vere quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem sollemniter celebratos. Cuius quidem duplicis eventus commemoratio in communem gregis tui gratulationem effnsamque laetitiam feliciter vertetur. Perspecta enim sunt ac plane vulgata tot egregia merita, quae diuturno ac laborioso sacerdotis pastorisque officio erga Ecclesiam civilemque consortionem tibi ipse peperisti. In primo sane aetatis fiore, singulari nitens pietate atque humanis divinisque doctrinis eruditus, Episcopo tuo Novariensi ac deinde Archiepiscopo Ianuensi, munere a Secretis perfungens, adsiduam sollertemque operam navasti. Quo quidem e vivis sublato, in priorem tuam dioecesim reversus, animarum curae studiose incubuisti atque, Congregationi dioecesanae Sanctorum Gaudentii et Caroli adscitus, ipsius Moderatoris partes sustinuisti et aliquanto post insigne quoque Varalli Sanctuarium diligenter rexisti. Interea, proximorum studio succensus, in compluribus dioecesis paroeciis sacras missiones, inter asperitates

quoque montium peragrando, indefessa cura exercebas. Quinque vero et viginti fere abhinc annos ad episcopalem dignitatem promotus, primo in dioecesi Norensi, dein in metropolitana sede Turritana, denique in praenobili ista Taurinensi, tot virtutibus laudibusque refulgens, gregi tibi commisso alacriter praefuisti. Nullus profecto christianae caritatis sive Catholicae Actionis campus vigilem industriam tuam desideravit, nulla paene rerum angustia, nulla calamitas, praesertim saevissimo belli nuper tempore, paterna tua sollicitudine caruit ac delenimento. Quotiens igniferae velivorum incursiones, noctis umbras et silentia rmnpentes, inter pacifica Taurinensium tecta terrores et clades seruerunt, to tiens aeréis ictibus perculsis trepidisque civibus ipse solator adftiisti. Quot vero profugi, errabundi, fidei quoque catholicae expertes, pericula aufugientes captivitatis vel etiam mortis, abs te auxilium post u J avere, totidem per te refugium atque adiumentum invenere. Haud raro universi oppidorum pagorumque incolae, obsidione clausi ab utraque parte contendente, fame et frigore propemodum periissent, nisi pro vide « Caritatis Archiepiscopi » véhicula escarum plena tegiminurnque exstitis sent. Neque silentio omnino praetereundae curae peculiares a te adhibitae ad ecclesiasticas fovendas vocationes, ad novum clericorum Seminarium condendum, cuius aedes, inter plures nec leves temporum difficultates, super amoeiia collium Rivoliensiuin acdificatae, iam ad fastigià usque erectae, congrua atque in exemplum ratione dispositae, in eo sunt ut, extrema accedente manu, perficiantur atque idonea supellectile exornentur. Has quidem inter ceteras laudes, oblata occasione, memorantes, tibi, Dilecte Fili Noster, de diuturno sacro ac pastorali munere impense utiliterque gesto vehementer gratulamur, omnia secunda, fausta, salutaria a Domino adprecantes. Quo interea gemini eventus celebratio uberiores salutis fructus gregi tuo afferre queat, tibi ultro potestatem facimus, ut, qua malueris die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedica s, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Denique, dum ominamur ut Congressus Eucharisticus dioecesanus, qui vere novo istic habebitur, ad felicem exitum perducatur, in auspicium caelestium donorum, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero et populo tuae curae tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Bomam, die xv mensis Novembris, anno MDCCCCXLVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XIÍ

ALLOCUTIONES

I

Ad Revm os Patres Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ex universis Ordinis Provinciis ob Conventum pro Apostolatu provehendo Romae congregatos. *

Caritatis debitum, quo erga omnes astringimur, iam dudum optavimus vobis quoque, dilectissimi Nobis Franciscales Capulati, aliquo modo solvere. Id enim deposcit benevolentia, qua vos prosequimur, bona flagitat aestimatio in vos inque vestra, quam animo Nostro veluti insitam et inhaerentem sentimus; nec volumus hac in re inferiores esse Decessoribus Nostris, qui vobis m ulto pere faverunt, exempli gratia Clemente VII, qui ortu i vestro arrisit, Gregorio XIII, qui vos etiam trans Italiae fines progredi et expandi sivit, Paulo V, qui vos vestri iuris fecit, Urbano VIII, qui vestra instituta et leges perfecit et rata habuit, Leone XIII, qui multimodis incrementa vestra provexit.

Vehementer igitur laetamur, quod nunc obicitur Nobis occasio vos alloquendi, vobis studiosam voluntatem Nostram patefaciendi, cum ipsi etiam e dissitis regionibus, lentissima cohors, Romam petistis, ut ex ferme universis Ordinis vestri provinciis conventum agatis, de rebus magni ponderis et momenti ad vitam et actionem vestram attinentibus tractatur!.

Innovato, vel potius expergefacto spiritu et afflatu Instituti vestri, nova vultis moliri incepta, immutatis temporis adiunctis et necessitatibus congruentia.

Hoc enim religiosis viris summopere cordi esse debet, ut aevum, quo vivunt, evangelica imbuant sanitate et gratia, homines suae aetatis aptis rationibus et viis Christo lucrifaciant. Hisce consiliis quid optabilius, his e operibus quid salutarius? Fieri non potest, quin huiusmodi placita rata habeamus.

Novarum et veterum rerum coniunctio ipsa lege vitae requiritur, ut vita semper sit eadem itidemque sit semper actuosa. Hac de causa integre et accurate servanda est ea religiosae vitae forma, quam ut colati s et a ssera tis in Ecclesia orti estis. Quod profecto gloriosi patres vestri sibi et sodalibus suis etiam postfuturis proposuerunt, summa contentione tuendum, est evangelica paupertas, ad Assisinatis Patriarchae

* Habita die 25 Novembris mensis a. 1948.

praeceptum et exemplum excolenda. Quanta maiorum colluvies ab exsecranda divitiarum siti exsistit: hinc bella, seditiones, fames, morum labefactatio, eversiones. Letales item corruptelas gignit inordinatum inter eos discrimen, qui nimis sunt locupletes, et eos qui miseria et inopia tabescunt. Huic calamitati et corruptioni mirabile remedium est evangelicae paupertatis exemplum : haec est comes a Deo praeceptam operositatis, virtutum amica, magistra populorum, praesidium et decus Christi regni, melioris spei fidissima servatrix. Eius nobile vexillum manibus vestris commissum est; intaminatum illud tenete. Dedecet eam fuco et fallaciis verborum profiteri, re autem conterere.

Potest contingere, ut singula religiosa Instituta, incrementa auctusque suscipientia, aliis et amplioribus indigeant sedibus. Quod fas est perficere, aequa tamen mensura et temperatione servata. Ne igitur ea, quae ex habitu et vestitu nitida paupertas elucet, in sumptuosis domibus et exquisitis suavitatibus et commodis vitae misere obscuretur, neve cum verbis facta répugnent.

Parili autem studio, quo vobis in externis rebus honesta paupertas est diligenda, intimae vitae veri nominis opes sunt cumulandae, spiritales divitiae sunt vobis acquirendae : in Deum et proximos amor, poenitentiae laus, sacrarum doctrinarum notitia, amplificandi Christi regni flagrantissima vota. Vestrum est simplicitate morum, bonitatis candore, laetitiae sanctae nitore lucere et humiles humilibus in divinorum munerum perfunctione deservire, ac praesertim tenuiores, quos nunc mali tot malis artibus sibi devincire conantur, diligere et iuvare.

Praecipuum nempe ornamentum vestrum christiana sit humilitas, quae, benignitatis et bonitatis socia, sapienter vincere et vincire homines valet. Incolunt ii imperviam umbram, quam ad eos capiendos introire difficillimum est. Humilitati patent humana secreta, ipsi soli servantur pulchro triumpho celebrandae victoriae. Tali victrici virtute mire fulserunt sancti caelites, qui ex vobis bene multi prodierunt, ut Felix Cantalicensis, Laurentius Brundisinus, Iosephus Leonissensis, Fidelis Sigmaringensis, Conradus Parzhamensis.

Ite igitur et nova, quae religiosam vestram professionem addecent, ut everso saeculo succurratis, prisca virtute aggredimini, seraphicae caritatis intus alitae, foris ostensae, diligentissimi cultores. Quid pretiosas caritate, qua divites alios debetis ditare? Considerationi ac meditationi vestrae proponimus pulcherrimas has S. Bernardi sententias : « O bona mater caritas, quae sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguât inquietos, diversis diversa exhibens, sicut filios diligit universos. Cum te arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est;

pie solet saevire, sine dolo mulcere; patienter novit irasei, humiliter indignali ; laesa non provocatur, spreta revocat. Ipsa est enim hominum mater et angelorum ». [1]

Vobis laetis, expeditis nec sarcina gravatis, caritatis canticum concinendum est voce et opere. Nec desinetis laudare, si in virtute non destiteritis progredi. « Cantat Deo, qui vivit Deo ; psallit nomini eius, qui operatur in gloriam eius ». [2]

Quamvis haec hortamenta vobis opus non sint, quos quidem in vestris obeundis officiis sollertes novimus, attamen pro benevolentiae affectu, quo in vos ferimur, haec ad vos monita adhibere voluimus, cum multum in vobis spei et expectationes collocemus. Quae ut ad vota Nostra cumulate impleatur, vobis et inceptis vestris praesentem caelestis gratiae opem devocamus. Huius demum pignus et auspex Apostolica est Benedictio, quam vobis adstantibus et sodalibus vestris cunctis perlibenter in Domino impertimus.

II

Ad Excmum Virum Alexandrum Paternotte de La V aillée, Belgii Oratorem extra ordinem liberis eum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentern. *

Monsieur P Ambassadeur,

En Nous présentant les Lettres par lesquelles Son Altesse Royale le Prince Régent de Belgique, au nom de Sa Majesté le Roi des Belges, vous accrédite auprès de Nous en qualité d'Ambassadeur Extraordinaire et Plénipotentiaire, Votre Excellence Nous offre une occasion, bien volontiers accueillie, d'exprimer une fois de plus Nos sentiments de paternelle affection et de particulière estime à l'égard de votre noble Patrie.

